BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 B
58

C. 28. g.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 B
58
M
C. 28. g.

Digitized by Google

PRACTICA CRIMINALIS,

SEU

PROCESSUS JUDICIARIUS, AD USUM ET CONSVETVDI-

nem Iudiciorum in Germania hoc tempore fre-
quentiorem; maxime vero ad ſtylum Conſtitutio-
num Dn. Caroli V. Imp. in S. Rom. Imperio ap-
probatarum accommodatus; & denuo mul-
to auctiùs quam antehac in lucem
editus.

CUI

*INSERTVS EST PROCESSVS GERMANI-
cus de Seditione, cum notabilib. utiliſſimis; ubi demonſtratur, quomodo
Theoria cum praxi ſecundùm terminos conferenda, ad uſum
& utilitatem in foro verſantium nunc demum
publicatus.*

AUTHORE

IOANNE EMERICO
à Rosbach JC.

*Cum Elencho titulorum capitumque, ac Indice rerum & verbo-
rum locupletiſſimo.*

FRANCOFVRTI,
Prælo Hoffmànniano,
Impendio JOACHIMI WILDII, Bibliopolæ Roſtoch.

ANNO M DC LVIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ELENCHUS

TITVLORVM, CAPITVM ET TERminorum hoc in proceſſu Dn. Emerici à Rosbach IC. contentorum.

TITVLVS I.

PRoœmium. fol. 1.
Cap. 1. De judiciis. fol. 3.
2. De perſonis judicii. fol. 7.
3. De procuratoris & defenſoris in cauſis criminalibus poteſtate. 22.
4. De citationibus. 141.
5. De comparitione Rei. 190.
6. De contumacia. 192.
7. De accuſatione ſeu libello. 196.
8. Quæ perſonæ accuſare poſſunt vel non. 204.
9. Quę perſonę accuſari poſſunt, & infra quod tẽpus. 204.
10. Accuſator, quãdo & quomodo probare debet: item de eo non probãte, ſeu per calumniam accuſante: & de modo accusãdi per exceptionẽ. 217.
11. De Denunciatione. 223.
12. De Inquiſitione. 227.
13. De captura & carcere. 231.
Terminus I. Criminalis judicii. 237.
1. Notabile: Editus libellus continẽs nomen Actoris, Rei, & Iudicis, rẽ petitam & aptam cauſam petendi valet, cum ſua quinque requiſita habeat. 257.
2. Edi libellus actionis ſubſidiariæ non debet, ubi alia via intentio probari poteſt. 259.
3. Actor originarius tenetur in ſecunda inſtantia pro juſtificatione illius, acta primæ inſtantiæ producere. 260.

4. Editio libelli varie & repugnanter concludentis inepta eſt. 261.

5. Libellus & ſupplicatio quid inter ſe differant: de vocabuli ſupplicationis etymologia, & ad quem hæc dirigẽda ſit. 264.

6. Citatio & comparitio incarcerati quando valeat. 269.

7. Seditio quę & qualis. 274.

8. Congregationem quotnam homines faciant. 276.

TITVLVS II.

Cap. 1. De Dilationibus. 277.

2. De Feriis. 278.

3. De Cautionibus, & ſatisdationibus fol. 279.

4. De exceptionibus. 282.

5. De Replicationibus. 285.

6. De Recuſationibus. 286.

7. De Litis conteſtatione. (287.

8. De Articulis. 291.

Terminus II. fol. 295.

1. Notabile: De cõſuetudine actor cavere non tenetur de perſequenda lite, aut de judicato ſolvẽdo, & alijs ſatisdare: nec de inſufficientia mandati primæ inſtantię, poſt ex adverſo ratificata geſta, in ſecunda opponere, nec ſemel approbatum judicem recuſare. 318.

2. Delinquens in uno territorio vel diſtrictu, an poſſit in altero territorio talis delicti nomine puniri. 321.

3. Cuſtodia reorum ad ſervientes non pertinet, niſi ad actum ſit. 325.

4. Conteſtationem litis impedit exceptio, per quam detegitur, quod actio non competit. 327.

5. Conteſtatio litis inducitur per reſponſionem libello negative factam, quæ inſufficiens eſt, ſi negatio ponatur inter copulam & prædicatum; tum enim non eſt abſoluta reſponſio, atque ideo reſponderi debet ſufficientius. 329.

6. Iudicium ubi cœptum eſt, ibi finem accipere debet. 330.

TITVLVS III.

Cap. 1. De Reſponſionibus. 332.

2. De Interrogatoriis. 337.

3. De teſtium productione, de ſignatione, examinatione, depoſitione & eorum juramẽto. 341.

Ter-

Terminus III. fol.351. Terminus IV.382. & Terminus V. fol.389.

1. Notabile: Teſtes in criminalibus de conſcientia aliena non temere interrogādi. 418.

2. Teſtes in criminalibus repetuntur, præſertim ſi ſe aliter depoſuiſſe aſſerant, atque ſcriptum ſit, & illos primum debet notarius examinare. 422.

3. Teſtes ſuper articulis eisdem vel contrariis non admittendos, poteſt ſupremus magiſtratus de officio examinare. 424.

4. Inſtrumentum ſine die fidem nō facit, niſi adhibito notarij Protocollo ſaltem ex aliis vicinis actis illa eruatur. 424.

5. Nō ſunt duorum teſtium depoſitiones conjungendæ, quorum dicta ubique ſingularia ſunt, & nullibi plenam probationem faciunt. 426.

6. Si bonæ teſtium exiſtimationis mentio fiat, ſufficit eos non obſectari: ſi optimæ, aliqualis ejus probatio exigi videtur. 428.

7. Quando & quomodo teſtes refutari ſoleant. 430.

TITULUS IV.

Cap. 1. De publicatione atteſtationum teſtium. 439.

2. De exceptionibus contra perſonas & dicta teſtium. 440.

3. De Probationibus. 443.

4. De Confeſſionibus. 446.

Terminus VI. fol. 449.

1. Notabile: Iuramētum neceſſarium ſeu probationis plenioris ſuppletorium in cauſis criminalis an deferri ſoleat, & quando? 514.

2. Confeſſio prætenſi delicti extrajudicialis an ad condemnationem ſufficiat vel nō. 519.

3. Confeſſio extrajudicialis confitenti non præjudicat, niſi pro illo, cujus intereſt, ſtipulante notario. 531.

TITVLVS V.

Cap. 1. De præſumptionibus, 524.

2. De indiciis, eorumq; definitione & genere. 528.

3. De fama, converſatione & victu Reorum. 530.

4. An ſolum inimicitia, & ſic aliç cauſç ad torquendum ſufficiant: & quid de mendacio, an id ad torturam indicium faciat. 533.

5. De Indiciis per unius teſtis visũ & quid de repertis in crimine, ſive in loco criminis. 535.

6. De fuga in ſpecie. 538.

7. De fuga in genere ſeu cũ pallore, trepidatione & ſimilibus conjunctim. 544.

8. Ne reus per aliqua indicia convincatur, ut pœna capitali damnetur. 551.

9. De tormentorum periculo: deque non torquendo Reo, niſi de delicto conſtet. 556.

10. De non torquendo Reo, niſi formato proceſſu: & publicato cum exhibita indiciorum copia: & quid de eo ſine indicijs, etiam in crimine læſæ majeſtatis. 559.

11. De torquendo Reo per indicia, niſi plene probata, & quomodo probentur: & quid de eo, licet ſint indicia probata, ſi aliter veritas haberi poteſt. 564.

12. De non torquendo Reo in cauſis civilibus, niſi in caſibus, neq; in criminalibus pro parva re: & quid de eo, quando ſunt plenæ probationes. 567.

13. Quæ perſonæ torqueri poſſunt, & quæ non. 569.

14. De non torquendis clericis, & de eorum privilegiis. 575.

15. Quomodo & quo moderamine ad tormenta procedatur: item quo tempore & à quibus tortura incipiat: & per quot dies ac quanta tortura Reus afficiatur. 575.

16. De Interrogationib. faciendis in tormentis, & quid de ijs Reo confeſſo: item, de nominato per tortum torquẽdo vel non. 578.

17. De Confeſſione ſpontanea; deque ea metu tormentorum facta. 582.

18. De Confeſſione in tormentis verificanda ſeu ratificanda: & quando Reus ratificare recuſat. 587.

Terminus VII. 593.

1. Notabile: Quænam cauſç ſedi[illegible]nem & diſcordiã in civita-

vitatibus & villis generare ſolent.602.

Terminus VIII.626.

1. Notabile: Qualitas Perſonarum & cauſæ in ejuſmodi congregationibus puniendis, vel remiſſius plectendis, conſiderari debet.629.

2. An licitum ſit populo ſe congregare ſine ſuperioris aut ſuorum judicum autoritate. 631.

TITVLVS VI.

Cap.1. De renovatione proceſſus: & concluſione cauſæ. 635.

Terminus IX. fol.637.

1. Notabile: Oppugnans vel rebellans aut prodens propriã Civitatem, vel alium principem ab Imperatore inferiorem recognoſcentem, vel non recognoſcentem ſuperiorem, an incidat in crimen læſæ majeſtatis? 677.

Terminus X.628.

Terminus XI.692.

Terminus XII.698.

1. Notabile: Qualiter contra ſeditioſos, conſpiratores & ſimiles ſit procedendum: item quomodo rebellio ac ſeditio probetur? 704.

TITVLVS VII.

Cap.1. De ſententia.732.

Terminus XIII.735.

1. Notabile: Nullitas manifeſta tres ſententias cõformes reſcindere poteſt, etiam poſt earum executionem. 737.

2. Sententia præpropere & nõ viſis actis lata, eſt nulla.741.

3. Sententia ad acta quæ nõ exſtant, ſe referens, non per modum cauſæ, ſed ne Iudex ſine cauſæ cognitione proceſſiſſe videatur, eſt valida. 743.

Cap.2. De executione ſententiæ.746.

IOAN-

4. An ſolum inimicitia, & ſic aliæ cauſæ ad torquendum ſufficiant: & quid de mendacio, an id ad torturam indicium faciat. 533.

5. De Indiciis per unius teſtis viſũ & quid de repertis in crimine, ſive in loco criminis. 535.

6. De fuga in ſpecie. 538.

7. De fuga in genere ſeu cũ pallore, trepidatione & ſimilibus conjunctim. 544.

8. Ne reus per aliqua indicia convincatur, ut pœna capitali damnetur. 551.

9. De tormentorum periculo: deque non torquendo Reo, niſi de delicto conſtet. 556.

10. De non torquendo Reo, niſi formato proceſſu: & publicato cum exhibita indiciorum copia: & quid de eo ſine indicijs, etiam in crimine læſæ majeſtatis. 559.

11. De torquendo Reo per indicia, niſi plene probata, & quomodo probentur: & quid de eo, licet ſint indicia probata, ſi aliter veritas haberi poteſt. 564.

12. De non torquendo Reo in cauſis civilibus, niſi in caſibus, neq; in criminalibus pro parva re: & quid de eo, quando ſunt plenæ probationes. 567.

13. Quæ perſonæ torqueri poſſunt, & quæ non. 569.

14. De non torquendis clericis, & de eorum privilegiis. 575.

15. Quomodo & quo moderamine ad tormenta procedatur: item quo tempore & à quibus tortura incipiat: & per quot dies ac quanta tortura Reus afficiatur. 575.

16. De Interrogationib. faciendis in tormentis, & quid de ijs Reo confeſſo: item, de nominato per tortum torquẽdo vel non. 578.

17. De Confeſſione ſpontanea; deque ea metu tormentorum facta. 582.

18. De Confeſſione in tormentis verificanda ſeu ratificanda: & quando Reus ratificare recuſat. 587.

Terminus VII. 593.

1. Notabile: Quænam cauſæ ſedi[illegible]nem & diſcordiã in civita-

vitatibus & villis generare ſolent. 602.

Terminus VIII. 626.

1. Notabile: Qualitas Perſonarum & cauſæ in ejuſmodi congregationibus puniendis, vel remiſſius plectendis, conſiderari debet. 629.

2. An licitum ſit populo ſe congregare ſine ſuperioris aut ſuorum judicum autoritate. 631.

TITVLVS VI.

Cap. 1. De renovatione proceſſus: & concluſione cauſæ. 635.

Terminus IX. fol. 637.

1. Notabile: Oppugnans vel rebellans aut prodens propriã Civitatem, vel alium principem ab Imperatore inferiorem recognoſcentem, vel non recognoſcentem ſuperiorem, an incidat in crimen læſæ majeſtatis? 677.

Terminus X. 628.

Terminus XI. 692.

Terminus XII. 698.

1. Notabile: Qualiter contra ſeditioſos, conſpiratores & ſimiles ſit procedendum: item quomodo rebellio ac ſeditio probetur? 704.

TITVLVS VII.

Cap. 1. De ſententia. 732.

Terminus XIII. 735.

1. Notabile: Nullitas manifeſta tres ſententias cõformes reſcindere poteſt, etiam poſt earum executionem. 737.

2. Sententia præpropere & nõ viſis actis lata, eſt nulla. 741.

3. Sententia ad acta quæ nõ exſtant, ſe referens, non per modum cauſæ, ſed ne Iudex ſine cauſæ cognitione proceſſiſſe videatur, eſt valida. 743.

Cap. 2. De executione ſententiæ. 746.

IOAN-

Digitized by Google

JOANNIS EMERICI A ROSBACH, JURECONSULTI CLARISSIMI, PROCESSVS CRIMINALIS.

PROOEMIVM.

In nomine Sacroſanctæ ac indiuiduæ Trinitatis, cui ſit laus, honor & gloria in omne æuum, Amen.

PRoceſſu Ciuili ſuperioribus annis, fauente diuino Numine, feliciter peracto, ac demum in lucem edito, aliquid quoque mihi de Criminalibus, ad multorum tamen preces in communem Studioſorum iuris vtilitatem, illudque methodice & quam breuiſſime promulgare conſtitueram, quamuis alias de hominis vita & ſanguine iudicare, cumque ad mortem condemnare ſatis periculoſum ſit. Cautius igitur ſecundum ſacroſanctæ ſcripturæ dictum, ne humanum ſanguinem iniuſte profundamus, agendum. Sed vtut ſit, quædam nonnulla ſecundum præſcripta iura communia, conſtitutiones, præſertim Carolinas, & Conſuetudines in ſacro Romano Imperio vſitatas in lucem proferam, huncque ordinem ac methodum in hoc proceſſu Criminali obſeruabo; vt poſita prius theoria, quamprimum praxin, quoad formulas accuſandi, ſeu libellandi, excipiendi, replicandi, duplicandi & ſimilium, ei adiungam, quo videant initio in foro practicare incipere volentes, quomodo theoriam cum praxi, & vice verſa coniungere debent, donec paulatim adſueſcant, & tandem ad veram practicā perueniant. Ne autem quid à me bis terue ponatur, ea quæ in proceſſu criminali huc neceſſario ponenda veniunt, & in ciuili prius poſita reperiuntur, non adiiciam, ſed ſaltem locum tituli, vbi inueniendum, breuitatis ſtudio, ne tautologus ſim, obiter attingam, eoque beneuolum Lectorem ad legendum remittam. Porro hunc tractatum criminalem in certos titulos quo-

ad theoriam, hoſque viciſſim in ſua capita ad modum practicādi diuidam. Quemadmodum enim in theoria nuda præcepta per certos titulos ac capita ad faciliorem ſtudentium captum & intellectum tractantur: ſic quælibet etiam cauſa quoad proceſſum in foro practico, dum ea ventilatur, in certis terminis præfixis peragitur. Demum hunc eundem modum in noſtro proceſſu criminali ac ſeriem retinebo, ideo quod tyrones iuris in immenſo illo iuris pelago ac quaſi labyrintho diutius contra promiſſum detinere nolim, ſed potius, vt quamprimum theoriam aliquo modo legerint, perceperint atque intellexerint, hanc cum praxi illico, vt in ciuilibus conferant, & cum diuino auxilio vtriuſque vtantur fruantur. Verum prius quam materiam proceſſus ipſam aggrediar, pauca quædam de criminibus præmittam. Aggrediar igitur materiam ipſam, & primum de criminibus in ſpecie initium faciam.

TITU-

Digitized by Google

TITULUS I.

CAPUT I.

De Judiciis.

SVMMARIA.

1 *Omnis definitio in iure periculoſa eſt.*
2 *Definitio iudicii quæ?*
3 *Subſtantialia iudicij quænam?*
4 *Diuiſio iudicij quæ?*
5 *Iudicium ordinarium quod?*
6 *Extraordinarium iudicium quid?*
7 *Publicum iudicium quod?*
8 *Iudicia publica cur ſic dicta.*
9 *Publica iudicia quare inuenta.*
10 *Definitio priuati iudicij quæ.*
11 *Ciuile iudicium quid.*
12 *Iudicium ciuile à criminali quid differat.*
13 *Definitio criminalis iudicij quæ.*

INſtitutum noſtrum cum de iudiciis futurum ſit, definiēdum prius eſt iudicium, vt, quid ſit, recte intelligatur, teſte M. Tullio *u.1.offic.* Quo-
1 niam vero omnis † definitio ſecundum iuris antiqui regulam, quę multos pręclarę etiam auctoritatis Iureconſultos deterret, in iure periculoſa eſt: parum enim eſt, vt ſubuerti non poſſit. *l. omnis definitio. 202. ff. de diuerſ.iur.antiq.reg.l.regula 1. & l. quod attinet. 32. ff. eod. tit. 2. eclog. 3. cap. 198.* Harmenop. *l.6.cap.2.* Nobis quoq; , vbi non ſemper iſtam ſubtilem præceptionem ex voto noſtro aſſequi & obſeruare poterimus, ſed generali ſępe ac ſimplici deſcriptione rei, pro eius qualitate, modo id, quo de agimus, intelligatur contēti fuerimus, ignoſcendum merito eſt: præcipue quando non in ſcholis, ſed in foro & praxi, nobis cum iudicibus & litigā-

tibus, nunc pro inſtitutione practicæ huius criminalis, agendum ſit, vbi non hæc tam ſubtilis diſputandi ratio, quam ſimplicitas veritati & legibus amica attenditur *§. cæterum verſ. & hac quidem. Inſtitut. de legit. agnat. ſucceſſ.* Paul. *l. 4. ſen. c. 8. §. 3.* Sed redeamus ad iudicij definitio-
2 nem. Iudicium autem † eſt diſceptatio, quę fit ex parte accuſatoris & accuſati apud judicem litis finiendæ gratia. Vdalr. Zaſius *in paratit. digeſt. in tit. de iudic. num. 2.* & Jacob Cuiac. *in paratit. C. eod. tit.* Felin. & Dd. *in rubric extra de iudic.* Vnde ſubſtan-
3 tialia iudicij † ſunt quinque, & primo citatio ad defenſam, quæ eſt de jure naturæ. *Clem. paſtoralis de re iudic.* non autem aliæ citationes, puta ad videndum publicari teſtes, eoſq; examinari & ſimilia. Secundo, requiritur libelli ſeu inquiſitionis oblatio. Tertio, litis cōteſtatio. Quarto, juramentum calumniæ. Quinto, ſentētia, & ita not. Speculat. *in princip. part. 2.* & Abb. *in c. cum me & te extra de re iudic.* Deinde judicium
4 † aliud eſt ordinarium, aliud extraordinarium, aliud publicum, aliud privatum, aliud civile, aliud crimi-
5 nale. Ordinarium † eſt, in quo certa pœna conſtituta eſt, & certus judicandi modus ſervatur *l. fin. ff. de priu. delict. l. 2. ff. de fur. balnear.* Extraor-
6 dinarium eſt, in quo † pœna, qua crimen coercetur, eſt arbitraria & extraordinaria *tot. tit. ff. de extraordin. crimin.* Jacob. Cuiac. *hoc loco c. de cauſis §. illis. extra de offic. de leg. c. ſuper his. extra de accuſ.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 1. nu. 8.* Publicum judicium eſt, quod † ex 7
legibus publicorum judiciorum venit *l. 1. ff. de publi. jud. l. 9. §. 5. ff. de publican. l fin. ff. de colleg. l. 1. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 1. C. vbi ſenat. & tit. Inſtit. de public. iudic.* Et dicitur ideo publicum, † quod cuiuis ex populo 8
executio eius plerumque detur *in princip. Inſtit. de public. iudic. l. 43. §. 4. ff. de rit. nupt. & tit. C. qui accuſ. poſſ. l. 8. & 9. ff. de accuſ.* Bartol. *in rubr. n. 1. ff. eod. tit.* atque inuentum † pro ju- 9
venibus, ad eloquentiæ ſtudium exercendum, & ad animorum egregiā contentionem, Budæus *in annotat. poſterioribus. ad l. 1. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Privatum † judicium eſt, in quo 10
iniuria privato illata, cognitione judicis vindicatur. *l. fin. ff. de privat. delict. l. 1. ff. de teſti. l. vlt. ff. de furt.* Civile † judicium eſt, in quo deducitur 11
cauſa civilis, & tenditur ad commodum privatum, *l. judex poſteaquam 55. ff. de re judic.* Dd. *in l. prolatam. 4. C. de ſent. & interloc. omn. judic.* Hic quomodo judicium civile † à crimi- 12
nali differat, de eo ſunt variæ apud Dd. opiniones, vt refert Bartol. *in l. 3. ff. de ſepulch. viol.* & Jaſ. *in rubric. C. de judic.* Et prima opinio fuit gl. *in l. lex Cornel. in princip. ff. de iniur.* quod judi-

judicium criminale dicatur, quando de delicto agitur, &c. Quæ opinio communiter reprobatur, quia aliquando agitur de delicto, & tamen agitur civiliter, vt habetur *in l. fin. ff. de furt. & in l. vlt. ff. de privat. delict. & l. fin. ff. de iniur.* Vnde propter hanc communem concluſionem, quod de crimine poſſit agi etiam civiliter, reprobatur dicta opinio gl. Secunda opinio fuit gl. *in l. ſi quæ per calumniam C. de epiſcop. & cleric. & in l. obſervare §. proficiſci ff. de offic. proconſul. & in l. fin. in verb. civiliter C. de iis qui ex public. tabul. l. 10.* quod civile judicium dicatur, quando imponitur pœna pecuniaria; criminale quando imponitur pœna corporalis, confirmatur opinio dictæ gl. per *l. interrogari C. de quæſtion. & l. 1. ff. de teſtib.* quæ tamen opinio communiter reprobatur, quia eſt contra text. *in l. 1. ff. de public. iudic.* vbi aliquando propter publicum judicium, imponitur pœna pecuniaria, & tamen publica judicia dicuntur criminalia. Similis textus eſt *in §. 1. Inſtitut. de public. indic.* & etiam contra text. *in leg. fin ff. de in ius vocand.* vbi propter judicium civile imponitur aliquando pœna corporalis, ſcilicet quando non poteſt luere in ære, ad *l. 1. ff. de teſtib. & l. interrogari. C. de quæſtion.* reſpondetur, quod ex illis legibus non bene infertur, nec eſt bona conſequentia; ſervus poteſt interrogari non ſolum in criminali, ſed etiam in pecuniaria: non ſequitur, nec bene infertur, vt ſupra. Tertia & vltima opinio eſt gl. *in l. 3. ff. de ſepulch. viol.* quæ communiter eſt recepta, ſcilicet quod judicium criminale dicatur, quando illud, quod petitur, venit applicandum fiſco: judicium civile, quando illud, quod petitur, venit applicandum parti. Sed contra dictam gl. facit text. *in c. per tuas. extra, de ſim.* vbi pœna non applicatur parti, & tamen judicium dicitur civile ratione, vt *ibi per Dd.* quod ibi eſt quædam ſpecies media, quæ non applicatur parti, nec fiſco. Facit etiam contra dictam gl. text. *in l. Gaius ff. ad SC. Sillan.* vbi pœna applicatur fiſco, & tamen non dicitur criminale, ſed civiliter agi. Tu ad hoc contrarium reſponde ex mente Bart. *in d. l. 3. ff. de ſepul. viol.* quod illud eſt verum, quod judicium criminale dicitur, quando pœna applicatur fiſco, quando illa pœna infertur alicui ex accuſatione, ſecus ſi per delationem. Sed *in d. l. Gaius.* pœna fuit impoſita per delationem, ſecundum practicam, quam dat Bart. *in d. l. 3. ff. de jure fiſci.* vnde ad dictam legem habetur reſolutio ex dictis Bartoli *in d. l. 3. ff. de ſepulch. viol.* junctis ijs quæ not. *in l. 1. ff. de jure fiſci.* Sed adhuc adde contra dictam gl. bene facere text. *in l. 1. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper. & in l. 1. ff. ſi quis in ius vo-*

cat.non ier. ibi licet judici defendere juriſdictionem ſuam mulcta, quæ applicatur fiſco. *l. 4. C. mod.mulct.* & tamen agitur ad dictam mulctam actione in factum, vel officio judicis, & ſic ibi pœna applicatur fiſco, & tamen ibi judicium eſt civile. Ad reſolutionem huius opinionis dic, quod aliud eſt velle dignoſcere judiciũ civile à criminali; aliud eſt, quando eſt impoſita pœna, dignoſcere vtrum agatur ad dictã pœnã civiliter vel criminaliter. In primo caſu dic, quod ad ſciendum, quando judicium dicatur civile, quando criminale, non debemus inſpicere eius finem vel effectum, ſed eius cauſam, & originem & principium *leg. ictus fuſtium ff. de iis qui not. infam. l. ſi tamen ff. ad SC. Maced.* Vnde in caſu noſtro non debemus perpendere, vtrum pœna applicetur fiſco vel parti, ſed modum agendi, per quem dignoſcitur judi-
13 cium civile à criminali. Criminale † demum judicium dicitur, quando ei⁹ finis ad commodum Reipublicæ vel fiſci tendit, ſive pœna ſit corporalis, ſive pecuniaria. *§. in ſumma 10.* & ibi Dd. *Inſtit. de iniur.* Bart. & Dd. *in l. fin. n. 4. ff. de privat. delict.* Jodoc. Damhoud, *in pract. crimin. cap. 2. nu. 4.* Jul. Clar. *in pract. crim. q.* 1. Joan. Sichard. *ad rubric. Cod. de judic. n. 11.* Atq; tantum de definitione & diviſione judicii; de quibus vide latius *in proceſſu meo civili, tit. 1. per tot.* Sequuntur modo perſonæ.

Margarita Criminales.

Judicium criminale per procuratorem agitatum, parte non opponẽte, an ſubſiſtat. Joh. Anton. Rube. *part. 2. n. 162. de poteſt. procurat. &c.*

Judicium publicum quotupliciter ſumatur. *ibid. n. 14.*

Judicia publica etiam ſunt illa, in quibus quis extra ordinem punitur, *ibid. n. 18.*

Judiciorum publicorum quædã ſunt capitalia, quædam nõ *ibid. n. 79.*

Judicia non debent eſſe eluſoria. Jacob. de bell. viſu *l. 1. c. 9. n. 44.*

In judiciis nil niſi juſtitia quęrendum eſt. *l. 2. c. 1. n. 6.*

Judicium ordinarium extraordinario non officit, nec è cõtra. Claudi. de Battandier *regul. 133. num. 4.*

Judicio vno terminato, aliud auſpicari poteſt. Claud. de Batt. *regul. 133. n. 5. & reg. 135. n. 1. & 2.*

Judicium vnius criminis terminatũ, aliud ex eodem fonte manans, non impedit. Battand. *reg. 134. n. 1.*

Judicia duo quando ſe habent in ordine inter duas perſonas, quoad jus ordinis cum vno acta præjudicãt alteri, ſed quoad convincendum & decidendum non præjudicant. Ambroſ. de Bozolis *conſil. 38. n. 10.*

Judicium non eſt nullum, etiamſi eius præparatória ſint omiſſa, vel præpoſtera Dominic. Quirin. *conſil. ſuo incip. in cauſa illorum. n. 14.*

Judicium ſuper incepto libello valet,

let, ſi non opponatur *ibid. num. 16.*

Judicium adulterij an per judicē ſecularem proſequi poſſit, ſi opponatur matrimonium eſſe nullum. Joan. Bapt. Baiard. *§. adulterium nu. 44. f. 3.*

Judicij ſubſtantialia per partem remitti non poſſunt, Baiard. *quæſt. 44. num. 21. f. 165.*

Judicium vbi cæptum, ibi finem accipere debet. Erneſt. Cothm. *f. 3. conſ. 3. n. 4. conſ. 33. n. 36. 60. 61. 62. 68. dec. n. 90.*

Judicium ſine legitimatione perſonarum, quam in eo experiuntur, ſubſiſtere non poteſt. Ern. Cothm. *conſ. 23. n. 72. f. 3.*

Judicium principale ibi cæptum, ſeu pendere nō intelligitur, vbi tantum petitio de carcerando facta eſt. Cothm. *reſpon. 3. n. 10. fol. 3.*

Judicium inferius ſuperiori nihil derogat. Coth. *conſ. 33. n. 79. fol. 3.*

Judicium & cenſura eius magis probanda eſt, qui rerum, de quibus agitur, ſcientiam meliorem habet. Coth. *conſ. 16. n. 9. 10. & 32. fol. 3.*

Judiciorum vigor juriſq; publici tutela ideo in medio conſtituta eſt, ne quiſquam ſibi vltionem permittere valeat. Cothm. *conſ. 58. num. 95. vol. 2.*

Judiciorum proportio æqualis & Arithmetica eſſe debet, nec actor nec reus ad imparia obligari. Coth. *conſ. 82. num. 2. vol. 2.*

CAPVT II.

De perſonis in Judicio.

SUMMARIA.

1 *Definitio judicis quæ.*
2 *Judex vnde dicatur.*
3 *Judex ſecundum allegata & probata procedere debet.*
4 *Officium judicis non impartitur, niſi petenti.*
5 *Judex in criminalibus per inquiſitionem procedere poteſt.*
6 *Judex ex inquiſitione procedens, dicitur inimicitiam contrahere cum reo.*
7 *Accuſator quis dicatur.*
8 *Accuſans quoque agere dicitur.*
9 *In criminalibus proprie accuſator dicitur; in ciuilibus vero actor.*
10 *Accuſator dicitur probare ea, ad quæ ſe adſtrinxit.*
11 *Judex vt ab opponente repelli poſſit, quid agendum ſit.*
12 *Rei ſeu Accuſati definitio quæ.*
13 *Reus in cauſa criminali per procuratorem defendi poteſt.*

14 *Rei*

Digitized by Google

14 *Rei favorabiliores ſunt, quam accuſatores.*
15 *Aſſeſſor quis dicatur.*
16 *Vocantur & hi Conſiliarij.*
17 *Definitio advocati qua.*
18 *Advocatus accuſare non dicitur.*
19 *Advocatus, vt inimicus dicatur, in cauſa capitali advocare debet.*
20 *Procurator quis dicatur.*
21 *Procurator in crimine publici judicij non admittitur.*
22 *Procurator in crimine capitali an à carcerato conſtitui poſſit.*
23 *Advocatus & Procurator dicuntur adverſarij.*

HActenus in proximo pręcedẽti capite de judicii definitione ac diviſione egimus: ſequitur de perſonis, quas eã ob cauſam præterire nequivimus, tũ ne tyrones juris in praxi versãtes, vt ſępe accedit, circa terminos errarent, tum deniq; quamvis non exactam ſimpliciſſima tamen judicii eiuſq; perſonarum, quę neceſſarie & incidẽter in foro intervenire poſſunt ac debent, cognitionem hinc percipere poſſent. Et primum quidẽ de judice. Judex autem
1 † eſt, qui de cauſa judicat §. *1. Inſt. de offic. jud. & §. ex non ſcripto. Inſtit. de jur. natur. gent. & civ.* Hinc judex di-
2 citur à jure dicendo, † quaſi jus dicens, *c. forus. 10. v. in omni. extra de*
3 *verb. ſignifi.* ideoq; is † ſecundum allegata & probata procedere debet. *l. illicitas. §. veritas ff. de offic. præſid. c.*
4 *judices. 3. q. 7.* eiuſq; † officium prius non impartitur, niſi petẽti *l. 4. §. hoc autem judicium. ff. de damn. infect.* & quæ ibi notant, per Dd. vnde Judex clementior lege videri non debet, vt dicitur *in auth. de judicib. & vt nullatenus oportet. collat. 6. Nov. 82.* nec ej⁹ authoritas vllum decipere poteſt. Marc. Ant. Blanc. *in pract. crimin. n. 37. fol. 47.* Judex † vero quãdo & quo- 5
modo in criminalibus per inquiſitionẽ procedere poſſit, vide text. *in l. 2. §. ſi publico* & ibi Bart. *ff. ad l. Iul. de adult. c. qualiter & quando el. 2. extra de accuſat.* ad impediendam inquiſitionem cautela eſt: nam judex ſemper antequam ad eam deveniat, offenſum præmonere debet, an velit accuſare vel non: quo caſu ſi accuſare vult, inquiſitio ceſſat, ita Alex. *in apoſtilla ad Bartol. in l. 2. ff. ſi publ.* ideo medio amicorum fac, vt offenſus te accuſet. Et an † ex inquiſitione pro- 6
cedens, inimicitiam cum reo contrahere dicatur? Vide And. de Iſern. *in c. 1. col. penult. de rapt. virg. in conſtitut. reg.* Et conſidera in hoc duo tempora, quamvis aliter conſiderẽt moderni, *in c. 1. de judic.* videlicet ꝙ aut pendet judicium, aut eſt judicatum, in primo caſu aut eſt cauſa civilis,

lis, aut criminalis. Si civilis, tũc nulli dubium eſt, quod non contrahitur aliqua inimicitia. Cum judex debeat ipſas partes audire, & juſtitiam vtrique adminiſtrare, *in auth. de judicib. per tot. & in l. nemo. C. de ſen.* & favorem vtrique præſtare ſecundum ſua tempora vt notat. *in l. favorabiliores ff. de reg. jur. & in c. cum ſunt eod. tit. in 6.* & ſi judex eſſet ſuſpectus partib. ex inimicitia ante contracta, vel ex alia cauſa, tunc datur adiunctus de jure civili, ſecundum quod notat. *in l. apertiſſimi* & ibi Jaſ. late *col. 2. & in auth. ſi vero contigerit. C. de jud.* & de jure Canonico recuſatur judex, *vt in c. cũ ſpeciali. de appellat.* Si vero cauſa eſt criminalis tunc aut ſuper accuſatione proceditur, & idem eſt dicendum quod in cauſa civili; cũ ſit perſona accuſatoris, qui cauſam agit, aut proceditur per viã inquiſitionis per ipſum judicem, & eſt mera inquiſitio, non intẽtata ad requiſitionem alicuius, vt dicit gl. & ibi Joan. Andr. Cardin. Abb. Feli. *in cap. qualiter & quando el. 2. in prin. extra, de accuſat.* Et tunc dico, quod contrahitur inimicitia, prout Deci. *in d. c. 1. in 2. notab. in 2. lect. de jud.* motus, quia judex, qui contra me procedit inquirendo, dicitur aduerſarius meus, quia ſubrogatur in locum accuſatoris, & omnes exceptiones, quę opponi poſſunt contra iudicem, vt not. Bartol. *in l. 2. § ſi publico, colu. 4. verſic. quærit. vtrum. ff. ad leg. Iul. de adult.* & vt per Alc. *in conſ. 54. incip. viſo themate vol. 1.* Porro iudex alius eſt ordinarius, alius extraordinarius. Ordinarius eſt: qui pleniſſimam cauſarum cognitionem vel ſuo iure habet, vel à principe ſibi conceſſam, *l. more maiorum. ff. de iuriſdict. l. omnes C. de indic. l. cum prætor § 1. l. penult. ff. eod. tit.* Vnde ordinarii magiſtratus habentur Imperator, Rex, Deus, Princeps, Marchio, Comes, &c. Speculat. *lib. 1. titul. de offi. ordin.* Vant. *in tit. de nul. ſent. ex defect. iuriſdict. num. 31.* Iudices eſſe & dari poſſunt omnes, ſiue patres, ſiue filiifamil. ſint, qui non prohibentur, *l. cum prætor. § non autem & l. in priuatis. ff. de indic. l. quidem. ff. de re iudic.* Prohibentur autem iudices eſſe ſurdus, mutus, perpetuò furioſus, morbo ſontico laborans, mẽte captus. *l. 3. § ſurdus ff. ad SC. Sillan. l. mutus ff. de procurat. l. mutum 9. ff. de ædil. edict. l. cum furioſus. ff. de iudic. l. iudex datus ff. eod. tit.* Minor an & quando Iudex dari poſſit, vide *l. quidam ff. de re iudic.* Zaſiũ *in paratit. ff. de iudic.* & quid de cæco, dubitatur, *l. ſi eruptione § ad officium. ff. ſi regũd. l. vbi falſi. C. ad leg. Cornel. de falſi.* Item, qui à ſenatu remoti ſunt, excommunicati, publico iudicio damnati, hæretici, deportati, infames, ſerui & mulieres. *l. 2. ff. de ſenator. c. ad probandum. extra, de ſenten. & re*

 iudic.

iudic. vbi gl. *C. de dignit. lib. 12. l. 1. C. de infam. l. 10. c. inter dilectos. extra de exceſſ. prol. l. non diſtinguemus. l. ſi ſervus ff. de recept. arbit. l. 2.* Vbi Decius cum limitationib. *ff. de reg. iur.* Pater in cauſa filij, & filius in cauſa patris iudex eſſe nequit. *l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd.* nec quiſquam in ſua propria cauſa iudex eſſe poteſt. *l. 1. C. ne quis in ſua cauſ. iud.* Cęterum quibus caſib. iudex ex officio ſupplere poſſit parte non petente, vide plene per Dd. *in l. 1. C. vt quæ deſunt advocat.* quibus porro ex cauſis iudex ſuſpectus recuſetur, & quando, vide Marant. *part. 6. de appellat. n. 27. & ſeq.* Speculat. *in tit. de poſition. §. 7. v. quid ſi pones.* Extraordinarius iudex eſt, qui limitatam & præſcriptam iuriſdictionem habet, cuius fines diligēter cuſtodire tenetur, *c. ſuper eo. de offic. deleg. c. nonnulli & c. cum dilecta. ext. de reſcript.* Et hic ex commiſſione iudicis ordinarij conſtituitur, vt delegatus & ſubdelegatus. Delegatus eſt, qui vices delegantis agit, & cui cognitio cauſæ delegata eſt *l. 1. §. qui mandatum ff. de offic. eius, cui mādat. eſt iuriſdict. l. ſolet. ff. de iurisdict.* hic habet quod 3. cognitionem cauſarum criminalium, Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. fi. q. 40.* prætex. *in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict.* ibi, *nullo perſonarū cauſarumve habito tractatu* gl. ſingularis *ibidē in verbo iudicandus* vbi Bart. Angel. Caſtren. & cōmuniter idem tenent Jaſ. *in d. lib. 1. n. 63. & ſeq. de offic. eius, cui mandata eſt iuriſdictio.* Poteſt enim quilibet iudex ordinarius publicis occupationib. impeditus, delegare proceſſum, reſervata ſibi ſententia. text. *in auth. adhac. C. de iudic.* Jaſ. *ibid. n. 1.* text. *in l. placet. la. 1. C. de pedan. iudic.* vide gl. *in c. ſuper quæſtionem in verb. in princip de offic. dele.* text. *in c. ſi pro debilitate eod. tit.* & Jaſ. *in d. l. n. 77. & ſeq. ff. de offic. eius, cui mandat. iuriſd.* Subdelegatus eſt, cui cauſa vel pars cauſæ à delegato ſecūdo loco cōmittitur. text. *in c. ſuper quæſt. §. intentioni. extra de offic. delegat.* Andr. Gail. *obſ. 97. n. 13. lib. 1.* Quænā cauſæ iure magiſtratus competūnt, vide *auth. de defenſorib. civitat. in §. nullo §. iudicant & §. audient. coll. 3.* & hæ an ab ordinariis iudicibus mandari & delegari poſſunt. text. *in l. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iurisdi. & l. fin. C. de pedan. iudic.* & text. *in l. imperium.* & ibi not. per gl. & Dd. *ff. de iurisdi. omn. iudic.* & quid de cauſis criminalibus, an & hæ delegari poſſint, vide Jul. Clar. *li. 5. pract. crim. n. quæſt. 41.* Denique delegatus quem modum in proceſſu cauſæ, & ſimilibus ſervare debet, vide Caſtrenſ. *in l. cum à nobis. C. de dilation.* Item, delegatus à Principe, alium ſubdelegare poteſt, *c. paſtoralis, & c. venerabilis extra de offic. de legat. & c. ſi dno eod. tit. in 6.* ſecus in delegato ab inferiore, *l. more maiorū. ff. de iurisdict. omni iudic. l. à iudice.* vbi Jaſ. *Cod. de iudic. & l. fin. digeſt. de offic. eius,*

eius, cui mandata eſt iuriſdictio.
7 Secundò de accuſatore † qui ali-
quē criminaliter accuſat. *l. inter ac-
cuſatorē.10.& l. accuſat.13.ff. de pub.*
8 *ind.* Vnde & ille † agit, qui accuſ. *qui*
9 *accuſ.4. C. de ed.* diciturq; proprie †
accuſator in criminalibus: actor ve-
ro in civilibus. *l. libellorū.3.§. qui ac-
cuſator.4.ff. de accuſat. l. accuſatorē.*
& *l. accuſatore. ff. de public. indic.* Qui
10 ea, † ad quæ ſe adſtrinxit, probare
tenetur. *l. fin. C. ad leg. Cornel. de falſ. l.
2.§. ſi prator. ff. de tranſact.* & vt oppo-
11 nente † repelli poſſit, quid agendum
ſit, vid. Marc. Ant. Blāc. *in pract. cri-
min. n.78. fol. 69.* hinc nemo invitus
accuſare cogitur. *l.1. C. vt nem. invit.
agat. l. divi fratres.19. ff. de accuſat.*
exceptis quibuſdam caſibus, qui no-
tantur *in d. l.1. C. vt nemo invit. agat.*
vbi Gothofred. Andr. Gail. *in obſ.9.
n.4. lib.1.* & Joach. Mynſing. *cent.5.
obſ.8. & cent.6. obſ.69. & 80.* Vnde iu-
dicium criminale ſine accuſatore nō
procedit. *l. quamvis.19. C. ad leg. Iul.
de adult. l. fin. ff. de privat. delict. l. re-
ſcripto.6.§. ſi quis de munere. l. pen. C.
de his qui accuſ. poſſ. l. ſi cui. ff. de accu-
ſat. & inſcript. c.1. vt Eccleſ. benefic.
ſine dimin. c.1. de accuſat* vt nec civile
ſine actore *l. inter.62. ff. de indic.* Dd.
*in rubr. ff. & extra, de iudic. c. forum,5.
extra, de verb. ſignif.* niſi cū ex publi-
ca fama, quæ loco accuſatoris eſt,
c. cum oporteat,19. extra, eod. tit. Pa-
norm. *in c. qualiter.17. eod.* magiſtra-
tus in delicti authorem inquirit. *l.2.
§. ſi publico. ff. ad l. Iul. de adult. l.3.§.
praterea de ſuſpect. tut. l. pē. C. de prob.
l. nullum. Cod. de teſtib. l.1. C. de cuſtod.
reor. l. ea quidē 7. C. de accuſat. c. qua-
liter. 1. & 2. extra eod. tit.* vbi Cano-
niſt. quod olim per denunciationes
fiebat. Ne enim deficientibus accu-
ſatoribus delicta manerent impuni-
ta, quæ coerceri publice intereſt,
conſtituti olim erant ſtationarij ſeu
Irenarchæ, quibus publice manaba-
tur, vt ſi quid gravius accidiſſet, id
denunciarēt magiſtratibus *l. ea qui-
dem 7. C. eod. tit. l.1.§. quies ff. de offic.
præfect. vrb. l. divus. ff. de cuſt. reor. l.1.
C. de curioſ. & ſtation. lib.12.* Duaren.
lib.1. diſpunct. c.38. qui poſtea ex offi-
cio ſicuti fieri debet, nocentē con-
quirebant, *d. l.1.§. quies. ff. de offi. præ-
fect. vrb. l.4. ff. ad l. Iul. peculat. l.3. ff. de
offi. præfect. §. fin. in auth. de collat. l.1.
C. de cuſtod. reor. l. ſi quis. C. de Epiſc.
audient.* Denunciatorum autem in
eo melior erit conditio, quod exē-
plo accuſatorum inſcribere ſe non
cogebantur. *c. ſuper 17. extra, eo. tit.*
De impedientibus deniq; aliquem
eſſe accuſatorē vide ꝓceſſum civilē.
Tertio, de accuſato ſeu reo † crimi- 12
nali, qui de crimine accuſatur, *l. ſi qui
reus.5. ff. de publ. iudic.* Reus à re, cuiꝰ
cauſa convenitur *c. forum. ad fin. de
verb. ſignific.* & quæ ab eo petitur, ſeu
de qua eſt diſceptatio, appellatur,
quē etiam fugientē vocant. *l. prope-
randū.11.§.1. C. de iud.* Reorum in ꝓ-
priū dicitur fugere, excipere, onꝰ ꝓ-

bandi non ſubire Speculat. *in tit. de advocat.§.vtrimq;&§.ſequitur.* Poſſunt autē omnes rei fieri tam civilib. quam criminalib. actionibus, paucis tamen exceptis. *l.hos accuſare 12.ff.de accuſ.* hic in cauſa † criminali per ꝓcuratorem defendi poteſt, *l.ſervum quoq;.§.publico.ff.de procurat.l.reos.C.de accuſat.* eſtq; favorabilior † quã accuſator. *l.merito.ff.pro ſocio.&l.favorabiliores ff.de reg.iur.* & accuſatore non probante reus abſolvitur, Salicet. *in l.2.C.de probat.* eiuſq; conditio in dubio melior eſt. Speculat. *in tit.de poſit.§.decimo ſequitur.v.ſed pene.&de l.v.quid ſi actor.* ac favore eius interpretatio fieri dicitur. Specul. *in tit.de except.§.3.verſi.quid de except.* Sicut reo abſoluto, accuſator ad expenſas tenetur. Carrer. *in Clen.ſæpe col.vlt.de verbor.ſignificat.* Deinde in judiciis regulariter cõveniri, reique conſtitui poſſunt omnes, qui non excipiũtur: per *tit.C.qui perſon.legit.* hinc reus accuſatus quomodo faciat ſibi ſalvũ conductũ facere Salic. *in leg.reos.C.de accuſ* Bart. *in l.qui reus.ff.de q.&l.ſi ff.de accuſ.* propter eius præſētiam, quæ in judicio multũ operatur. *l.de minore §.pluriũ.ff.de minorib.* alias pręſentatio rei ſpontanea innocentiam eius demonſtrat, ita tenet Cępoll. *in conſ.31.n.8.* & Hippol. de Marſil. multa accumulans *in pract.cri.§.diligēter.n.204.* & in cauſa publici judicii is tenetur ſe judici præſentialiter præſentare & defendere. *l.pen.§.ad crimen.ff.de public.iudic.* vel per procuratorem eo abſente. *l.reos.Cod.de accuſat.l.ſervum quoq;§.publice.ff.de procurator.* Hæc de neceſſariis perſonis, ſequuntur nunc incidentes perſonæ, vt Aſſeſſor † qui judici in judicio ad cauſam recte cognoſcendam aſſidet, eumq; informat. *l.ſtudiorum labor.n.1.* & ibi Iaſ. *ad rubric.tit.nu.1.C.de aſſeſſorib.* Speculat. *in tit.de aſſeſſor.in prin.* Aſſeſſores enim funguntur interdum vice magiſtratuũ in audiendis & cognoſcendis cauſis, non etiam in ſubſcribendo *l.2.C.de aſſeſſor.* ſic dicti quod judicibus in conſilio & juriſdictione aſſideant. *l.3.&l.fin.ff.de offic.aſſeſſor.* Hinc cõſiliarij † quoq; nuncupantur. *l.velut.1.C.de aſſeſſ.l.conſiliarij.5.ff.de offi.aſſeſſor.l.conſiliarios.3.l.in conſiliis 10.&l.liceat.12.C.de aſſeſſ.* His proximi ſunt Cancellarii judicũ *l.3.l.nemo.6.C.de tit.* deinde aſſeſſores aſſumuntur in conſilium à judicib. vel magiſtratibus vt eorum conſiliis & operis in judicando & exercenda juriſdictione vtantur *l.licet omnibus 7.C.de aſſeſſor.* eligi debent cõmuni voto & voluntate. Innocen. *in c.ſuper.extra, de offi.delegat.* Aſciſcuntur autem in aſſeſſores, qui juris cognitione, honeſtate vitæ & morum probitate præditi ſunt, quique integri ſunt ſtatus & famæ. gl. *in l.2.ff.quod quiſq; jurisd.leg.3.ff.de officio aſſeſſor.*

Margin: 14 (beside "accuſ. hic in cauſa † criminali"), 15 (beside "ſor † qui judici"), 16 (beside "aſſeſſor. Hinc cõſiliarij †")

aſſeſſor. l. 1. & l. pe. C. de aſſeſſor & domeſt. Bal. *in l. fi. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ liber.* non illegitime nati, nō excommunicati vel banniti. Joach. Mynſing. *cent. 4. obſ. 31.* Speculat. *in tit. de aſſeſſor. §. debet autē. n. 2.* aliqua infamię enim nota aſperſi, aſſeſſores eſſe nequeunt. *l. 3. ff. de offi. aſſeſſ.* nec conſiliarij Principis Bald. *in l. cū legitime. ff. de ſtatu homin.* nec Doctoris titulo inſigniri poſſunt: quia Doctoratꝰ eſt dignitas, vt dicit Bald. *in procœmio. Cod. & in l. 1. Cod. de dignit. lib. 12.* Zabarell. *in procem. Clem. & Clem. 2. de magiſtrat.* etiamſi eſſent legitimati, cum legitimatus ſit ſimilis Alchimię quę facit apparere, quod nō eſt, inquit Bald. *in c. 1. col. 5. de conſtit.* quē refert ac ſequitur Jaſ. *in l. cum acutiſſimi C. de fideicommiſſ.* Et idē Bald. *in c. fin. de translat. Epiſcop.* ait: legitimatum aſſimilari homini medicato à morbo, in quo ſemper aliquæ cicatrices remanent, cuius dictum recenſet Curtius *in conſ. 78. col. 26. & ſeq.* vtcunque ergo ſpurij efficiantur legitimi, remanent tamen infames de facto inter bonos & graves viros. Alex. *in l. ex facto. col. 5. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* late Caſſan. *in catalog. gloriæ mundi. part. 11. conſid. 15.* cum infamibus portæ dignitatū non patent. *l. 2. C. de dignitat. li. 12. cap. infamib. de reg. jur. in 6.* officium porro aſſeſſorum in quibuſnam cauſis cōſiſtere ſoleat. vide *l. 1. ff. de offic. aſſeſſor. & l. 3. C. de aſſeſſor.* quodque finitur morte, *l. 1. ff. de offic. eius.* aſſeſſor denique propter culpam gravem vel delictum removetur ab officio, & tenetur ad intereſſe. Paris de Puteo *in tr. ſyndicat. in verb. poteſtas.* Bart. *in l. Mævia. ff. de annu. legat.* poteſtq; recuſari pro ſuſpecto. *c. ſtatutum §. aſſeſſorem.* & ibi Joan. Andr. *de reſcript. in 6.*

Secundò, Advocatus † qui in ju- 17
dicio pro aliis poſtulat. *l. hunc titul.*
ff. de poſtuland. nec accuſare † dicitur 18
Bart. *in l. 3. §. fi. ff. de adimend. legat.*
vocaturq; cauſarū patronus. *l. quic-*
quid. C. de advocat. diverſ. judic. vt &
inimicus appelletur, † in cauſa càpi- 19
tali advocare debet, Marc. Anton. Blanc. *in pract. crim. n. 144. f. 537.* vnde poſtulare hodie ꝓ advocare ponitur. *l. 2. & tot. tit. C. de poſtul.* regulariter omnes advocati eſſe & in jure poſtulare poſſunt, qui non prohibētur. Prohibētur autē tam pro ſe, quā pro aliis poſtulare, q̧ legitimā ſtandi in judicio perſonam non habent *tot. tit. C. qui perſon. legitim. ſtan. in judic.* Publicum namq; & civile munus eſt, ad quod etiam invitus cogi & cōpelli poteſt ſub pœna privationis officij, vel pœna pecuniaria impoſita, text. notab. *in l. 1. §. ait prator. e l. 1.* jūcta gl. *in verb. non habebūt. ff. de poſtuland. l. 2.* vbi Decius *ff. de reg. iur. l. 1. in princ. ff. de adminiſtrat. tutor. l. providendum. §. 1.* ibi, *careat foro. C. de poſtul.*

ſtul.text.in c.1. vbi gl. in verb. implorando.Felin.ibidē, n.2. de offic. iudic. idem Felin.in c.ſi pro debilitate. n. 4. de offic.delegat.text. valde ſingular. in l.nec quicquā.§.advocatos. & §.ſi.ff. de offic.proconſul.& legat. Iaſ.in l.3.C. de procurat. niſi iuſtam excuſationē habeat tot.tit.ff.de munerib. & honorib.text.in l.pen.§. qui autē.ff. de vacat.& excuſat.muner. & in l. ſancimus.la.1. C.de advocat. diverſ. iudic. gl.in l.2.in verb.conſenſum.C. de proxim.ſacror.ſcrin.lib.12.Fel.in c.ſi pro debilitate n.9. de offic.de lega.Sumptibus tamen petentiū l.4.§.fin.in verb. tui ſumptibus ff. de edend. l.1.§. in honorariis.ff.de var.& extraordin.cogn. quod tamen interdum gratis quoq; in civilib. fieri ſolet. Mynſing. cent. 4.obſerv.32.Gail.lib.1. obſerv.43.n.15. in criminalibus vero cauſis eiuſmodi ſumptus litium,nec non alimenta rei, ſi ipſe ſibi ſufficere non poteſt, ab adverſario, ad cuius inſtantiam in vincula coniectus eſt,præberi debent. Vide Conſtitut. crim. Caroli V.in artic.204.Parid.de Put.in tract. ſyndicat.cap.4.num.2.& 3. Denique officium advocatorum proprium, eſt litigantium ſaluti providere, & privatorum cauſas tueri.l.laudabile. C.de advocat. diverſ. iudic. l.rem non novam, & l.pen.C. de iudic. quia eſt honorabile & laudabile. l. advocati & l.laudabile. C. de advocat. diverſ. iudic.l.quisquis. in fin. & l.providendum.C.de poſtuland.

Tertiò, Procurator, † qui aliena 20
negotia mandato Domini adminiſtrat.l.procurator eſt.1.ff. de procurat. Speculat.in tit.de procurat.in rubric. n.1. Hinc procurare eſt pro alio aliquid curare. Weſenb.in paratit.ff.de procurator.nu.2. adminiſtrare vero proprie ſignificat loco ſeu iure Domini negotium gerere tit.ff. de adminiſtrat.tutor.& tit.de adminiſtrat. rer.ad civit.pertin. Procuratores eſſe & conſtituere poſſunt omnes, qui non prohibentur:prohibentur autē hæ perſonæ, quæ legitimam perſonā ſtandi in iudicio non habent l.1.& 2. C.qui legit.perſon.ſtād.in iudic. l.ſervum.ff. de procurat. Conſtituuntur etiam hi vel in iudicio, vel extra iudicium, ſed cum mandato.l.ſervum. & l.ſi procuratorē.ff. de procurat. Iaſ. in l.quā dotis ff.ſolut. matrim. Deinde, an procurator † in cauſis crimi- 21
nalibus ſicut in civilib.l.1.ff.de procurat.admittatur ſeu cōſtituatur, multo variant interpretes, adeo vt Bart. ſcribat in l.pen.§.ad crimē.& ibi Dd. ff.de publ.iudic.hāc materiā profundam eſſe, quæ multas habet opiniones & paucas leges, communiter tamen receptū eſt, quod neq; accuſator, neq; accuſatus per procuratorē experiri poſſint.Dd.ad l.pē.§.ad crimē.ff.de publ.iudic.& l.2.ff.de cuſtod. reor.gl. in l.ſervū §.publice.ff. de procurat. Fachin. lib.1. controverſ. 24. Quia accuſator debet ſe inſcribere ad pœnā talionis, ſi inveniatur calumnia-

mniatus. *l.fin.C.de accuſat.l.eg.1.ff.ad SC.Turpill.c.tua.de procurat.* Et accuſatus ſi convincatur;legitima pœna tenetur, quam procurator ſuſtinere non tenetur. Ob quod merito in huiuſmodi iudiciis procurator non admittitur, ne ipſa reddātur iudicia cluſoria, text. *in l.ſi prator.ff.de iudic.& in l.ne in arbitris.Cod.de recept.arbitr.* aut maleficia remaneant impunita, text. *in l.ſi vulneratus §.fi. ff.ad leg.Aquil.l.locatio.§.quod illicite.ff.de publican.& vectigal.* & ibi gl. *l.convenire.ff.de pact.dotalib.* Cæterū quamvis non admittatur in criminalibus procurator ad peragendum ipſum iudicium: poteſt tamē intervenire ad proponēdas excuſationes abſentium, qui vel morbo detinentur, vel carcere incluſi ſedent, &c. Et hoc eſt, quod Alex. *in l.3.C.de accuſat.* reſcripſit: *Reos capitalium criminum abſentes etiam per procuratorem degendi, leges publicorum iudiciorum permittunt.* Cui convenit *d.l.ſervū. §.publice.ff.de procurat.* Huiuſmodi tamen defenſor etiam eo caſu, quo abſens damnari poteſt, non videtur fieri Dominus litis vel partem iudicij efficere: ſed hoc tantum inducit vt extrinſecus tanquam aſſiſtens audiatur, & allegationes pro abſente faciat *l.3. C.de accuſat.* niſi agatur de Academiis, vniuerſitatibus, & collegiis, quorum reſpectu nō poteſt eſſe capitalis pœna. *l.aut facta.16.§.nonnunquam.ff.de pœn.* Ideoque procurator pro iis admittitur, quod idem eſt, ſi agatur de levioribus criminibus, quæ pœnam ſanguinis nōn habent, nec aliam capitalē, ſed vel relegationem, vel aliam leviorem. Sic advocatus & procurator † vocantur 22
adverſarij ſecundum Nicol.de Matthar.alleg. Anton.de Butrio, *ibi in 2. notab.& in c.teſtimonium.in 2.notab. in teſtib.* Joan.Fran.Ripa *in d.c.1.in 2. notab.in 3.ampliat.* dicit procuratorem & advocatum dici adverſarios per text. *in l.1.§.qui autem Cod.de his qui deſer.lib.10.* & per text. *in c.2.de confeſſ.in 6.* Deci. *in c.1.in 2.notab.de iudic.*

Quartò, ad procuratorem quam proxime accedere videtur Syndicus, qui vniuerſitatis procurator dicitur, quod communi mandato omnia negotia, cauſas & lites Reipubl. adminiſtrat & perſequitur *l.1. & tot.tit.ff.quod cuiuſque vniuerſit. nomin.* text. *in l.municipes.ff.ad municipal.* Damhoud. *in tract.crimin. cap.24.num.2.* Mynſing. *cent.4.obſervat.76.* Verum non omnes cauſas communes adminiſtrantes, indiſtincte nuncupantur ſyndici. Qui enim cauſas criminales tractant, & mulctas ac pœnas vniuerſitatis perſequuntur, proprie procuratores fiſci appellantur, vulgo fiſcales. *tot.tit. ff.de adminiſtrat.rer.ad civit.pertinent.* Nam etſi privatus ad publica iudicia criminalia procuratorē conſtituere non poſſit: vniuerſitas tamen

men in his per ſyndicum criminaliter accuſare & accuſari atq; defendi recte poteſt. Marant. *part. 4. diſt. 1. n. 89. de ordin. judic.* Mynſing. *cent. 4. obſerv. 76.* Speculat. *in tit. de ſyndic. num. 5. & tit. de accuſat. v. fin. & tit. de procurat. n. 11.* Syndicus differt à procuratore hoc modo: quod Syndicus ab univerſitate vel Reipublic. communi mandato ad omnia eiuſdem negotia tractanda cõſtituitur. *l. 1. & 3. ff. quod cuiuſq; vniuerſit. nom.* Bartol. *in l. 1. ff. de albo ſcribend.* Procurator à privato Domino ad ſua negotia curanda *l. 1. ff. de procurat.*

Quintò defenſor eſt, qui judicium æque ac procurator, ſine mandato tamen ad defendendum reum, cuius vicem ſubit, ſuſcipit, *l. ſed & hæ. §. defendere l. minor l. filiusfamil. ff. de procurat. & defenſor.* hic differt à procuratore, quod intervenire ſolet tum pro actore, tum reo in iudicio, vel extra, ſine expreſſo tamen mandato, vltro & ſponte. *l. 17. 30. 43. & tot. tit. ff. de procurat. & defenſor.* Defendi autẽ poſſunt omnes q abſunt, vel impediti ſunt, ne quis indefeſſus damnum aliquod præter æquitatẽ faciat. *l. 1. ff. quod cuiuſq; vniuerſit. nom. l. ſervum. ff. de procur.* ſive civili, ſive criminali iudicio ſint rei. *d. l. ſervum §. publice. ff. de procurat.* Jul. Clar. *in pract. q. 33. verſ. ſed quod plus eſt* Damhoud. *in prax. rer. crim. c. 80. n. 3.*

Sextò, negotiorum geſtor eſt, qui itidem negotia aliena tam in iudicio quam extra, ſine tamen mandato etiam gerenda ſuſcipit. *l. ſi quis abſentis 2. & ſeq. cum l. 6. & tot. tit. ff. de negot. geſt.* Marant. *in repetit. l. ſi actor. n. 1. ff. de procurat.*

Septimò, Mandatum quoq; procuratorium in criminalibus nõ valet, ſi vltra relegationem pœnæ imponitur, *l. 2. §. 1. l. pen. ff. de public. iudic.* Wormbſ. *in pract. titul. 5. obſerv. 10.* Clar. *in pract. crimin. quæſt. 32.* niſi cauſa criminalis ſit vniuerſalis. *l. tam collatoris. Cod. de re milit.* Mynſing. *cent. 4. obſerv. 76.* Gail. *in lib. 2. de pace public. c. 10. n. 11.* vel quando civiliter intentetur, vel quis abſentiæ vel innocentiæ cauſas rei nomine proponat. *l. ſervũ quoq; ff. de procurat.* Clarus *in pract. crimin. q. 32.* Res enim, quæ mandari poſſint; ſint omnes cauſæ, de quibus in iudicio agitur.

Octavò, conſors eiuſdem litis in criminalibus pro conſorte non admittitur; propterea quod Reus conventus ipſe perſonaliter in iudicio comparere tenetur, eoque nec procurator in criminalibus recipitur. Felin. *in d. cap. cum M. Ferrarienſis. limitation. 1. de conſtitut. l. ſervũ quoq; §. publice ff. de procurat.* Jacob. Menoch. *lib. 1. de arbitr. iudic. cauſ. q. 80.*

Nonò, Actuarius eſt publicus ſcriba, qui acta iudicii conſcribit & recitat. *c. ſtatutum §. notarium.* & ibi gl. *de reſcript. in 6. c. quoniam. de probat.* nuncu-

Digitized by Google

nuncupatur quoque tabellio, notarius & ſeruus publicus, quod publicum officium exercet. *c. quanquam.* vbi gl. *in verb. ſeruo publico. de vſur. in l.6. generali. C. de tabellion. libr. 10.* Iudex tam ordinarius quam delegatus vnum ſeu plures notarios, ſi opus eſt, ad ſcribenda acta aſſumere poteſt, Bald. *in l. fin. C. vbi & apud quos, & c. c. quanquam. de vſur. in 6.* Notarius iudicis ordinarii acta delegati ſcribere debet. *c. ſtatutum §. notarium.* vbi gl. *in verb. officium de reſcript. in 6.* Officium porro actuarii conſiſtit in eo, vt acta iudicii diligenter & bona fide excipiat & conſcribat. *l. 3, l. nemo §. vlt. C. de aſſeſſoribus.* Bald. *in addit. ad Specul. in tit. de inſtrum. edit. v. non ſufficit.* In notario deniq; requiritur peritia iuris, ita vt ex imperitia parti læſæ teneatur, & de dolo ac culpa. *Nouell. 66.* gl. *in l. generali. Cod. de tabellion. lib. 10.* Ioan. Schneidevvin. & Ioach. Mynſing. *in tit. Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi delict. naſcunt. l. fi. C. de magiſtrat. conuen.* Vnde ſi quid ſcribat vel minus, quam à partibus dictum fuit, vel quod non debet, vel quid occultet aut debita capitula omittat, parti læſæ ad intereſſe tenetur: poteſt tamen ſe corrigere, antequam partibus copiam det. Bald. *in l. qui accuſare C. de edend. l. ſi menſor. & l. hoc iudicium. ff. ſi menſor. falſ. mod dixer. l. cum 14. C. ad leg. Cornel. de ſicar.* Bartol. *in leg. presbyteri. C. de Epiſcop. & cleric.* Socin. *in conſil. 94.* Et demum nonnullæ aliæ quam plurimæ perſonæ, de quibus fuſius *ſuis in locis dicti proceſſus ciuilis.* Atq; ſic de perſonis tam neceſſariis, quam incidentibus: ſequitur poſtea poteſtas procuratoris & defenſoris in cauſa criminali.

Margaritæ Criminales.

Iudex ex officio tenetur defendere & quærere innocentiam rei Anton. de Can. *de excuſat. part. 1. nu. 4.* Ioan. Anton. Rub. *de poteſt. procur. & c. par. 1. n. 179. & 201.*

Iudex in crimine læſæ maieſtatis cogit accuſatorem ſuam accuſationem proſequi Martin. Laudeng. *de crimin. læſæ maieſtat. quæſt. 44.*

Iudicantem oportet cuncta rimari, & quid iudex debet ſeruare in caſu vulneris. Oddofred. *de percuſſion. n. 4.*

Iudex iudicare poteſt contra cõmunem opinionem, caſum legis nõ habentis. Autor. Incert. *de crimin. læſ. maieſt. quæſt. 1. n. 8.*

Iudicare de hæreſi cuius ſit. Gondin. *de hæretic. quæſt. 7. n. 1.*

Iudex quando ſuo mero officio procedat ad criminis inquiſitionem vel ad denũtiationem officialis publici. Bonicontus *de excuſatore, numer. 43.*

Iudex in iudicando quam formam

Digitized by Google

mam ſeruare debet. *ibidem num.44.*

Iudex procedens viſitando vel confirmando an teſtes compellere poſſit. *ib.n.51.*

Iudex ex officio poteſt probationes inducere & ſupplere. Anton. de Canario *de excuſatore part.1.n.5.*

Iudex non admittens volentem probare cauſam abſentiæ, an faciat proceſſum nullum. Ioan. Anto. Rube. *de poteſt. procurat. &c. part. 1. nu. 191.*

Iudex quod non poſſit ſupplere defectum partis in opponenda exceptione notoria, quatenus verum ſit. *ib.p.1.n.346.*

Iudex de notorio crimine non poteſt condemnare ſine præcedenti citatione. Autor. incert. *de crim. laeſ. maieſt. quæſt.1.n.24.*

Iudex toto conatu ſeditionibus obuiare debet. Nicol. Boer. *de ſeditioſ. in 1. præuiſon.6.*

Iudex vnius ciuitatis non poteſt cognoſcere de ſeditione facta in alia. *ib. in 7. præſuppoſito.n.3.*

Iudex ratione notorii non debet procedere, niſi prius conſtet de notorii qualitate. Ioan. Franc. Ponzinib. *de lamiis, &c.n.81.*

Iudex, actor vel procurator & notarius irregulares ſunt, ſi in membris mutilatio ſequatur, Nicol. Plonius. *de irregulari. n.4.*

Iudex cauſam ſanguinis tractans, efficitur irregularis, etiamſi effuſio ſanguinis non ſequatur. *ibid. numer. quinto.*

Iudex in caſu dubio cognoſcit, an ſua ſit juriſdictio. Nicol. Arelatenſ. *de hæretic. no.3.n.1.*

Iudex delegatus licite poteſt eſculeta & poculenta accipere. Gundiſſaluus de Villa diego. *de hæret. capite 8.n.9.*

Iudex in carceribus quempiam iniuſte detinens, in id quod carcerati intereſt, obnoxius ſit. *ib. cap.11.nu. 12.*

Iudex laicus iniquam eccleſiaſtici iudicis ſententiam executioni mandare non debet *ib. quæſt.19.nu.8.*

Iudex ſecularis ad eccleſiaſticum, & eccleſiaſticus ad ſecularem, vbi opus eſt, recurrere poteſt, vna etenim poteſtas alterius opera vocatur. *ib. n.9.*

Iudex vnus ſecularis alterius judicis ſæcularis auxilium implorare poteſt. *ib.n.10.*

Iudex in ſententiis ferendis vel pœnis injungendis contra abiurantes qualiter pronunciare debeat. Gond. *de hæret. quæſt.20.n.8.*

Iudex mitior lege eſſe non debet. Iacob. de Arena. *de bannit. nume. 18.* Nell. *de bannit. p.1. temp. 2. num. 62.* Damh. *c.62.n.4.*

Iudex qui poſſit bannire exiſtentem in territorio Florent. & balliſtantem in territorium Bononienſe & ibi hominem occidentem. Nelli. *de ban-*

de bannit.part.2.tempore 1.numer.8.

Iudex cui conſtat intra terminum in citatione appoſitum, citatum abſq; probabili cauſa non eſſe venturum intra terminum, an eum bãnire poſſit, tanquam habitum pro confeſſo.Nell.*de bannit.part.3.temp.1.n.12.*

Iudex in cauſa injuriarum arbitrari poteſt vſque ad mortem Ioan. Anton.Rub.*de poteſt.procur. & defenſor.in cauſ.crimin.part.1.numer.291.*

Iudex debet à ſeipſo defenſiones partis aſſumere, vbicunque poteſt contra abſentem procedi. Nell. *de bannit.part.3.temp.1.n.4.*

Iudex eccleſiaſticus ſuper intereſſe ſingulari, vel priuato alicuius perſonæ, non poteſt per inquiſitionem procedere ex officio.Bonicont. *de accuſ.n.28.*

Iudex eccleſiaſticus non debet ad ſententiam excommunicationis feſtinare. Auctor incert. *de modo proced.contr.apoſt.n.6.*

Iudex eccleſiaſticus brachium ſeculare hortari poteſt, ad hæreticos vel paganos expellẽdos.Nicol.Plou. *de irregul.n.19.*

Iudici non imputatur, ſi aduerſus ſeditioſos potentiores non proceſſerit.Nicol.Boer. *de ſeditioſ.q.1.numer.9.*

Iudici per inquiſitionem procedenti, & ſe informatum de fama dicenti non ſtatur. Ioan. Franc. Ponzin.*de lamiis n.80.*

Iudici vbi non datur poteſtas cognoſcendi niſi de manifeſtis ſi reuocatur in dubium in illo caſu, non poteſt cognoſcere, an juriſdictio ſua ſit Ioan.Nicol. Arel. *de hæret.num.3.* quod limita & reſtringe, vt *ibi numer.4.*

Iudices delegati in crimine hæreſis qui dicãtur.Ludou. Carer. *de hæret.u.65.66.*

Iudicibus ordinariis ſuper hæreſi procedẽdi nequaquam adempta facultas videtur, quamuis Papa ſuper hæretica prauitate inquiſitores deputarit. Gond. *de hæret. quæſt.7.numer.9.*

Iudex ſolus, aut eius poteſtatem habens,inquirere poteſt.Bellouiſ.*c.8.n.3.*

Iudex de jure obligatur dare parti inquiſitionis copiam factæ ad inſtantiam partis.Iacob. Bellou.*c.8.n.20.*

Iudex ac fiſcus in multis Fl. curiis obligantur dare parti teſtium nomina ac cognomina, necnon totius inquiſitionis copiam. Bellou. *c.8.numer.23.*

Iudex & fiſcus inquirunt duntaxat de crimine intra 20. annos admiſſo, ſupra vero 20.annos nequaquam.Bel.*c.8.n.24.*

Iudicem ſemper commẽdat clementia.Damh.*c.54.n.6.*

Iudicem iniquum hians abſorbet infernus. Damh. *c.154. n.25.*

Iudicem eſſe moderatum & facilem æquum eſt, in leuibus potiſſimũ cauſis, Damh. *c.55.n.7.*

Iudicem conuenit ad abſoluendum quam ad damnãdum eſſe procliuiorem, vbi materiæ obſcurę ſunt & ancipites. Damh. *c.55.n.8.*

Iudex in omnibus delictis, ſingulas vniuerſaſque legum conſtitutiones ad amuſſim obſeruet Damh. *c. 55.n.9.*

Iudex in omni condemnatione criminali, condemnationis cauſam articulatim exprimat, neceſſum eſt. Damh. *c.55.n.10.*

Iudices ambo (eccleſiaſticus & ſecularis) ad ejuſdem delicti punitionem, aliquando concurrunt. *ibidem n.20.*

Iudex nimis corruptus, innocentem morte damnans, vt homicida puniẽdus; citra vero mortem damnans datur in exilium, bona confiſcãtur lege Iulia repetundarum, pœna cõcuſſionis vel falſi tenetur. Dãh. *c.70.n.15.*

Iudices iniqui, rei damnis omnibus reparãdis obnoxij fiunt. Damh. *c.76.n.34.*

Iudicibus indoctis à Doctoribus conſilium eſt petendum. *ib.n.34.*

Iudicem ſuum cædens, corporaliter puniendus eſt. Damh. *c.137. numer.18.*

Iudicum eſt ſuos ad reconciliationem mutuam compellere. Damh. *c. 145.n.3.*

Iudex partes procaces ad Giſilationem conſtringit. *ib.n.4.*

Iudicis jus ſuum ſeruatur integrũ, pace inter partes compoſita. *ib. n.5.*

Iudex ex audita partium pace cõpoſita, criminis confeſſionem arguit, ex qua ad punitionem procedit, *ib.n.8.*

Iudex in notorijs juris ordinem non ſeruat. Damh. *c.3.n.6.*

Aduocatus publice delinquenti non eſt dandus. Hippolit. *in §. examinanda. n. 10.*

Aduocare pro inſignibus furib. judex an permittere debeat. Hippol. in §. examinanda. *nu. 20. & in §. diligenter. num. 64. &* an procedendum non ſeruato juris ordine. *ibid. nu. 165.*

Aduocatus non tenetur, niſi in quantum facere poteſt Bellou. *lib.3. c.4.n.11.*

Aduocati conſilio an reus vtatur. Battand. *in reg.17. in append. num.1.3. & 4.*

Aduocatus & fiſci procurator crimina non omittunt. Battand. *Reg. 142.n.15.*

Aduocati ad legitima teſtimonia non admittendi. Damh. *c.50.n.11.*

Aduocati juſtitiæ falſa obtrudũt, & falſa defendunt Damh. *c.154.n.13*

Conſi-

Conſiliarij noſtri temporis, decurionibus æquiparantur Bellou. *li. 3.c.4.n.3.*

Sapientis conſilium per calumniā petitum, non debet à judice concedi. Bell. *in §. opportune. n.84.*

Sapientis conſilium ex forma ſtatuti poſt concluſionem in cauſa peti non poteſt. *§. ſequent. num. 28. & 49.* Bell.

Conſiliarij ſunt pars corporis principis. Damh. *c.62.n.7.*

Conſiliarij principum ſunt ab onerib. liberi, & priuilegiati. Damh. *c.98.n.17.*

Aduocatus cauſam ſanguinis tractans efficitur irregularis, etiamſi effuſio ſanguinis non ſequitur. Nicol. Plor. *de irregul. n.5.*

Aduocati debent in poſitionibus formandis eſſe cauti. Paul. Ghirland. *de ſortil. quæſt.10.n.12.*

Aduocati non debent intereſſe examinationi reorū pro ipſis. Gondiſ. *de hæret. q.13.n.8.*

Aduocatus an pro bannito aduocare poſſit. Franciſ. Ponzin. *de lamiis. n. 78.*

Aduocatus pro hæretico, an hęreticus ſit. Ludo. Careri. *de hær. n. 19.*

Aduocatus an in pœnam ſtatuti incidat diſponentis, quod nullus poſſit dare auxilium, conſilium, vel fauorem. Nell. de S. Gemin. *de bann. part.3.temp.2.n.36.*

Conſulens aliquid vnde ſequatur homicidium. efficitur irregularis. Nicol. Plot. *de irregul. n.7.*

Conſulens alicui vt pro patria aut jure ſuo ſe exponat, an ſit irregularis, ſi ibi moriatur. *ib.n.9.*

Conſulens judici, vt aliquem puniat ad mortem, irregularitatem incurrit. *ib.n.28.*

Conſulens aut vocans maleficos ad maleficia facienda, punitur pœna capitis. Paul. Girl. *de ſortil. qu. 11. nu. 12.*

Conſultor in criminibus non tenetur, ſi per viam juſtitiæ procedatur. Nicol. Boer. *de ſeditioſ. quæſt. 7. nu. 5.*

Aduocatus in crimine ſodomiæ non datur. Lud. de Alferijs de Cortona *in conſi. Spiritus omnipotentis Dei. n.3.*

Aduocati & procuratores reuelantes inſtrumenta vel ſecreta ſuæ partis parti aduerſæ pœna falſi puniri debent. Iacob. de Beluiſio. *n.2.*

Actuarius cauſæ non poteſt in ea teſtificari. Paul. Merenda *in conſ. Diuini nominis n. 3.*

Actuario nec judici creditur de commiſſione, niſi quatenus in actis ſcriptum reperitur. Paul. Merend. *in conſil. diuini numinis implorato. n.30.*

Aduocatus & procurator an pro clientulis fidei jubere poſſint Ioan. Baptiſt. Bajard. *q.49.n.43.*

Aduocatus fiſci indebite aliquem vexans, debet viuus comburi. *quæſt. 62.n.16.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

62.nu.16. quod tamen non ſeruatur. *ibi n.17.*

Aduocatus pro aliquo in cauſa principali, poteſt contra eum aduocare in cauſa appellationis. *quaeſt. 72. n. 17.* non eſt tamen honeſtum. *ibid. n.17.*

Aduocatus & procurator fiſci an torturæ intereſſe debeant. *qu.64.nu. 101.* Baiard.

Aduocatus & procurator hæreticorum ſe iuſtis tantum defenſionibus vſuros, iurare debent. *§. hæreſis. n.22.* Baiard.

Aduocatus vel procurator fiſcalis doloſè inſtigantes, quibus pœnis ſint afficiendi. *q.10.n.9.*

Aduocatus ſuſpicionem iudicis allegans & non probans, quomodo punitur. *q.43.n.5.*

Aduocato & procuratori collo-qui poteſt poſt datum terminũ defenſionis. *quaeſt.49.n.2.*

Aduocati an ad cauſam citandi ſint. *quaeſt.64.n.103.* quomodo in ſtatu eccleſiaſtico ſeruetur. *ibid.105.*

Iudex laicus nõ cognoſcit de clericis. Baiard. *q.36.nu.1.* quando clericos capere poteſt, & de ipſorum delictis cognoſcere. *ibid. nu.2. & 4.* attentans procedere contra clericum, an ipſo iure ſit excommunicatus. *ib. num.8. & 9.* capiens clericum, debet particulariter deſcribi facere, in quo habitu ceperit. *ib. n.16.*

Iudex eccleſiaſticus quando de delictis laicorum cognoſcit Baiard. *q. 36.nu.5.* quando judici ſeculari inhibere poſſit. *ibi. nu.9.* ſtatim debet repetere clericum captum à laico. *ibid. num.26.* non tenetur ſtare proceſſui facto per judicem ſecularem. *ib.n.53.*

CAPVT III.

De procuratoris & defenſoris in cauſis criminalibus poteſtate.

SVMMARIA.

1 *Nemo ſine accuſatore damnari debet, ne in priuatis quidem delictis, nedum in publicis.*

2 *Quilibet teſtificari permittitur, qui non reperitur prohibitus.*

3 *Cuilibet permiſſum eſt accuſare, niſi prohibitus reperiatur.*

4 *Accuſator debet ſe ad talionis pœnam inſcribere.*

5 *Accuſator & accuſatus in pari cuſtodia detineri debent; aliter tamen de conſuetudine ſeruatur.* num. 6.

7 *Ac-*

Digitized by Google

7 *Accuſator in crimine publico quare procuratorem conſtituere non poteſt. n. 10.*
8 *Procurator an conſtitui poſſit ad crimina perſequenda, vbi per viam inquiſitionis proceditur, ſeu denunciationis.*
9 *Procurator ex parte inquirentis aut denuntiantis in crimine publico conſtitui non poteſt.*
10 *Deſiſtens ab accuſando & perſequendo crimen publicum, incidit in Turpillianum.*
11 *Turpillianum in crimine publico valet.*
12 *Iudicia publica etiam ſunt illa, in quibus quia extra ordinem punitur.*
13 *Pœna Turpilliani non habet locum in priuatis delictis.*
14 *Appellare non poteſt alius pro alio in criminalibus.*
15 *Appellatione criminis, tam priuatum, quam publicum, & tam leue quam graue continetur.*
16 *Appellatione capitalis cauſa quid veniat.*
17 *Relegatio large pœna capitalis dicitur.*
18 *In cauſis capitalibus defenſio datur.*
19 *Abſens vbi condemnari poteſt in criminalib. ibi procurator admittitur.*
20 *Procurator in ciuilibus admittitur, etiam vbi de crimine ciuiliter agitur.*
21 *Cauſa fama & cauſa vita æquiparantur.*
22 *Procurator in cauſa fama interuenire poteſt.*
23 *Appellari poteſt pro reo criminis condemnato, etiam eo inuito.*
24 *Abſens ab alio defendi poteſt.*
25 *Tranſigere in crimine capitali licitum eſt, citra metum parua talionis.*
26 *Dilationes reo conceſſa, in criminalibus non dantur.*
27 *Vulnerato mortuo à pluribus vulnerato, ſed ab vno ſaltem mortaliter, qua pœna omnes teneantur.*
28 *Accuſator quare procuratorem conſtituere non poteſt.*
29 *Procurator in actione populari ex parte rei admitti poteſt.*
30 *Accuſator procuratorem conſtituere poteſt in iis caſibus, in quibus pœna talionis ceſſat.*
31 *Procurator quare ex parte rei in criminalibus conſtitui non poteſt.*
32 *Abſens in graui delicto condemnari non debet.*
33 *Procurator an ex parte rei in criminalibus admittatur, vbi iudicium non poteſt reddi eluſorium.*

34 *Depo-*

Digitized by Google

34 *Depoſitio ab officio & beneficio trahit ſecum executionem.*

35 *Abſens relegari poteſt.*

36 *Præſens videtur, qui accuſatus ſemel comparuit in judicio, licet poſtea ſe abſentet.*

37 *Procurator in cauſa relegationis conſtitui poteſt.*

38 *Præſens quatenus cenſeatur, qui procuratorem dimiſit.*

39 *Præſentia vera requiritur, non autem interpretatiua in cauſis grauibus.*

40 *Abſens ex juſta cauſa, procuratorem in criminalibus conſtituere poteſt.*

41 *Ratio, quare, vbi contra abſentem proceditur, procurator non admittitur.*

42 *Lex in criminalibus magis partium præjudicium, quam Reipublicæ conſiderat.*

43 *Procurator fruſtra interuenit ad perſequendum crimen publicum.*

44 *Iura prohibentia procuratorem conſtitui, fere omnia loquuntur in criminibus publicis.*

45 *Priuata crimina an indiſtinctè per procuratorem exerceri poſſunt.*

46 *Procurator in cauſa ſuſpecti tutoris an admittatur.*

47 *Procurator an in criminibus admittatur, vbi per viam inquiſitionis proceditur.*

48 *Procurator non admittitur ad opponendum de crimine per viam exceptionis ad finem opponendi.*

49 *Libellus per procuratorem in cauſis criminalibus offerri non poteſt.*

50 *Procurator in criminalibus non admittitur, nec in medio quidem cauſæ.*

51 *Procurator conſtitui non poteſt, ad reſpondendum poſitionibus in criminalibus, vel confitendum delictum.*

52 *Accuſatus de vulnere an per procuratorem reſpondere poſſit, interim dum dubitatur, an vulnus ſit lethale.*

53 *Procurator vtrum admitti poſſit in ea cauſa criminali, in qua duæ pœnæ, pecuniaria, & corporalis alternatiue imponuntur.*

54 *Procurator adeſſe non poteſt, vbi pro delicto agitur principaliter ad infamandum.*

55 *Procurator alieno nomine condemnatus, non efficitur infamis.*

56 *Procurator in cauſa criminis an admittatur, pro quo poteſt imponi pœna perpetui carceris.*

57 *Carceris perpetui pœna æquiparatur damnationi in opus publicum.*

58 *Cauſa nocens attenditur, vbi concurrit cum cauſa, quæ prodeſt.*

59 *Pro-*

59 *Procurator an intervenire poſſit pro eo, qui ex ſtatuti forma impune offendi poteſt.*

60 *Procurator admitti non poteſt, vbi pœna arbitraria poteſtatis imponitur.*

61 *Procurator ad accuſandum teſtes de falſo non poteſt ab eo conſtitui, quia carceribus aufugit, ad quos in perpetuum damnatus fuerat.*

62 *Filij nec vxor in cauſa criminali procuratores conſtitui poſſunt.*

63 *Procurator nunquid in cauſa criminali conſtitui poſſit, in qua virtute ſtatuti procedi poteſt contra abſentem.*

64 *Accuſatus vel inquiſitus procuratorem conſtituere non poteſt etiam ad delictum confitendum.*

65 *Princeps an & quomodo per ſuum reſcriptum facere poſſit, quod procurator in cauſa criminali admittatur.*

66 *Quod procurator non admittatur, propter cauſæ gravitatem introductum eſt.*

67 *Reſtitutio in integrum adverſus ſententiam latam in cauſa criminali, an per procuratorem peti poſſit.*

68 *Intervenire non poteſt procurator, vbi pœna ipſo iure imponitur.*

69 *Procurator in cauſa criminis an intervenire poſſit, quando accuſatus vel inquiſitus eſt in judicio præſens.*

70 *Accuſator an procuratorem, ablato libello, conſtituere poſſit, cæteris actibus cauſæ.*

71 *Procurator an admittatur pro reo criminis carcerato.*

72 *Dominus admittitur procurator pro ſervo carcerato, nec ſolus Dominus ſed & quivis alius.*

73 *Incarceratus an procuratorem conſtituere poſſit ad omnes actus præterquam ad litem conteſtandam.*

74 *Reus & accuſatus de cauſa capitali ſolent in vincula detrudi.*

75 *Vxor pro intereſſe ſuo prohibere poteſt, ne bona mariti publicentur.*

76 *Tertius in crimine publico pro ſuo intereſſe admittitur.*

77 *Reus criminis tenetur reſpondere poſitionibus per verbum veritatis, & non per verbum,* credo.

78 *Procurator in criminibus conſtitui poteſt, in quibus memoria defuncti damnatur.*

79 *Pœna privationis omnium bonorum, cauſæ criminali æquiparari videtur.*

80 *Memoria proditoris poſt eius mortem damnanda eſt.*

81 *Teſtes inhabiles admittuntur in criminibus, in quibus memoria defuncti damnatur.*

D 82 *Pro-*

82 *Procurator an conſtitui poteſt, vbi pro re familiari accuſatio proponitur.*
83 *Procurator an in cauſa ſervitutis admittatur.*
84 *Accuſatum quæ perſonæ admittantur ad defendendum pro ſuo intereſſe.*
85 *Quatenus dominus ſervum accuſatum defendere poſſit.*
86 *Fideiuſſor de judicio ſiſti comparendo pro domino pœnam evitat.*
87 *Vniverſitas an per procuratorem in cauſa criminali comparere poſſit.*
88 *Syndicus an accuſare poſſit vniuerſitatis nomine, Syndicario nomine.*
89 *Vniuerſitati delinquenti cuiuſmodi pœnæ imponantur.*
90 *Procurator quando in cauſa adulterij intervenire poſſit.*
91 *Procurator ad dicendum ſententiam criminalem nullam admittitur.*
92 *Volens dicere inquiſitionem inepte formatam vel calumnioſam, poteſt ad hoc ipſum dicendum conſtituere procuratorem.*
93 *Procurator ad opponendum exceptiones impedientes proceſſum in cauſa criminali admittitur.*
94 *Illuſtres perſonæ poſſunt in criminalibus procuratorem conſtituere.*
95 *Contumax vbi ex ſtatuto habetur pro conceſſo, ibi quis judicium per procuratorem exercet.*
96 *Abſens vbi virtute ſtatuti damnari poteſt, ibi quis officio procuratoris fungi poteſt.*
97 *Proceſſus criminalis cum procuratore factus, an valeat, ſi nihil contra eum opponitur.*
98 *Procurator pro reo accuſato vel inquiſito admittitur, vbi delictum commiſſum eſt impunibile.*
99 *Accuſatus vel inquiſitus contumax, ſi ex forma decreti habetur pro confeſſo, vel convicto, an quilibet penitus extraneus poſſit eius innocentiam oſtendere.*
100 *Procurator an pro accuſato intervenire poſſit ad petendum admitti teſtes ſuper innocentia eius.*
101 *Vulneratus an pro vulnerante ſeu inquiſito de vulnere comparere poſſit.*
102 *Excuſatio vulnerati prodeſt inculpato ſeu inquiſito, quo minus ex judicijs torqueri poſſit.*
103 *Procurator pro accuſato admittitur ad allegandam cauſam, quæ ex actis patet, & quæ notoria eſt.*
104 *Accuſatus an poſſit eſſe procurator alterius, qui de eodem crimine accuſatus eſt.*
105 *Procurator an admittatur, vbi per viam inquiſitionis proceditur.*
106 *Procurator an in proceſſu criminali ad concludendum in cauſa intervenire poſſit.*

107 In

107 *In criminalibus an & quando probationibus renunciari poteſt.*
108 *Procurator in criminalibus admittitur ad allegandam cauſam abſentiæ: & quid operetur allegatio illa.*
109 *Quibus in caſibus ſententia de jure fieri poteſt in abſentem.*
110 *Fœmina an ad allegãdum cauſ.s abſentiæ in cauſa criminali admittatur.*
111 *Cauſam aliquam abſentiæ allegans in cauſa criminali, an ſatisdare cogatur de judicatum ſolvendo, vel de præſentando ipſum abſentem.*
112 *Judex ex eius officio tenetur defendere & quærere rei innocentiam.*
113 *Cauſam abſentiæ allegans in cauſa civili, an & quando ſatisdare debeat.*
114 *Cautio de iudicatum ſolvendo non poteſt cadere in criminalibus.*
115 *Mandatum habens ad defendendum & ad allegandum cauſas cauſæ, an allegare poſſit abſentiæ cauſas.*
116 *Inducta ad augendum operari non debent diminutionem.*
117 *Qui vt procurator admitti non poteſt, admittitur vt defenſor.*
118 *Abſentiæ cauſas allegans, an de calumnia jurare debeat.*
119 *Cauſas abſentiæ minoris accuſati vel inquiſiti, an quilibet poſſit, an vero ſolus tutor vel curator ad hoc ipſum admittatur.*
120 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet: & lex, lata favore publico, eſt interpretatione adiuvanda.* num. 121.
122 *Proceſſus contra abſentem factus neglectis allegationibus cauſarum abſentiæ an ſit nullus.*
123 *Judex volentem probare cauſam abſentiæ non admittens, an proceſſum faciat nullum.*
124 *Procuratorem intervenire non poteſt ad ſequendum crimen privatum: pro quo venit imponenda pœna corporis afflictiua.*
125 *Procurator an conſtitui poſſit in cauſa criminali, in qua venit imponenda pœna relegationis vel remotionis.*
126 *Relegatio differt à deportatione.*
127 *Deportatus per miniſtros debet ad locum conduci, ſecus eſt in relegato.*
128 *Relegatio an connumeretur inter pœnas publicorum judiciorum.*
129 *Sententia annotationis bonorum non dicitur propriè ſententia.*
130 *Sententia in criminalibus non poteſt fieri contra abſentem, nec in cauſa appellationis.*
131 *Relegationis pœna imponi poteſt pro crimine injuriarum.*
132 *Procurator cur in cauſa injuriarum regulariter non admittitur.*
133 *Ictibus fuſtium & ſimilibus pœnis quæ perſonæ ſubiici ſoleant.*

Digitized by Google

134 *Perſonæ illuſtres in crimine injuriarum ſola pœna relegationis affici debent.*

135 *Illuſtris non eſt afficiendus pœna corporali ob injuriam etiam illuſtri perſonæ illatam.*

136 *Pœna capitalis aliquando pro injuria imponitur.*

137 *Illuſtris perſona prohibetur per ſe litigare, ſed debet litigare per procuratorem.*

138 *In illuſtribus an ſpeciale ſit, & procuratores in huiuſmodi cauſis injuriarum conſtituere poſſint.*

139 *Cauſa omnis æſtimationis cenſetur capitalis.*

140 *Procuratoris interventus ad neceſſariam defenſionem permiſſus eſt.*

141 *Relegati omnia jura retinent.*

142 *Deportatus non amittit ea, quæ ſunt juris gentium.*

143 *Sequeſtratio & depoſitio rei interim facienda eſt, dum ſuſpenditur executio ſententiæ ſuper illa re ex aliqua cauſa.*

144 *Deportatio requirit formam actualem, vt ipſe deportatus per miniſtros ad inſulam ducatur.*

145 *Appellatio à ſententia, per quam imponitur pœna maior relegatione, an per procuratorem agitari poſſit.*

146 *Sententia in abſentem ferri poſſit, in cauſa appellationis vbi agitur de crimine.*

147 *Pronunciatum per appellationem extinguitur.*

148 *Inducta in odium contumacis non debent in eius favorem induci.*

149 *Epiſcopus eſt illuſtris: in ſcriptis citari debet.* num. 150. *poteſt per ſubſtitutum ſententiam legere.* num. 151.

152 *Procurator poteſt intervenire in cauſa criminis, ex quo pœna major relegatione venit imponenda.*

153 *Diſpoſitionis pœna ab ordine poteſt cadere in abſentem.*

154 *Ex graviſſimis tamen criminibus quis ab ordine deponitur.*

155. *Vbi agitur de depoſitione ab ordine alicuius corporis, ibi de jure civili agitur de tam gravi pœna.*

156 *Quatuor præcipue dicuntur ordine ſacri, à ſanctitate & caſtitate, & continentia.*

157 *Fama eius magis læditur, qui prohibetur publicis oneribus fungi.*

158 *Procurator admittitur in cauſa criminis, ex quo quis infamatur, ſi pro eo imponitur confiſcatio omnium bonorum vel partis eorum.*

159 *Bo-*

Digitized by Google

159 *Bonorum omnium privatio cauſa criminali parificari videtur.*
160 *Termini in qualibet lege præſumuntur, quod ſint habiles.*
161 *Pœna, quæ æſtimationem lædit, æquiparatur pœna ictus fuſtium.*
162 *Separationis thori cauſa an poteſt per procuratorem agitari.*
163 *Thori ſeparatio ſapit exilium.*
164 *Revocatio in ſervitutem cui pœna ſit æquiparanda & an per procuratorem agitari poſſit.*
165 *Damnationi in metallum quæ pœna de jure canonico ſucceſſerit.*
166 *Tutor non poteſt ita ſuſpectus civiliter poſtulari, quin reſultet effectus pœnæ criminalis.*
167 *Procurator non admittitur citra mandatum ſpeciale, ubi de cauſa famæ agitur.*
168 *Damnatus per procuratorem in cauſa famoſa, an & quando efficiatur infamis.*
169 *Appellatio* procuratoris, *& verbum* procurare, *quam late pateant.*
170 *Procurator an ex parte actoris admittatur, præſtita cautione de rato, ubi de mandato eſt dubium.*
171 *Oſtendens inſtrumenta ad cauſam facientia, an præſumatur habere mãdatum ad agendum.*
172 *Procuratoris factum Domino obeſſe ſolet.*
173 *Jurari non poteſt de calumnia ſine ſpeciali mandato*
174 *Accuſato abſenti utilius eſt, quod quis potius compareat defenſorio nomine, quam procuratorio.*
175 *Procurator an conſtitui poſſit ad teſtes producendos aut repetendos, vel alium articulum excepta ſententia.*
176 *Ponens videtur fateri contenta in poſitionibus.*
177 *Pœna pecuniaria pro homicidio imponi poteſt.*
178 *Procurator an in cauſa homicidij intervenire poſſit, pro quo pœna pecuniaria imponitur.*
179 *Cauſa originalis potius attendi debet, quam accidentalis.*
180 *Crimen quando cenſeatur capitale.*
181 *Luere in corpore eum debere, qui non habet in ære, quomodo intelligatur.*
182 *Pœna ſuccedens in locum alterius pœnæ, debet ſapere eius naturam.*
183 *Pœna pecuniaria ubi à ſtatuto eſt impoſita pro homicidio, cui pœnæ juris communis receſſum videatur.*

D 3 Pro-

Digitized by Google

184 *Procurator an ex parte accuſatoris intervenire poſſit, vbi pro delicto publico venit pœna pecuniaria imponenda.*

185 *Agens actioni populari ad defendendum, an procuratorem dare poſſit.*

186 *Delictum an deſinat ex eo eſſe publicum, quod pro eo imponitur pœna pecuniaria per ſtatutum.*

187 *Procurator an in ea cauſa poſſit intervenire, in qua in defectum pœnæ pecuniariæ imponitur pœna corporalis per ſtatutum.*

188 *Crimen non cenſetur capitale, vbi in defectum pœnæ pecuniariæ lex mandat imponi pœnam capitalem per officium judicis.*

189 *Quilibet procurator admittitur pro reo criminis ad allegandum cauſas neceſſarias, quæ reum ipſum impediunt venire.*

190 *Allegans cauſam abſentiæ non tenetur cavere de judicatum ſolvendo, quia non poteſt condemnari, nec executio contra eum fieri.*

191 *Allegans neceſſarias abſentiæ cauſas an admittatur, vbi ſtatutum dicit, quod nulla defenſio recipiatur.*

192 *Defenſio eſt de jure naturali, & ſic tolli non poteſt.*

193 *Excuſator an admittatur ſine mandato ad allegandum cauſas abſentiæ.*

194 *Citatus ad locum peſtiferum, an comparere teneatur.*

195 *Locus, ad quem quis citatur, pro quibus debet eſſe ſecurus.*

196 *Reus citatus an excuſetur â contumacia propter hoſtilitatem, quæ ſit in territorio, per quod tranſire habet.*

197 *Impedimentum non cenſetur juſtum, quod facile removeri poteſt.*

198 *Principi concedenti ſalvum conductum non eſt facile credendum, ſi aut tyrannus eſt, aut non ſolet fidem datam ſervare.*

199 *Citatus ad locum non tutum, in quo habet inimicitias capitales, non tenetur venire, etiamſi haberet literas ſalvi conductus.*

200 *Contumacia ſonat in delictum.*

201 *Delictum non præſumitur niſi probetur.*

202 *Nullus eſt ita inſipidus, qui non cupiat cruciatum corporis, vel mortis periculum declinare.*

203 *Defenſor quare non admittatur ſine mandato ad opponendas exceptiones dilatorias & declinatorias, & an id ſit perpetuum.*

204 *Procurator aliquando appellatur defenſor.*

205 *Abſens cum condemnari non poteſt, eius bona confiſcantur.*

206 *Homicida abſens qua cautela excuſari poſſit, vt contra eum procedi non poſſit.*

207 Ex-

207 *Exceptiones crimen tangentes, licet opponantur ad proceſſum, an per procuratorem opponi poſſint.*

208 *Omnem diſpoſitionem debere cenſeri ex eo, quod principaliter agitur.*

209 *Vbi quis principaliter de delicto inquiritur, ibi criminale & capitale judicium principaliter tractatur.*

210 *Finis in omni diſpoſitione eſt conſiderandus.*

211 *Ratio finalis, quare in criminalibus procurator non admittatur.*

212 *Exceptio declinatoria an veniat appellatione defenſionis.*

213 *Procurator an admitti poſſit ad opponendam exceptionem notoriam in cauſa criminali.*

214 *Notorium à quibus relevat.*

215 *Judex quod non poſſit ſupplere defectum partis in opponenda exceptione notoria, quatenus verum ſit.*

216 *Ordo eſt, in notoriis ordinem non ſervare.*

217 *Delictum quantumcunq; notorium puniri non poteſt per judicem competentem.*

218 *Procurator an admittatur ad opponendam exceptionem peremptoriam, quæ in vim peremptoriæ opponitur.*

219 *Dubietas, ſive ſit in facto, ſive in jure, non poteſt intervenire procurator.*

220 *Comparens pro accuſato, & proponens quod accuſatus non interfecit illum, de quo accuſatur, admitti non debet.*

221 *Procurator non admittitur ad opponendum quod interfectus erat bannitus.*

222 *Banni exceptio an ſit declinatoria, an peremptoria.*

223 *Exceptio reſpiciens qualitatem perſonæ agentis, judicanda eſt potius declinatoria, quam peremptoria.*

224 *Statutum quod bannito denegetur audientia in criminalibus, an eidem tollat jus agendi ipſo jure.*

225 *Accuſatus vel inquiſitus de crimine capitali, qui ex forma ſtatuti non poteſt proponere aliquam exceptionem vel defenſionem, niſi compareat perſonaliter, an proponere poſſit per procuratorem exceptionem banniti vel aliam exceptionem notoriam.*

226 *Exceptio quod quis non fuit rite cancellatus de banno, an poſſit in judicio deduci per procuratorem.*

227 *Exceptio quæ ſeorſim à crimine venit examinanda, an opponi poſſit, & deduci in judicio per procuratorem.*

228 *Pro-*

228 *Procurator admittitur in accuſatione falſi civiliter porrecta.*

229 *Procurator intervenire poteſt in actione furti civiliter mota.*

230 *Procurator an intervenire poſſit, vbi quis aliquem accuſat de plagij crimine, & obiicere exceptionem, quod ſervus, in quem fuit commiſſum plagium, erat ipſius ſurripientis.*

231 *Proceſſus criminalis, in quo non admittitur procurator, an nullus reddatur, ſi procurator interveniat, licet non opponatur.*

232 *Perſecutio eſt perfecta ſecutio.*

233 *Judex in cauſa criminali procuratorem recipere non poteſt.*

234 *Sententia lata ſine cauſæ cognitione eſt ipſo jure nulla.*

235 *Cauſa ſtatus per procuratorem agi prohibetur.*

236 *Actus valet, ſi ea fiunt per procuratorem, quæ per eum fieri non poſſint & pars non opponatur.*

237 *Lex abhorret, quod judex cognoſcat, de crimine publico, in abſentia accuſatoris vel accuſati.*

238 *Lex vult examinari cauſa capitalis in præſentia accuſatoris vel accuſati.*

239 *Calumniæ pœna an per partem poſſit & judicem accuſatori remitti.*

240 *Vtilitas publica ſuadet calumniam & maleficia puniri.*

241 *Calumniæ poſſe aliquem accuſare, licet de ea nihil dictum ſit in primo judicio.*

242 *Abolitio publica, nec privata prodeſt fallaciter, & per calumuiam accuſantibus, nec ſpecialis indulgentia principis.*

243 *Injuriam ex crimine privato ſibi illatam licet poſſit quis remittere, quãtum ad actionem civilem, tamen non poteſt paciſci de accuſando criminaliter.*

244 *Calumnia tendens ad vindictam publicam remitti non poteſt.*

245 *Sententia non valet, vbi judex in plenario judicio dicit ſummarie cognoviſſe.*

246 *Præſtationis cautio procuratori remitti poteſt.*

247 *Crimina punienda ſunt, vndecunque clareſcant.*

248 *Sententia lata pro vno in cauſa, in qua agens non petit ſibi aliquid dari vel fieri, prodeſt omnibus.*

249 *Sententia pro procuratore accuſantis prodeſt accuſatori.*

250 *Calumnia accuſatoris & fallacia confutari debent.*

251 *Calumnia hoc ipſo remiſſa videtur, quod non ſit probatum crimen.*

Digitized by Google

252 *Sententia lata ſuper confeſſione, & ſpontanea rei, valet, ſi totum judicium eſſet nullum tanquam lata ſuper notorio.*
253 *Confeſſus non poteſt opponere de ineptitudine libelli.*
254 *Confeſſus per tormenta non poteſt opponere, quod non potuit intervenire procurator.*
255 *Comparere perſonaliter quis non cogitur, in cauſis pecuniariis.*
256 *Procurator in cauſis capitalibus conſtitui non poteſt.*
257 *Abſens damnari non poteſt in cauſa capitali, etiam poſt litem conteſtatam.*
258 *Actio tam civilis quam criminalis intendi poteſt pro quolibet crimine capitali tam publico quam privato.*
259 *Pœna talionis ita militat in crimine privato ſicut in publico.*
260 *Cauſa cenſetur criminalis, vbi pœna pro crimine venit applicanda fiſco.*
261 *Ratio dubitandi, quare quis admitti non videbatur ad allegandum cauſas abſentiæ ſine mandato. Ratio decidendi.* n. 264.
262 *Cautio judicatum ſolvi ab eo præſtanda eſt, qui alium vult defendere, etiamſi locupletiſſimus ſit.*
263 *Defenſor qui non ſatisdat, condemnari non poteſt.*
265 *Judex dicitur ex officio ſuo inquirere veritatem etiam in cauſis, in quibus lite non conteſtata proceditur ad diffinitivam.*
266 *Procurator an poſſit intervenire, vt tantum proſit, non etiam noceat.*
267 *Excuſator, an & quatenus admittatur pro alio citra mandatum.*
268 *Reus abſens ex juſta cauſa, à quibuſcunque plenarie defendi poteſt, & quis effectus ex tali defenſione reſultet.*
269 *Nemo condemnari poteſt, niſi termino prius ei dato ad ſe defendendum.*
270 *Terminus ad opponendum datur etiam ſponte confeſſis: ſecus in crimine notorio.*
271 *Quis non poteſt cogi ad renunciandum defenſionibus, etiam lapſo termino defenſionis.*
272 *Termino renunciari poteſt, ſed non defenſioni.*
273 *Ad allegandum cauſas abſentiæ facti, libere cuilibet patet acceſſus ſine ſatisdatione.*
274 *Cauſæ abſentiæ juris à quolibet allegari poſſint.*
275 *Defenſor regulariter ſine mandato non admittitur.*
276 *Procurator pro abſente intervenire poteſt, vbi abſens damnari poteſt: an id in cauſis capitalibus valeat in diſtinct.* num. 277.

278 *Sententia in cauſa appellationis poteſt ferri adverſus reum criminis abſentem.*
279 *Iudex an poſſit repulſo procuratore dicere, quod vult, quod principalis perſonaliter compareat.*
280 *Publice intereſt aliquem defendi.*
281 *Defenſor vbi admittitur, tenetur cavere de rato.*
282 *Reipublica intereſſe multis in caſibus ſecundario conſiderari, in quibus principaliter conſideratur intereſſe privatorum.*
283 *Inſcriptio ad pœnam talionis in quibus criminibus valeat.*
284 *Crimina publica habent quiddam ſpeciale, quod non habent crimina privata.*
285 *Mulier de crimine publico accuſare non poteſt.*
286 *Damnatus de crimine publico non poteſt accuſare.*
287 *Procurator quare non conſtitui poſſit ex parte accuſatoris.*
288 *Dominus an poſſit tanquam procurator defendere ſervum accuſatum.*
289 *Servus accuſatus qui à Domino non defenditur, an per aliũ defendi poteſt.*
290 *Procurator in cauſa criminis intervenire poteſt, pro quo venit imponenda pœna relegationis vel remotionis ab ordine.*
291 *Procurator in cauſa injuriarũ intervenire non poteſt: & quæ huius ratio.*

EXpoſitis perſonis tam neceſſariis, quam incidentibus: ſequitur nunc de poteſtate procuratoris & defenſoris in cauſa criminali. Huius tituli materia eſt Bartolo profunda, Alberico ſubtilis, Caſtrenſi vtilis, periculoſa & confuſa. Primo igitur præmittendum eſt illud vulgare, quod nemo ſine accuſatore
1 † damnandus ſit. *leg. reſcripto 6. §. ſi quis accuſatorem. 2. digeſt. de muneribus & honoribus* quod non ſolum procedit in publicis criminibus, ſed etiam in privatis delictis. *l. fin.* vbi pulchre Alber. *ff. in ius vocan.* facit text. *in capit. 1. vt eccleſ. benefic.* tradit Bart. *in extravag. ad reprimendum. in verb. per accuſat.* & ſicut quilibet † 2
admittitur ad teſtificãdum, qui vero repetitur prohibitus. *l. 1. de teſt.* ita admittitur quilibet † ad accuſandum 3
qui à lege non prohibetur gl. *in rubric. C. qui accuſar. non poſſ. cum ſimilib.* de quib⁹ per Hyppolit. *in conſ. 84. col. 1.* non tamen ita paſſim, & ita facile cuipiam accuſare permittitur, quandoquidem oporteat † quemlibet accuſatorem ſe ad pœnam talio- 4
nis inſcribere lege 12. tabular. hoc dictante. *§. pœna inſtitut. de iniur. l. ſicut. 1. ff. de accuſat. & l. fi. C. eod. tit.* quod etiã à lege canonica permittitur, *c. 1. cauſ. 8. q. 4. & c. quiſquis. cauſ. 2. quæſt. vlt.* imo accuſator † & accu- 5
ſatus

ſatus debent detineri in pari cuſto-
dia. *d. l fin. C. de accuſat. & l. 3. ad leg.*
Iul. majeſt. Et eſt verũ, quod Guid. de
Suſar. *in l. fin. C. de accuſ.* dicit, ꝙ ſæ-
pe vidit peti, quod accuſator in car-
cerem detruderetur, vna cum ipſo
6 accuſato; tamen hoc nunquam † de
conſuetudine ſervatum fuit, & iſtud
eſt etiam de mente Bartol. & Alb. *in*
d. l. fin. Et ſubdit Alber. quod de
conſuetudine amplius non fit in-
ſcriptio, tamen hoc nedum à lege
antiqua ac media juris prudentia &
lege cæſarea ſtatutum eſt, ſed etiam
à lege pontificia: & hæc eſt potiſſi-
7 ma ratio, quod ex parte † accuſato-
ris ad crimen publicum perſequen-
dum procurator conſtitui non po-
teſt, & non abs re dicit Alber. *in l. in*
privatis. ff. ad SC. Turpill. quod in hi-
8 ſce caſibus, in quibus † non habet
locum pœna talionis, non procede-
ret. *§. naturaliter.* Quod non puto
verum, & maxime quia in caſibus, in
quibus proceditur per viam inqui-
ſitionis, ſeu denunciationis, de qui-
bus per Bartol. *in l. 2. §. ſi publice ff. de*
adult. & in extravag. ad reprimendũ.
in verb. per inquiſitionem. & in verb.
per denuntiationem. non procederet
huiuſmodi. *§.* & tamen ipſe Alber.
in §. publice. leg. ſervum quoq;. col. 6.
vult, quod etiam ex parte inquiren-
9 tis † ſeu denunciantis procurator
conſtitui non poſſit, cuius ſententię
aſtipulatur vulgaris regula. *§. affini-*
tatis. Inſtitut. de nupt. & l. ſi non lex
Ælia. Sentia. ff. de hæred. inſtitut. eſt
verum quod Joan. de Anan. *in conſ.*
1. refragari videtur opinioni Alberi-
ci. *in §. publice. l. ſervum quoque.* cre-
brior tamen & ſolidior cenſetur ſen-
tentia Alberici, tum quia accuſator
& accuſatus non debent ad imparia
judicari, tum etiam quia ex parte
denunciati, & inquiſiti procurator
ad crimen publicum perſequendum
conſtitui non poteſt. Ergo nec ex
parte inquirentis ſeu denunciantis
per illud vulgare; *non debet actori li-*
cere, quod reo non permittitur. Secun-
do præmittendum eſt, quod publi-
cum judicium poteſt tripliciter ſu-
mi, ſcilicet ſtricte, large & largiſſime,
vt Bald. Angel. & Imol. dicunt. *in l. 1.*
ſupra eod. titul. In hoc tamen text. ſe-
cundum Angel. & Imol. capitur ſtri-
cte, & dicitur ſtricte publicum judi-
cium, vbi lege cautum eſt, quod ſit
publicum, & in hoc publico intelli-
git etiam. *l. infamem. eod. tit. & l. qui*
publico. ff. de accuſ. & in hoc publico
judicio vbi eſt certa & determinata
pœna, habet locũ pœna talionis, vt
tradit Alber. *in l. in privatis. ff. ad SC.*
Turpill. & ille qui deſiſtit † ab accu- 10
ſando, & perſequẽdo crimen publici
judicii, incidit in Turpill. quod ſolũ
ſibi † vendicat locum in crimine pu- 11
blico *l. 1. C. ad Turpill. SC. & l. ſi quis*
repetere. 7. §. fin. ff. ad Turpill. SC. Sunt
tamẽ † quędã publica judicia, in qui- 12

278 Sententia in cauſa appellationis poteſt ferri adverſus reum criminis abſentem.

279 Judex an poſſit repulſo procuratore dicere, quod vult, quod principalis perſonaliter compareat.

280 Publice intereſt aliquem defendi.

281 Defenſor vbi admittitur, tenetur cavere de rato.

282 Reipublicæ intereſſe multis in caſibus ſecundario conſiderari, in quibus principaliter conſideratur intereſſe privatorum.

283 Inſcriptio ad pœnam talionis in quibus criminibus valeat.

284 Crimina publica habent quiddam ſpeciale, quod non habent crimina privata.

285 Mulier de crimine publico accuſare non poteſt.

286 Damnatus de crimine publico non poteſt accuſare.

287 Procurator quare non conſtitui poſſit ex parte accuſatoris.

288 Dominus an poſſit tanquam procurator defendere ſervum accuſatum.

289 Servus accuſatus qui à Domino non defenditur, an per aliũ defendi poteſt.

290 Procurator in cauſa criminis intervenire poteſt, pro quo venit imponenda pœna relegationis vel remotionis ab ordine.

291 Procurator in cauſa injuriarũ intervenire non poteſt: & quæ huius ratio.

EXpoſitis perſonis tam neceſſa-
riis, quam incidentibus: ſequi-
tur nunc de poteſtate procuratoris
& defenſoris in cauſa criminali. Hu-
ius tituli materia eſt Bartolo pro-
funda, Alberico ſubtilis, Caſtrenſi
vtilis, periculoſa & confuſa. Primo
igitur præmittendum eſt illud vul-
gare, quod nemo ſine accuſatore
1 † damnandus ſit. *leg. reſcripto 6. §.
ſi quis accuſatorem. 2. digeſt. de mune-
ribus & honoribus* quod non ſolum
procedit in publicis criminibus, ſed
etiam in privatis delictis. *l. fin.* vbi
pulchre Alber. *ff. in ius vocan.* facit
text. *in capit. 1. vt eccleſ. benefic.* tradit
Bart. *in extrauag. ad reprimendum. in
verb. per accuſat.* & ſicut quilibet † 2
admittitur ad teſtificãdum, qui ve-
ro repetitur prohibitus. *l. 1. de teſt.* ita
admittitur quilibet † ad accuſandum 3
qui à lege non prohibetur gl. *in ru-
bric. C. qui accuſar. non poſſ. cum ſimi-
lib.* de quib⁹ per Hyppolit. *in conſ. 84.
col. 1.* non tamen ita paſſim, & ita fa-
cile cuipiam accuſare permittitur,
quandoquidem oporteat † quemli- 4
bet accuſatorem ſe ad pœnam talio-
nis inſcribere lege 12. tabular. hoc
dictante. *§. pœna inſtitut. de iniur. l.
ſicut. 1. ff. de accuſat. & l. fi. C. eod. tit.*
quod etiã à lege canonica permitti-
tur, *c. 1. cauſ. 8. q. 4. & c. quiſquis. cauſ.
2. quæſt. vlt.* imo accuſator † & accu- 5

ſatus

ſatus debent detineri in pari cuſtodia. *d. l fin. C. de accuſat. & l. 3. ad leg. Iul. majeſt.* Et eſt verũ, quod Guid. de Suſar. *in l. fin. C. de accuſ.* dicit, ꝙ ſæpe vidit peti, quod accuſator in carcerem detruderetur, vna cum ipſo
6 accuſato; tamen hoc nunquam † de conſuetudine ſervatum fuit, & iſtud eſt etiam de mente Bartol. & Alb. *in d. l. fin.* Et ſubdit Alber. quod de conſuetudine amplius non fit inſcriptio, tamen hoc nedum à lege antiqua ac media juris prudentia & lege cæſarea ſtatutum eſt, ſed etiam à lege pontificia: & hæc eſt potiſſi-
7 ma ratio, quod ex parte † accuſatoris ad crimen publicum perſequendum procurator conſtitui non poteſt, & non abs re dicit Alber. *in l. in privatis. ff. ad SC. Turpill.* quod in hi-
8 ſce caſibus, in quibus † non habet locum pœna talionis, non procederet. *§. naturaliter.* Quod non puto verum, & maxime quia in caſibus, in quibus proceditur per viam inquiſitionis, ſeu denunciationis, de quibus per Bartol. *in l. 2. §. ſi publice ff. de adult. & in extravag. ad reprimendũ. in verb. per inquiſitionem. & in verb. per denuntiationem.* non procederet huiuſmodi. *§.* & tamen ipſe Alber. *in §. publice. leg. ſervum quoq;. col. 6.* vult, quod etiam ex parte inquiren-
9 tis † ſeu denunciantis procurator conſtitui non poſſit, cuius ſententię aſtipulatur vulgaris regula. *§. affinitatis. Inſtitut. de nupt. & l. ſi non lex Ælia. Sentia. ff. de hæred. inſtitut.* eſt verum quod Joan. de Anan. *in conſ. 1.* refragari videtur opinioni Alberici. *in §. publice. l. ſervum quoque.* crebrior tamen & ſolidior cenſetur ſententia Alberici, tum quia accuſator & accuſatus non debent ad imparia judicari, tum etiam quia ex parte denunciati, & inquiſiti procurator ad crimen publicum perſequendum conſtitui non poteſt. Ergo nec ex parte inquirentis ſeu denunciantis per illud vulgare; *non debet actori licere, quod reo non permittitur.* Secundo præmittendum eſt, quod publicum judicium poteſt tripliciter ſumi, ſcilicet ſtricte, large & largiſſime, vt Bald. Angel. & Imol. dicunt. *in l. 1. ſupra eod. titul.* In hoc tamen text. ſecundum Angel. & Imol. capitur ſtricte, & dicitur ſtricte publicum judicium, vbi lege cautum eſt, quod ſit publicum, & in hoc publico intelligit etiam. *l. infamem. eod. tit. & l. qui publico. ff. de accuſ.* & in hoc publico judicio vbi eſt certa & determinata pœna, habet locũ pœna talionis, vt tradit Alber. *in l. in privatis. ff. ad SC. Turpill.* & ille qui deſiſtit † ab accu- 10
ſando, & perſequẽdo crimen publici judicii, incidit in Turpill. quod ſolũ
ſibi † vendicat locum in crimine pu- 11
blico *l. 1. C. ad Turpill. SC. & l. ſi quis repetere. 7. §. fin. ff. ad Turpill. SC.* Sunt
tamẽ † quędã publica judicia, in qui- 12

bus quis punitur extra ordinem , & pœna pecuniaria, vt *in l. 1. ff. ad leg. Iul. de annon. l. 1. ad leg. Iul. de amb.* & in aliis caſibus, de quibus per Alber. *in d. l. in privatis.* & in quibus probabiliter poſſet dici non habere locum eiuſcemodi §. Tertio præmittẽdum eſt, quod licet textus loquatur de publico judicio, tamẽ ſecundum communem opinionem habet
13 etiam locum in privato † vbi imponitur pœna corporis afflictiva. Et ſciendum eſt, quod delictorum privatorum quædam ſunt nominata, & quædam innominata. Nominata etiam ſunt, furtum, iniuria, vt in caſu *l. ſi quis ex domo. digeſt. vi bonor. raptor.* Et de his privatis delictis nominatis loquitur tit. *de privat. delictis.* Innominata antem ſunt illa, de quibus *in tit. de extraordin. crimin.* & in his delictis, in quibus pœna non eſt determinata lege, non habet locum pœna talionis, ſed accuſans punitur extra ordinem , quia etiam in his privatis delictis proceditur extra ordinem. *l. fin. de privat. delect. & l. in privatis. ff. ad SC. Turpill.* nec habet locum pœna Turpilliani, de qua *in l. 3. §. fi. ff. de pravaric.* Quarto præmittẽdum eſt, quod hac in materia ſunt plures textus, qui videntur diverſimode loqui: & primo text. *in l. 1. ff. an per alium cauſ. appell.* qui loquitur in initio, quod in criminalibus
14 † alius pro alio appellare nõ poteſt, tamen appellatione † criminis tam 15
privatum, quam publicum, & tam leve quam grave continetur iuxta *leg. levia. in fin. de accuſ.* tamen ille text. *in verb. ſin autem.* loquitur de cauſa capitali † & cuius appellatione 16
ſtrictiſſime venit pœna ſanguinis *l. l. tranſigere. Cod. de tranſact.* ſtricte vero pœna damnationis in metallum & deportationis. *leg. exilium. ff. de interdict. & relegat.* & tamen eſt valde dubium an textus noſter habeat locum in relegatione; quæ † large 17
dicitur pœna capitalis. *l. licet. ff. de verbor. ſignific.* item text. *in l. ſervum quoque. §. publice. de procurat.* tradit pro regula, quod in cauſis † capita- 18
libus defenſio datur ; ergo videtur innuere , quod poſſit admitti procurator, immo tradit pro regula, ꝙ vbi abſens poteſt † condemnari in 19
criminalibus, ibi admittitur procurator, & tamen in hoc text. *l. Cod.* videtur innuere, quod poſſit fieri ſententia in abſentẽ, dum dicit, *ſententiã differant.* & ideo iſte text. reſtringitur ſecundum Angel. & Imol. hic in ſententia annotationis bonorum de qua vide pract. Bart. *in l. 1. ff. de requirend. reis.* Eſt & alius text. *in l. 2. C. de procurat.* qui innuere videtur, ꝙ ſolum in cauſis pecuniariis conſtitui poſſit procurator, & tamen alia jura volunt, & vbi agitur de pœna remotionis ab ordine alicuius dignitatis, quæ eſt minor pœna relegationis iuxta

Digitized by Google

iuxta *l. 1. ff. de iniur.* vel de pœna interdictionis loci vel patrocinij, iuxta *leg. moris eſt. 9. ff. de pœn.* quod admitti poſſit procurator, & propter iſta jura, quæ videntur ad invicem contraria, hæc materia redditur difficilis, quæ quidem infra concordabo. Adverte tamen dum ſupra dixi, quod in delicto privato non habet locũ pœna talionis, vt declarat Alber. *in l. 7. in princ. ff. ad SC. Turpill.* quia in contrariũ videtur caſus. *in l. fin. de privat. delict.* dum dicit, nec cogendus erit de crimine ſubſcribere, quem text. ponderat ibi Alber. & *in leg. fin. Cod. de iniur.* conſidera ſi dici poteſt, quod iſta jura loquãtur de ſubſcriptione partis, quæ profitetur ſe velle perſeverare in accuſatione, de qua Bartol. *in leg. in cui. ff. de accuſat.* vel dic melius, ꝙ locum habet ſubſcriptio, ſed non ſit quaſi judicium publicum, vt pulcher dicit text. *in leg. fin. ff. de furt.* quia talis ſubſcriptio fit ad pœnam extra ordinarium arbitrio iudicis imponentẽ, vt traditur *in cap. ſuper his. de accuſat.* & declarat Alber. *in dict. l. fin.* Sum̃a hunc text. & eũ diuide vt hic per Bart. cum quo tranſeunt Benedictus de Plumb. & Imola hic; alio tamẽ modo cum ſum̃at Angel. hic, & diuidit vt per eum, ſummarium placet; diuiſio autem minime, nam dubiũ faciebat hoc in text. 1. regula quæ habet, quod per locũ à civilibus ad criminalia arguitur. *leg. abſẽtem.* vbi glo. Jacob. de Aren. Petr. & cæteri *ff. de pœn.* ſed in civilibus admittitur procurator, † & ante litem 20 conteſtatam, & poſt, ſive agatur de crimine civiliter. De primo text. eſt *in leg. 1. §. viſus, de procurat.* de ſecundo text. eſt *in ca. tua. in fin. de procurat.* Secundo faciebat dubium in hoc text. nam cauſa famæ † & cauſa 21 vitæ æquiparantur. *leg. iuſta. de manum. vindict. & leg. fin. ff. quod metus cauſa.* ſed in cauſa famæ † intervenit 22 procurator. *leg. furti. §. qui alieno. ff. de infam.* imo intereſt ipſius rei conventi, quod poſſit conſtitui procurator, quia quando procurator condemnatur, nec ipſe, nec Dominus infamatur. Tertio faciebat dubium, nam ille qui proſequitur † appella- 23 tionem accuſati vel inquiſiti condemnati allegat cauſam cauſæ: & tum invito reo, quis poteſt appellare. *leg. non tantum. de appellat. & leg. adducimus. Codic. de appellat.* imo poteſt quis † abſentem defendere. *l. ſi non* 24 *defendatur. ff. de pœn. & leg. 2. de cuſtod. reor.* Item quis poteſt ſine † me- 25 tu pœnæ talionis in crimine publico & capitali paciſci & tranſigere. *leg. ſi quis de prava. & leg. 1. de bon. eor. qui ante ſentent. ſibi mort. conſciv.* Si ergo quis poteſt appellare invito reo, & poteſt tranſigere ſine metu calũniæ, ſive ſit accuſator, ſive reus, quare non debet poſſe conſtitui procura-

tor. Primæ rationi dubitandi reſpõdetur, quod illa regula procedit, vbi eſt eadem ratio, & vbi contrarium expreſſe non reperitur, & ideo dixit ſingulariter Rom. *in ſingular. C. 88.*
26 ſuo, quod dilationes induciarum † quæ reo dantur *per auth. offeratur vt C. de lit. conteſt.* non dantur in criminalibus. Hinc eſt quod ſi quis vulne-
27 retur à pluribus † & ab vno mortaliter, ſi moriatur, omnes puniuntur pœna legis Aquiliæ *l. item Mela. ff. ad leg. Aquil.* & tamen non puniuntur pœna homicidij, ſecũdum Anchor. *in conſ. 116.* & Alex. *in conſ. 16. vol. 8.* Secundo rationi dubitandi reſpondetur, quod *l. juſta.* loquitur quantum ad cauſam manumiſſionis, quia ſicut juſta manumiſſionis eſt cauſa: vbi ſervus Dominum liberavit periculo vitæ, ita & periculo infamiæ. Item illa regula procedit in bonis viris *l. 1. iſti quidem. ff. quod metus cauſ.* Sed apparent rari nantes in gurgite vaſto, non autem procedit in delinquentibus iuxta illud:

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœna.

Vel dic, quod cauſa famę, ęquiparatur cum criminali, vbi agitur civiliter, quia vtroq; caſu poteſt intervenire procurator, vel dic quod ibi infamia venit in contumaciam, & iſto caſu admittitur procurator; ſecus ſi principaliter gl. *in l. non ſolum. §. fin. in gl. pen. ff. de procurat.* nam ſi admittatur procurator, ipſe non infamat. *d. §. quod alieno.* nec etiã Dominus. Tertiæ rationi dubitandi. *d. l. non ſolum.* Vno modo reſpondet Alber. *in d. l. ſeruum quoque §. publice. ff. de procurat.* & dicit, quod ille textus procedit ex quadam coniunctione, quæ eſt inter homines. Alio modo reſpondet Bartol. *in d. l. non tantum. circa finem,* quod ille textus loquitur, vbi reus eſt incarceratus. Sed prima ſolutio Alberici non concludit, quia attenta illa concluſione deberet etiam poſſe conſtitui procurator, non facit etiam opinio Bartol. quia text. *in l. 1. ff. an per alium caut.* vult abſolute, quod in cauſa appellationis capitali non admittatur procurator; tu reſponde alio modo, quod textus *in l. non tantum.* videtur ſolum loqui de actu appellationis, non autem de ipſius proſecutione, & hoc probatur. *in d. l. add. C. de appellat.* & ratio poteſt eſſe, quia ſi laberetur tempus ad appellandum datũ, inferretur pręiudicium ipſi reo irreparabile, quia deberet decapitari, facit text. *in l. ſi quis filio exhæredato §. hi qui ff. de iniuſt. rupt. init. fact. teſtam.* Vltimæ rationi dubitãdi reſpondetur, quod permittitur alicui, ſive ſit accuſator, ſive reus redimere ſanguinẽ ſuum per tranſactionem, non tamen licet cõſtituere procuratorẽ. Ideo videnda eſt ratio, quare accuſator non † poſſit cõſtituere pro- 28

cura-

Digitized by Google

curatorem, vt ſequamur ordinem hic, & Bart. aſsignat hic tres rationes, vt hic per eum. Tu adverte circa primum, in quantum Bartol. dicit, quod ſi vera eſſet ratio Butr. quod quis poſſet conſtituere procuratorē vindicando ſuam vel ſuorum injuriam, *argum. d. l. licet.* quia poteſt replicari, quod ille textus procedit, vbi quis agit actione populi, & principaliter, vel ſaltem æque principali, quod ſequitur intereſſe privatum, ſicut publicum, & ſi dicatur, prout dicit hic Imola *col. 15.* quod ſaltem lite conteſtata in actione populi diceret admitti procurator. *l. ſicut §. 1. ff. de verb. & rer. ſignificat.* & tamen textus noſter dicit abſolute quod ad crimen publici judicii perſequendū fruſtra intervenit procurator. Ergo & ante poſt litem conteſtatam replicari poteſt, quod non ſit abſurdum reſtringere text. *in l. ſicut.* vt non procedat, vbi agitur principaliter ad vindictam publicam ex crimine publico, *argum. gl. in leg. die. in verb. quidam. Cod. qui accuſar. non poſſ.* attento maxime, quia in his criminibus reperiuntur multa ſpecialia. Et ſi iterum dicatur, adverte, quia textus noſter procedit etiam in crimine privato, dico quod eſt valde dubium, an iſte textus locum habeat in crimine privato & infra demonſtrabo: quod ſolum habet locum in crimine publico reſpondendo ad *l. fin. C. de iniur.* Alio modo quam faciant Modern. *in dict. cap. venienti. de accuſat.* & quod hæc ſit ratio vera, innuit textus, dum dicit, quod fruſtra intervenit procurator, qui innuit, ꝙ ex quo eſt crimen publici judicii, ad eum perſequendum non poteſt intervenire procurator. Et ita intelligunt textum hunc Moderni Sen. *in dict. cap. venienti. col. 5. ver. circa primum. & in ver. ſexta ratio.* Sed iſte intellectus non eſt tutus, quia textus poſtea ſubdit, & multo magis ad defendendum, & tamen in actione † 29 popular ex parte rei poteſt admitti. *leg. populari actione. ff. de popul. act.* Secunda ratio eſt, ex parte accuſatoris, quę eſt verior cęteris, quod ideo non poteſt accuſans cōſtituere procuratorem, quia tenetur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, quæ ratio probatur *in cap. tua. de procurat.* & cum hodie iſta ratio ſit abolita per generalem conſuetudinem, videtur quod poſſit defendi hæc opinio, ꝙ ex parte accuſatoris non poſſit intervenire procurator, quia correcta ratione legis, cenſetur correcta ipſa lex gloſſ. *in leg. 1. de legit. tut.* etſi dicatur vt dicit Aretin. *in leg. 2. col. 3. verſ. circa tertium requiſitum ff. de vulg. & pub. ſubſt.* quod licet ſit correcta ratio legis, remanet tamen lex fundata in auctoritate, facit gl. ſecūdum eum *in l. libera. ad fin. ff. de minor.* & id quod dicit Bart. *in l. cū h. §. tranſ-*

tor. Primæ rationi dubitandi reſpõdetur, quod illa regula procedit, vbi eſt eademratio, & vbi contrarium expreſſe non reperitur, & ideo dixit ſingulariter Rom. *in ſingular. C. 88.*
26 ſuo, quod dilationes induciarum † quæ reo dantur *per auth. offeratur vt C. de lit. conteſt.* non dantur in criminalibus. Hinc eſt quod ſi quis vulne-
27 retur à pluribus † & ab vno mortaliter, ſi moriatur, omnes puniuntur pœna legis Aquiliæ *l. item Mela. ff. ad leg. Aquil.* & tamen non puniuntur pœna homicidij, ſecũdum Anchor. *in conſ. 116.* & Alex. *in conſ. 16. vol. 8.* Secundo rationi dubitandi reſpondetur, quod *l. juſta.* loquitur quantum ad cauſam manumiſſionis, quia ſicut juſta manumiſſionis eſt cauſa: vbi ſervus Dominum liberavit periculo vitæ, ita & periculo infamiæ. Item illa regula procedit in bonis viris *l. 1. iſti quidem. ff. quod metus cauſ.* Sed apparent rari nantes in gurgite vaſto, non autem procedit in delinquentibus iuxta illud:

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœna.

Vel dic, quod cauſa famę, ęquiparatur cum criminali, vbi agitur civiliter, quia vtroq; caſu poteſt intervenire procurator, vel dic quod ibi infamia venit in contumaciam, & iſto caſu admittitur procurator; ſecus ſi principaliter gl. *in l. non ſolum. §. fin. in gl. pen. ff. de procurat.* nam ſi admittatur procurator, ipſe non infamat. *d. §. quod alieno.* nec etiã Dominus. Tertiæ rationi dubitandi *d. l. non ſolum.* Vno modo reſpondet Alber. *in d. l. ſeruum quoque §. publice. ff. de procurat.* & dicit, quod ille textus procedit ex quadam coniunctione, quæ eſt inter homines. Alio modo reſpondet Bartol. *in d. l. non tantum. circa finem,* quod ille textus loquitur, vbi reus eſt incarceratus. Sed prima ſolutio Alberici non concludit, quia attenta illa concluſione deberet etiam poſſe conſtitui procurator, non facit etiam opinio Bartol. quia text. *in l. 1. ff. an per alium caut.* vult abſolute, quod in cauſa appellationis capitali non admittatur procurator; tu reſponde alio modo, quod textus *in l. non tantum.* videtur ſolum loqui de actu appellationis, non autem de ipſius proſecutione, & hoc probatur. *in d. l. add. C. de appellat.* & ratio poteſt eſſe, quia ſi labe-retur tempus ad appellandum datũ, inferretur prędiudicium ipſi reo irreparabile, quia deberet decapitari, facit text. *in l. ſi quis filio exhæredato §. hi qui ff. de iniuſt. rupt. init. fact. teſtam.* Vltimæ rationi dubitãdi reſpondetur, quod permittitur alicui, ſive ſit accuſator, ſive reus redimere ſanguinẽ ſuum per tranſactionem, non tamen licet conſtituere procuratorẽ. Ideo videnda eſt ratio, quare accuſator non † poſſit cõſtituere pro- 28
cura-

curatorem, vt ſequamur ordinem hic, & Bart. aſsignat hic tres rationes, vt hic per eum. Tu adverte circa primum, in quantum Bartol. dicit, quod ſi vera eſſet ratio Butr. quod quis poſſet conſtituere procuratorē vindicando ſuam vel ſuorum injuriam, *argum. d. l. licet.* quia poteſt replicari, quod ille textus procedit, vbi quis agit actione populi, & principaliter, vel ſaltem æque principali, quod ſequitur intereſſe privatum, ſicut publicum, & ſi dicatur, prout dicit hic Imola *col. 15.* quod ſaltem lite conteſtata in actione populi diceret admitti procurator. *l. ſicut* §. *1. ff. de verb. & rer. ſignificat.* & tamen textus noſter dicit abſolute quod ad crimen publici judicii perſequendū fruſtra intervenit procurator. Ergo & ante poſt litem conteſtatam replicari poteſt, quod non ſit abſurdum reſtringere text. *in l. ſicut.* vt non procedat, vbi agitur principaliter ad vindictam publicam ex crimine publico, *argum. gl. in leg. die. in verb. quidam. Cod. qui accuſar. non poſſ.* attento maxime, quia in his criminibus reperiuntur multa ſpecialia. Et ſi iterum dicatur, adverte, quia textus noſter procedit etiam in crimine privato, dico quod eſt valde dubium, an iſte textus locum habeat in crimine privato & infra demonſtrabo: quod ſolum habet locum in crimine publico reſpondendo ad *l. fin. C. de iniur.* Alio modo quam faciant Modern. *in dict. cap. venienti. de accuſat.* & quod hæc ſit ratio vera, innuit textus, dum dicit, quod fruſtra intervenit procurator, qui innuit, ꝙ ex quo eſt crimen publici judicii, ad eum perſequendum non poteſt intervenire procurator. Et ita intelligunt textum hunc Moderni Sen. *in dict. cap. venienti. col. 5. ver. circa primum. & in ver. ſexta ratio.* Sed iſte intellectus non eſt tutus, quia textus poſtea ſubdit, & multo magis ad defendendum, & tamen in actione † 29
popularì ex parte rei poteſt admitti. *leg. populari actione. ff. de popul. act.* Secunda ratio eſt, ex parte accuſatoris, quę eſt verior cęteris, quod ideo non poteſt accuſans cōſtituere procuratorem, quia tenetur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, quæ ratio probatur *in cap. tua. de procurat.* & cum hodie iſta ratió ſit abolita per generalem conſuetudinem, videtur quod poſſit defendi hæc opinio, ꝙ ex parte accuſatoris non poſſit intervenire procurator, quia correcta ratione legis, cenſetur correcta ipſa lex gloſſ. *in leg. 1. de legit. tut.* etſi dicatur vt dicit Aretin. *in leg. 2. col. 3. verſ. circa tertium requiſitum ff. de vulg. & pub. ſubſt.* quod licet ſit correcta ratio legis, remanet tamen lex fundata in auctoritate, facit gl. ſecūdum eum *in l. libera. ad fin. ff. de minor.* & id quod dicit Bart. *in l. cū h. §. tranſ-*

tranſactionem. de tranſact. quæ jura volunt, quod licet tollatur ratio ſolemnitatis introducendæ in alienatione rei eccleſiaſticæ, vel in transactione alimentorum : non tamen ceſſat ſolemnitas, quia dico quod id, quod dicitur, quod correcta ratione legis cenſetur correcta ipſa lex, procedit vbi ratio eſt generaliter correcta: ſecus ſi ſit correcta in aliquo caſu, quia tunc non ceſſat legis diſpoſitio. Ita intelligitur textus *in leg. 1. in fin. de minor.* vbi licet reperiatur aliquis minor, qui bene gerat negotia ſua, tamen jura loquentia de minoribus non ceſſant in tali crimine nec aliquid facit gl. *in leg. lib. dig. de capit. crimin.* immo facit per gl. *in dict. leg. 1. de legit. tut.* quia gl. ibi ſentit, quod ſi illa imaginaria venditio, de qua ibi fuiſſet cauſa illius capitis diminutionis, quod iſto caſu eſſet correcta ipſius legis diſpoſitio, ſed vbi erant duæ rationes, licet vna ſit correcta, non cenſetur correcta lex §. *affinitatis. inſtitut. de nupt.* Et retenta iſta opinione infertur, quod ſive procedatur per viam accuſationis, ſive per viam exceptionis, vel alio quovis modo ex parte accuſatoris inquirentis vel denunciantis aut excipientis, poteſt intervenire procurator, licet contrarium ſentiant communiter interpretes hic cum aliis copioſe relatis per Modern. Sen. *in dict. cap. veniens. in vlt. chart. de accuſat.* Infertur ſecundo, quod non eſt tantum dubitandum, an poſſit conſtitui procurator ad libellandum tantum, vel ad litem conteſtatam, vel ad excipiendum, vt infra per Bartol. Angel. & Imol. Vbi dicemus. Tertio infertur, quod in his caſibus in quibus non habebat locum pœna talionis, de quibus per glo. Bartol. & alios *in leg. ſi cui. ff. de accuſ. & in leg. qui crimen. Cod. qui accuſ. non poſſ.* & per Bartol. *in leg. 2. §. ſi publice. digeſt. de adulter.* cōſtitui poterat, quia ceſſabat ratio pœnæ talionis. de qua *in dict. cap. tuæ de procurator. & in l. 2. C. qui accuſar. non poſſ.* Et ſi quiſpiam ſubtiliter diceret, licet ceſſet illa ratio, militant tamen aliæ rationes, & maxime illa, quod ipſe principalis magis accurate, & diligenter defendet ipſam cauſam, quia dico quod illa habet locum, vbi principalis poſſet ſubire capitis periculum. *leg. 1. Cod. ad leg. Cornel. de falſ.* Sed tota difficultas conſiſtit in indagando rationem, quare ex parte † rei 31
non poſſit intervenire procurator. Et Bartol. hic videtur tradere quatuor, & duas alias tradit *in extravag. ad reprimendum. in verb. legitima.* quas refert hic Imola. *col. 15.* & duas tradit Speculat. relatus hic per Imol. & Dn. Bened. de plumb. *colum. 11.* & has

& has rationes & dicta Imolæ referunt Modern. *in dict. cap. veniēs. col. quart. de accuſat.* Veritas conſiſtit in tribus rationibus adductis hic per Bartol. & licet omnes improbent, prima defendi tamen poteſt, quod mens glo. hic fuit dicere, quod ſicut ſententia capitalis non poteſt ferri in abſentem, non poſſit etiam ferri in procuratorem; & ſi dicatur, ex quo non poteſt ferri in procuratorem, quia non deliquit, poterit ferri in ipſum Dominum. *leg. fin. verſicul. ſin autem judice cōtra eum probatur. Cod. de injur.* replicari poteſt, quod ille textus procedit in delictis leuioribus. Sed in crimine publici judicij, in quo venit imponenda pœna capitis, ſicut non poteſt ferri ſententia contra procuratorem, qui non delinquit, non poteſt etiam ferri contra abſentem, quia ratio non patitur,
32 vt † in graui delicto abſens condemnetur, vt dicit textus *in l. 1. de requir. reis.* Et ſi quiſpiam diceret hoc modo declarando, hæc ratio erit eadem cum ratione Bartoli, dicatis,
33 quod ideo non poteſt † conſtitui procurator, quia judicium poſſet reddi eluſorium, quia videns aliquis ſe poſſe condemnari, confugeret ad eccleſiam Diui Antonij & cōſtitueret procuratorem, quia dico, quod eſt eadem ratio indubitanter, (quæ ſecundum Bartol. & alios, & communiter tenetur) delicta remaneāt impunita. Sed contra eam vltra alios opponitur, primo & videtur quod licet executio ſententiæ non poſſit reddi eluſoria, non poteſt conſtitui procurator, probatur *in d. cap. veniens. de accuſ.* ſecundum Aretin. ibi. nam ibi executio ſententiæ non poterat, vt dixi, reddi eluſoria, quia diſpoſitio † ab officio & beneficio, de 34
qua ibi, trahit ſecum executionem, & tamen prohibetur conſtitui procurator, & tamen attenta ratione Bartoli, vbi judicium non poteſt reddi eluſorium, deberet admitti procurator. Secunda objicitur difficultas. nā ex crimine, propter quod venit imponēda pœna relegationis, judicium non poteſt reddi eluſoriū, quia poteſt ferri in abſentem, *l. abſentem. ff. de pœn.* & tamen Bart. *col. 3.* vult, quod in cauſa relegationis non poſſit conſtitui procurator, & tamē debet poſſe conſtitui, ex quo judicium non poteſt fieri eluſorium, cū abſens † poſſit relegari. Tertia objicitur difficultas; nam ille qui ſemel 35
in crimine comparuit in judicio, ſi poſtea ſe abſentet, licet vere ſit abſens, *c. comparati de appell.* tamen juris interpretatione † videtur præſens, probatur ex notatis. *in l. fi. ff. de in integ. reſtit. tit. generali*, vbi ſententia lata contra eum, quia non dimiſit procuratorem, dicitur lata cōtra abſentem: ſecus ſi contra eum 36
† qui procuratorem conſtituit. Pri- 37

mæ difficultati reſpondetur, quod eſt verum, quod *in c. veniens.* executio nō potuiſſet reddi eluſoria, quia ſententia illa trahit ſecum executionem, ſed bene potuiſſet reddi ſententia eluſoria, ſi potuiſſet conſtitui procurator, quia in ipſum non potuiſſet ferri ſententia, nec etiam in illum reum abſentem per regulam. *l. abſentem ff. de pœn.* Secundæ difficultati reſpondetur, quod verior opinio eſt, quod in cauſa relegationis poſſit conſtitui procurator per text. *in l. ſeruum quoq;. §. publice. ff. de priuat.* Tertiæ difficultati reſponde-
38 tur, & fateor quod ille † qui dimiſit procuratorem, dicitur præſens juris interpretatione, ſed in cauſis graui-
39 bus requiritur præſentia † vera, non autem interpretatiua, per reg. *d. l. abſentem ff. de pœn.* Et ſic habes defenſatam communem rationem ab impugnationibus Aretij. *in d. c. veniens, colu. 12. de accuſ.* quicquid dicant repetentes ibi *in 4. colu.* qui dicunt quod nulla concludens ratio poſſit aſſignari. Tertia datur enim per Barto. hic tam ex parte rei quam accuſatoris, quod ipſe principalis magis accurate & diligenter defendet cauſam ſuam, quæ ratio ſecundum Bald. Angel. & Imol. hic fuit glo. *in l. non ſolum. in fin. ff. de procurat.* licet repetentes *in d. c. veniens. verſ. quinta ratio.* dicant, quod in libro ſ(u)o glo. illa hoc non dicit, ſed decipiuntur in hoc, nam hæc ratio videtur indubitabilis, ſecundum Imol. hic, & poſt eum Modern. *in d. cap. veniens.* quia vbi poteſt procedi cōtra abſentem, ibi poteſt interuenire procurator *l. ſeruum quoque §. publice. ff. de procurat.* Et tamen etiam in iſto caſu militat ratio, quod quis accuratius, diligentius, & fidelius cauſam ſuam tuetur. Et ſi dicatur, quod in caſu. *§. publice.* ſecundum intellectum Bart. non admittitur procurator tanquam procurator ſed tāquam excuſator, & inſtructor, qui ſolum poteſt prodeſſe abſenti, non autem nocere, certe iſta ſolutio confunditur per illum text. dicentem, quemuis allegantem innocentiam debere admitti, quę verba innuunt, quod etiam tanquam procurator admittatur, qui poteſt prodeſſe & nocere Domino. *c. 2. de confeſſ.* Et ideo conſidera, ſi poteſt alio modo intelligi tex. noſter. & ille text. nam in hoc text. dicitur, quod ad crimen publici judicij perſequēdum fruſtra interuenit procurator, modo dicitur. *in l. reos Cod. de accuſ.* quod leges publicorum judiciorum reos permittunt in capitalibus cauſis etiam per procuratores defendi. Dico quod ille text. eſt intelligendus, vbi rei ſunt abſentes ex iuſta cauſa, & videtur quod tunc ſit admittendus procurator, & in his terminis ex mente Angeli quem nullus

hic

hic refert, poteſt intelligi ille textus, dum dicit, quod ordinarium & æquum eſt, quemlibet debere admitti ad indagandam innocentiam, & ſic ad allegandum cauſas abſentiæ, textus vero noſter loquitur, vbi quis latitat, & non vult comparere, licet poſſit, juxta *leg. Flaccius* §. *quid ſit latitare. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur.* & ita intelligitur textus hic, & hoc modo poſſet inferri, quod
40 abſens ex juſta † cauſa in criminalibus poſſet conſtituere procuratorē, ſecus tamen in latitante, eſſet tamen magna reſtrictio ad jura dicentia, quod in crimine capitali nō admittatur procurator, quæ ſunt plura vt dixi, ſed poſſet replicari, quod æquum eſt regulam fallere, vbi æquitas hoc ſuadet. *leg. 2 §. item varius. de aqua pluuia arcend.* ſed tenendo cōmunia, poteſt dici quod ideo non
41 poteſt admitti † procurator quando proceditur contra habentem, quia poſſet ei fieri majus prejudiciū, ex quo abſens poteſt damnari, & ideo æquitas ſuadet, quod iſto caſu non admittatur procurator *arg. leg. exigere. §. fin. cum ibi notat. Cod. de procur.* & in caſu *leg. lex Cornelia. §. conſtitutum & in extrauag. ad reprimendum. in verb. legitima* poteſt ferri ſententia in abſentes. Ergo poteſt interuenire procurator, dico quod lex non conſiderauit tantum præjudicium in illis caſib. ex quo voluit, quod poſſit ferri ſententia contra abſentem, patet in crimine læſæ majeſtatis, vbi etiam admittuntur teſtes famoſi. Tertia datur ratio, quia ſi admitteretur procurator, reus videns ſe poſſe condemnari, non compareret, ſed hac ratione attenta, idem faceret aliquis, vbi vocaretur in ſeruitutem, & tamen poteſt conſtitui procurator. Et ideo Modern. *in dict. cap. veniens* dicunt non poſſe aſſignari concludentem rationem, & tamen *in colu. 30. in 15. quæſt.* dicunt, quod quidam aſſignant hanc rationem, & ideo in cauſa criminali non poteſt cōſtitui procurator, quia judex ex inſpectione in faciem, & in perſonam rei, id eſt, qua trepidatione & quo colore, & vultu loquantur, accuſatus vel inquiſitus melius cognoſcet; lex ergo voluit, quod in cauſa tanti præjudicij non debeat admitti procurator, vt cauſæ ipſæ melius innoteſcerent, & liquidarentur, & hanc rationem poſuit hic Imol. in effectu *colum. 15.* & Alber. *in d. §. publice. colum. 10. verſi. ſed quid ſi audita cauſa.* & clarius Aret. *in dict. cap. veniens.* Et pro iſta ratione judicio meo eſt expreſſus text. *in cap. tuæ de procurat.* & eo maxime quia procurator agēdo cauſam negligentius præjudicaret Reipublicæ, ſed iſta ratio, licet concludat ex parte rei, non tamen concludit ex parte actoris, qui non tenetur amplius ad pœnam talio-

Digitized by Google

talionis. Et ideo conſidera, quod lex quantum poteſt, videtur reſtringere facultatem accuſandi *leg. ſi cui. ff. de accuſ. & l. fin. eod. tit.* ibi, *innocentiam feriamus*. Et ideo vbi quis vult accuſare, lex vult, quod ipſemet accuſet, & vbi accuſauit, ſi deſiſtat, afficit eum pœna, de qua *in leg. 3. §. fin. de præuaric.* Et hoc facit, ne aliquando contingat innocentes damnari. *dict. leg. fin.* ibi, *ne innocentiam feriamus*, nil mirum ergo, ſi nō vult, quod accuſator poſſit conſtituere procuratorem, ex parte vero rei, quia cauſa eſt magni præjudicij, adeo quod reus in cauſis criminalibus, ſuis defenſionibus renunciare non poteſt, glo. *in leg. pactum inter hæredem. digeſt. de pact.* ideo vult, quod non poſſit procuratorem conſtituere, attē to maxime, quia etiam intereſt Reipublic. vt vterq; tam accuſans quam accuſatus compareat coram judice, vt poſſit dignoſcere. quo vultu, & quo colore, & qua animi trepidatione loquatur juxta *leg. 3. dig. de teſtib.* & ſecundum Barto. ad finem huius videtur quod interſit etiam Reipublic. vt accuſans ipſe etiam compareat. Et ſic jungitur quodammodo fauor publicus cum priuato, vt pulchre declarat Aret. *in dict. cap. veniens. col. 12.* ſed iſta ratio fauori publici non tam conſideratur, quam præjudicium ipſius rei conuenti. Patet, quia vbi accuſans, vel accuſatus ſuſpicabitur ſe poſſe cōdemnari, vterque poteſt tranſigere, & ſic ſanguinem ſuum redimere, quod ſic iſto caſu non procedit titulus *de præuaricat.* nec procedit *leg. in fiſci cauſis. ff. de jure fiſci.* vt eſt caſus *in leg. 1. in fin. de præuaric.* Et quod lex magis

† conſideret præjudicium ipſarum partium, quam reipublicæ probatur 42

in l. 1. de requir. reis. vbi lex vult, quod in caſu graui abſens non poſſit condemnari, & ex quo vult, quod abſens poſſit condemnari propter grauitatem cauſæ, vult etiam quod non poſſit interuenire procurator propter cauſæ grauitatem; quia iſta duo procedunt à pari. Primo nota ex hoc

textu, quod ad crimen † publicum 43

perſequendum fruſtra interuenit procurator, & eſt aduertendū, quia

omnia jura † loquuntur in crimini- 44

bus publicis, vt probatur *in l. tunc conuenit. Cod. de accuſat. & in l. de fide. C. ad leg. Cornel. de falſ. & in leg. 2. Cod. qui accuſar. non poſſ.* & ideo Angel. hic *colum. 3.* fuit in iſta opinione, quod vbi crimen eſt publicum ſiue poſſit ferri ſententia in abſentem ſiue non: ſiue poſſit imponi pœna corporalis, ſiue pecuniaria, quod in crimine publici judicij nō poſſit interuenire procurator, & pro iſta oppoſit. Angeli multum ſtringit text. *hic in fine.* qui videtur præſupponere, quod hic poſſit ferri ſententia, & reſtringere iſtum text. ad ſententiam nota-

notationis bonorum, vt dicunt Angel. & Imol. magna eſſet reſtrictio, quia appellatione ſententiæ ita poteſt includi cauſæ principalis ſentententia, ſicut annotationis bonorum, & ſuadetur iſta opinio Angeli, quia ita dicitur publicum crimen illud, quod non eſt capitale, quia publicorum judiciorum quædam ſunt capitalia, quædam non capitalia. *leg. 2. ff. eod. titul.* Ergo textus iſte dicitur intelligi de vtroq; crimine, facit pulcher textus. *in l. cum de lege.* vbi Aret. *ff. de teſt.* & ſuadetur hæc opinio Angeli, quia crimina publica habẽt, neſcio quid ſpecialitatis: quod non habent crimina priuata, probari videtur. *in l. fin. de furt.* Contrarium tamen tenet Imola hic, quem ſequũtur formaliter Modern. *in dict. cap. veniens, membr. 2. quaſt. 1. colu. 8.* qui adducunt poſt Angel. & Imol. hic tres textus. Et primo *l. 3. vbi ſenat. vel clariſſ.* vbi plane probatur, quod etiam ſunt quædam crimina priuata
45 † quę per procuratorem exerceri nõ poſſunt. Ad idem facit textu. *in leg. 1. Cod. vt tam ciu. quam crimin. cauſ.* juncto *principio cum fine.* nam ibi in principio fit mentio de furto, quod clare eſt priuatum delictum, & tamẽ dicitur in fine, quod accuſatione inſtituta contra officialem, finito officio dicitur cauſam ipſe per ſe proſequi, non autem per procuratorem. Et ſuadetur etiam per text. *in leg. 1. an per alium cau. appellat.* qui text. facit differentiam, an cauſa ſit pecuniaria, vel capitalis, & in capitalibus vult, quod non admittatur procurator, ſecus in cauſis pecuniarijs, & tũ in capitalibus lex illa non diſtinguit publicum crimen à priuato: ſed tu aduerte, quia Angel. non negat quin §. *noſter.* habeat locum etiam in priuatis criminibus, ſed vult quod in crimine priuato, fiat diſtinctio, an ſit capitale vel non, & non vult, quod iſta diſtinctio fiat in crimine publico: quia ita dicitur proprie crimen publicum, vbi imponitur pœna pecuniaria, ſicut vbi imponitur pœna capitalis, & multa ſunt ſpecialia in ipſis criminibus publicis. Contra Angel. tamen datur caſus *in d. l. tunc conuenit. C. de accuſat.* quæ proprie vult, quod criminibus publicis, vbi cauſa depoſcit inſcriptionem, non poſſit interuenire procurator, ſecus in pecuniarijs cauſis, vt ibi ſubdit textus. Tota igitur difficultas reducitur ad hoc, an in criminib. publicis, in quibus imponitur pœna pecuniaria, ſit neceſſaria inſcriptio, & jura abſolute dicunt, quod in criminibus publicis ſit neceſſaria inſcriptio, nec diſtinguunt capitalia à nõ capitalibus. Prima ergo ex prædictis datur ampliatio ad hunc textum, vt procedat, nedum in delictis publicis, verum etiam in delictis priuatis. Secunda datur ampliatio, vt procedat etiam

 in cri-

in crimine quaſi publico : & ſic in
46 crimine † ſuſpecti tutoris, quod eſt quaſi publicum. *l. 3. §. communes. ff. de ſuſpect. tutor.* nam ſi agatur vt tutor debeat principaliter puniri, non admittitur procurator. vt plene per Imol. *hic colum. 6.* vbi plene dicam, ſecus tamen ſi ageretur, quod principaliter remoueretur à tutela, quia licet poſſet contingere quod puniatur, tamen attenditur id, quod principaliter agitur, vt hic plene per Imol. & probatur vltra eum, quia reo exiſtente non ſoluendo poſſet imponi pœna corporalis. *l. fin. ff. de in jus vocand. & l. ſi quis id quod §. in ſeruos. ff. de juriſdict. omni judic.* Tertio datur ampliatio ad hunc textum, vt etiam procedat, vbi proceditur
47 per viam † inquiſitionis, quia inquiſitio de jure ciuili ſuccedit loco accuſationis. *l. 2. §. ſi public. ff. de adult.* ſecus tamen eſt de jure canonico, vbi non agitur de pœna ſanguinis. *c. ſententia, ne cleric. vel monach.* & tradit Alber. *in l. ſeruum quoq; §. publice col. 6. verſ. item eſt caſus ſatis notabilis.* Vbi & vltra alios And. de Piſis & Bald. *ff. de procur.* & idem tenet Bartol. *in d. l. ſi cui. §. 1.* & hæc ampliatio de plane procedit, vbi illa pœna, quę imponitur per viam accuſationis, imponitur etiam vbi proceditur per viam inquiſitionis. Quarta datur ampliatio, vt etiam procedat, vbi
48 opponitur de crimine † per viam exceptionis ad finem puniendi, quia iſto caſu non poteſt interuenire procurator, ſecundum Moder. *in d. c. veniens. quæſt. 3. membr. vlt. colum. penult.* vbi etiam quærit, an admittatur, vbi procedit per viam denunciationis. Quinta ampliatio datur ſecundum Bald. *in d. leg. ſeruum quoque §. publice.* vt adeo ſit prohibitus procurator in criminalibus † quod 49
non poſſit etiam offerre libellum, quia libellus eſt de ſubſtantia judicii. *l. accuſatio. ff. de adult.* & ſi libellus non poteſt ſubſtantiari in perſona procuratoris, multo minus poterit admitti ad litem conteſtatam, vt dicunt Modern. *in dict. cap. veniens. colum. 42. verſicul. tertio quæro.* & dicam infra. Sexta datur ampliatio, vt non † admittatur etiam ad medium 50
cauſæ, quia textus hic dicit ſimpliciter quod non admittitur ad crimen publici judicij perſequendum. Ergo videtur remouere procuratorem ab omni perſecutione, quia cum remouetur genus, remouetur etiam quælibet eius ſpecies. ita tenet Speculat. *in titul. de procurator. §. 1. verſicul. ſed nunquid.* vbi Ioan. Andr. *in addition.* ad eundem Speculat. poſt Rofred. Tancre. & Alber. Gail. & hæc ampliatio de plano procedit in his caſibus, in quibus abſens damnari non poteſt, vel etiam vbi non eſt incarceratus, de quo infra dicam latę. Septima cadit ampliatio, multo minus

Digitized by Google

minus poſſit interuenire procura-
51 tor † ad reſpondendum poſitionib. vel confitendum delictum, ſecundũ Bald. *in d.leg. ſeruum quoq; §. publice. ff. de procurat*. Et ratio eſt, quia reus debet per ſeipſum confiteri. Idem tenet Salicet. *in leg. reos. Cod. de accuſat*. Octaua erat ampliatio, vt etiam
52 procedat, vbi quis † accuſatur de vulnere, & dubitatur, an vulnus ſit mortale, quia iſto caſu etiam nõ admittitur procurator, ita vult Bald. hic, dum dicit, quod debet admitti ſub conditione, vt talis procurator habeatur pro non admiſſo, ſi cõtingat illum mori & hoc fortius vult Ioan. de Imol. hic, qui vult quod non admittatur nec ſimpliciter, nec ſub cõditione, quia poſſet reddi judiciũ eluſorium, ex quo pars ſupereligeret comparere per procuratorẽ ſub conditione, poſtea condẽnatus pœna corporis afflictiua, eluderet judiciũ. & ſtatim cũ videret ſe poſſe condemnari, aufugeret. Sed tu conſidera, quod ſecundum Bald. & do. Elor. *in l. ſi vulnerato ſeruo. ff. ad leg. Aquil.* vbi fit proceſſus ſuper vulnere cum ꝓcuratore, ſi poſtea ſequatur mors eſt neceſſarius alius ꝓceſſus nouus, nec ex primo poteſt ſequi condemnatio, ſecundum Bart. vbi cæteri cõmuniter *in l. damni. §. Sab. de damno infect*. Frãc. de capitib. iſtæ inter cõſ. crim. Cæpoll. *in conſ. 40. col. 2.* poſſet tamẽ ſaluari iſta ampliatio, vbi actũ eſſet cõtra vulnerantem, qui vulneraſſet animo occidẽdi, quia iſto caſu ſecuta morte valeret proceſſus & per conſequentiam non poſſet admitti procurator, nec ſimpliciter, nec ſub conditione. Nona datur ampliatio ad iſtum textum ex mẽte Bald. *in l. reos. C. de accuſ.* & Bar. *in l. 1. de pub. jud.* vbi volunt, ꝙ vbi imponuntur duę pœnę † alternatiuę, altera pecu- 53
niaria, & altera corporalis, ex quo ibi datur pœna capitalis, imo nõ poterit interuenire procurator, ꝙ de plano procedit, ſecundum Imol. *hic* vbi electio pœnæ ſpectat ad judicem ſecus tamen ſi ſpectaret ipſi reo. Sed tu conſidera, quicquid dicat Imola, quia videtur, ꝙ omni caſu poſſit admitti ꝓcurator. Attento ꝙ reus nõ poteſt eligere pœnã corporis afflictiuã, quia nemo eſt dominus membrorũ ſuorũ. *l. lib. homo. ff. ad l. Aquil.* & infra dicam. Decima cadit ampliatio, vbi lex dicit, puniatur tali pœna, puta amputatione manus vel alia. nã illo caſu, quia dictio, *alia*, eſt reſpectiua ſimiliũ, nõ eſſet admittẽdus ꝓcurator, juxta notata ꝑ gl. vbi Bald. eã multũ notat. *in l. ſi fugit. C. de ſeru. fug.* Vndecimo amplia ſingulariter,
vbi pro delicto † agitur principaliter 53
ad infamandũ, quia iſto caſu nõ poteſt etiã interuenire procurator, & ita voluit gl. *in l. nõ ſolũ §. fi. in gl. pen.* q̃ ſequuntur Mod. repetentes *in l. c. veniẽs. col. 20. verſ. 8. quaro.* facit text.

in l.

in l.juſta ff. de manum. vindict. & in l. fin. ff. quod metus cauſ. Secundo facit, quia ſi poſſet interuenire procurator, judicium poſſet reddi eluſoriũ,
55 quia procurator † alieno nomine condemnatus non efficitur infamis, nec ipſe nec ille, pro quo comparuit *l. furt. §. qui alieno. ff. de inf.* Duodecima cadit ampliatio, vt etiã iſte tex-
56 tus procedat, vbi pro delicto † poteſt imponi pœna perpetui carceris, quæ pœna æquiparatur damnationi in metallum, per quã quis efficitur ſeruus pœnæ ſecundum Bar. *in l.2. ff. eod. tit.* & iſto caſu videtur, quod non poſſit interuenire procurator, ſed tu conſidera, quia videtur, quod text. *in l. auth. damnum in fin. ff. de pœn.*
57 velit, quod pœna † perpetui carceris æquiparetur damnationi in opus publicum. De quo plene dixi *in l. imperium. ff. de juriſdict. omni judic.* hęc tamen ampliatio vera eſt, vt tenet Cæpoll. *in conſ. 20. colu. 6.* vt infra dicam plene. Decima tertia cadit ampliatio ad iſtum text. vt etiam procedat, vbi pro delicto imponitur pœna pecuniaria & corporalis copulatiue, quia tunc poteſt interuenire procurator ſecũdum Imol. hic, quia vbi concurrunt duæ cauſæ, vna
58 quę nocet, & altera quę prodeſt † debet attendi cauſa quæ nocet *leg. pedius §. 1. ff. de arbit. & l. ſi quis in graui. §. fin. de procur.* & ſi quiſpiam ſubtiliter diceret, nonne de jure commune regulariter admittitur procurator? quo caſu ſuccedit id, quod dicit Iaſ. *in l. ſi arrogatur. col. 13. ff. de adoption.* vbi dicit, quod quando cauſa, quæ prodeſt, reducit nos ad jus commune, illa attenditur: replicari poteſt, quod etiam lex communis vult, quod regulariter vbi agitur de pœna corporis afflictiua prohibetur conſtitutio procuratoris; quo caſu quando concurrunt duæ cauſæ, vna quæ prohibet, & altera quæ permittit, non attenditur cauſa permittens. *l. ſi Ruffinus. C. de teſt. milit.* Decima quarta cadit ampliatio ſecundum Bart. hic, quod vbi ſtat ſtatutum, vt quis poſ-
ſit impune offendi † quia hæc pœna 59
ſit deportatione major, videtur ꝙ nõ poſſit interuenire procurator, & idem eſt de mente Bald. *in l. 2. de pub. jud.* vbi dicit, quod ſi ſtatutum dicat, quod qui declinat juriſdictionẽ poteſtatis, poſſit impune offendi, perdit jus illius ciuitatis, cuius videtur factus hoſtis, quod de plano procedit, vbi talis pœna eſt perpetua, verum eſt, quod Bald. *in l. ſeruum quoq. §. publice.* videtur velle contrarium, pręcedens opinio eſt verior & tenẽda, quam etiam tenuerunt repetentes *in d. c. veniens. col. 27. qu. 12. de accuſ.* & ſi dicatur, vt dicit ipſe, ex quo ſententia poteſt ferri in abſentem, videtur quod poſſit admitti procurator: replicari poteſt, quod iſta cõmunia non tenet, vt infra per Bart.

col. 3.

col.3. vbi dicam latiſſime. Decima quinta ampliatio, vt vbi per ſtatutũ
60 † pœna arbitraria poteſtatis, vt Papię, vbi ſtatuto cavetur ex delicto aliquẽ puniri in ære, vel in pſona, inſpecta qualitate delicti, & cõditione perſonæ arbitrio poteſtatis, iſto caſu non poterit intervenire procurator, vt plene ſcribit Signorolus *in conſil.168.* incip. *Statuto civitatis rapta cavetur* & tradit plane Anchor. *in conſil.273.* incip. *Plene & ſubtiliter eſt allegatũ.* Decima ſexta cadit ampliatio etiam in pulchro caſu, quem tradit Cæpoll. *in conſil. 20. col. 2.* vbi dicit, quod ſi condemnatus ad perpetuos carceres aufugiat, quod ſicut in illa tali cauſa non poteſt comparere per procuratorem, ita non po-
61 teſt † per procuratorem teſtes qui cõtra eum depoſuerunt accuſare de falſo, ſecundum Bald. & Nellum per eum relatos. Decima ſeptima cadit ampliatio, vt etiam vxor & filij non
62 poſſint † conſtitui procuratores in cauſa criminali, immo nec poſſunt comparere pro eorum intereſſe, vt Cæpoll. *in d. conſil.20. colum.2. ad fin.* de quo tamen infra dicam. Decima octava cadit ampliatio, vt etiã procedat textus iſte, vbi virtute ſtatuti
63 † poteſt procedi contra abſentem, ita ſentit Bartol. *in colum. 5.* & idem Bartol. *in extravag. ad reprimẽdum.* nam etiam iſto caſu nõ poteſt intervenire procurator, qui poſſit nocere ipſi reo accuſato vel inquiſito, & hęc fuit opinio Raynerij *in l. reos.* vbi Bald. *col.8. verſ. quæritur vbi abſent.* & hanc eſſe cõmunem dicit Alexan. *in conſ.116. incip. animadverſis ſtatutis.* eſt verum quod Jaſ. *in l. is qui. col. 3. ff. qui teſtam. facer. poſſ.* videtur amplecti contrariam ſententiam quod immo, quando poteſt procedi contra abſentem in eius contumaciam poſſit intervenire procurator, & plures alios citat Hyppolit. *in ſua pract. in §. ſequitur. col.6. & in conſ.81. col.8.* præcedentẽ tamen opinionem tenet Cor. Per. *in conſ.122. col. 2. volum. 4.* ſed infra plene dicam & in diſputatione ponam. Decima nona cadit ampliatio, quod adeò vera eſt hęc opinio, vt non poſſit etiam reus † ac- 64
cuſatus vel inquiſitus cõſtituere pcuratorem ad confitendum ipſum delictũ, ſecundum Bald. *in l.2. C. quor. ſentent. appellat. non recip.* Vigeſima cadit ampliatio ſecundum Angel. & Imol. *hic* vt adeo ſit vera iſta regula, vt Papa non poſſit de poteſtate ordinaria in cauſa criminali admittere procuratorem, licet de potentia abſoluta poſſit hoc facere, & ideo ſecũdum Angel. princeps poteſt † per ſu- 65
um reſcriptum facere, ꝙ admittatur procurator in cauſa criminali, dummodo in reſcripto apponat clauſulã non obſtante tali lege: ſed iſta ampliatio apud me eſt dubitabilis, quia ꝙ non admittatur procurator, fuit

66 introductum † propter gravitatem cauſæ; & quia judex partibus auditis melius poteſt veritatem diſcernere, & ideo ſuper hoc cogita. Viceſima prima datur ampliatio, quod adeo vera eſt illa regula, quod procurator
67 † non poteſt admitti ad petendum reſtitutionem in integrum adverſus ſententiam latam in cauſa criminali, ita voluit Bald. *in l. 9. §. de qua. de poſtuland.* & Aret. *in d. cap. veniens. col. 20.* de quo plene ſcribit Hippol. *in ſuo ſingulari 221.* incip. *Reſtitutis in integrum.* & idem Hippol. *d. §. ſeqq. col. 1.* Vigeſima ſecunda datur ampliatio, vt etiã procedat, vbi in crimine pu-
68 blico ſive † capitali imponitur pœna ipſo jure, quia etiam iſto caſu non poteſt intervenire procurator, ſecundum Petr. de Anchar. *in d. l. ſervũ quoq;. §. publice intereſt. ad fin. de procurat.* & vult Alexand. *in addition. ad Bartol. hoc loco.* & Hippolyt. *in d. §. ſequitur col. 8. verſ. item ſuos.* Vigeſima tertia datur ampliatio ad hunc text. quod etiam procedat, quando reus
69 † accuſatus vel inquiſitus eſt præſens in judicio, quia etiam tunc non poteſt intervenire. Et pro hac opinione facit iſte text. qui generaliter loquitur. Secundo facit text. *in l. 1. ff. an per alium cauſ. appo. agi poteſt.* Et merito quia accuſans & accuſatus debet eſſe in vinculis *leg. 1. 2. & 3. ff. de cuſto. reor.* & ſi dicatur contrarium tenet Bald. *in l. reos. C. de accuſ. &* Modern. repetentes *in d. cap. veniens. col. 31. q. 7.* reſponderi poteſt quod *l. non tantum de appellat.* quæ per eos adducitur, non facit ad propoſitum, & merito; quia prædicti Modern. repetẽtes volũt, quod pro accuſatore præſente † oblato libello per accuſatorem poſſit ad omnes alios actus intervenire procurator quod videtur 70
contra hũc text. qui loquitur generaliter, quod ad crimen publici judicij perſequendum fruſtra admittitur procurator, & ſic videtur revocari procurator, ab omni perſecutione, & à quo removetur genus, removetur quælibet eius ſpecies. *l. fundum. de fund. inſtru. & leg. fin. §. 1. de ſuis & legitim.* & facit quia videtur ſpeciale in illuſtribus, qui poſſint præſtituere procuratores, & tamen *in l. fi. C. de iniur.* præſupponitur, q illuſtres eſſent præſentes, niſi dicas tenendo opini. Bald. quod jura referuntur ad abſentes, vt probatur *in d. l. reos. C. de accuſ. & in d. l. ſeruum quoque. §. publice intereſt.* Et certe durũ eſſet ab hac opinione recedere in practica. Veritas tamen dependet ab illo articulo, an pro carcerato † poſ- 71
ſit intervenire procurator. & Bart. *hic col. 4.* tenet, quod ſic, & idem tenet Angel. *hic col. 1.* Imol. *col. 9.* qui dicit, quod ſic ſervatur de conſuetudine, & idẽ dicit d. Benedict. de plumb. *col. 11.* & hanc opin. tenet Alber. *in d. l. ſervum quoq;. §. publice. col. 6.* poſt Archi-

Digitized by Google

Archidiac. per eum relatum, vbi & Bald. dicit, quod ſic ſervatur de conſuetudine, & idem dicit Bald. *in d.l. reos C. de accuſat.* & eſt communis opinio, vt teſtatur Felin. *in ca. inveniemus de accuſat.* & Modern. repetentes *in d. cap. veniens. q. 18. col. 30. de accuſat.* & ſic ſecundum omnes iſtos ſervatur iſta cõſuetudo. Fundamẽtum huiuſce communis ſententiæ conſiſtit in quatuor. Primo, quia
72 ſicut dominus admittitur † procurator, pro ſervo carcerato, *leg. ſciendum. & l. ſervos. ff. eod. & leg. Lucius. ff. de appellat.* ita & quilibet alius. Secundo facit, *leg. ſi non defendantur. ff. de pœn.* vbi carceratus ſervus non ſolum à domino ſed ab omnibus defendi poteſt. *leg. non tantum. ff. de appellat.* vbi Bartol. vult, quod & ipſo reo invito poſſit quis cauſam appellationis proſequi, & tamen ille qui non poteſt conſtituere procuratorẽ in cauſa principali, non poteſt etiam in cauſa appellationis, vt hoc loco, junctal. *1. an cauſ. appell. per aliũ redd. poſſ.* Tertio facit ſtringẽs fundamẽtum: nam ſecundum Bartol. in carcerato vidẽtur ceſſare omnes rationes, per quas ex parte accuſatoris videtur prohiberi conſtitutio procuratoris, patet quia in ipſum præſentẽ ſententia ferri poterit, & contra ipsũ executioni mandari, & hoc modo judicium eluſorium non reddetur, & quia plenius, diligentius & accuratius ipſe cum procuratore, quam ſolus cauſam ſuam defendet, tamen Joan. Andr. relatus hic per Imol. intelligebat hanc cõmunem ſententiam hoc modo, vt incarceratus poſſet † conſtituere procuratorem ad 73
omnes actus, præterquam ad litem conteſtandam, & ad ſententiam audiendam, quæ opinio non diſplicet Imol. Contrarium tamen tenuere ſubtiles Vltramontani ſecundũ Alber. *in d. §. publice col. 7. verſ. itẽ quaritur.* qui voluerunt, quod nõ poſſit admitti ꝓcurator, nec ad vnum, nec ad duos articulos, ſicut non poteſt admitti ad ſentẽtiam; quia à quo removetur genus, removetur & quęlibet eius ſpecies. *leg. fundi. ff. de fund. inſtr.* Item ſi prohibetur conſtitui procurator ad ſententiam audiendam, videtur etiam prohibitus ad alios articulos, per quos devenitur ad eam. *l. oratio. ff. de ſpõſ.* & eo maximè, quia videtur ſpeciale in perſonis illuſtribus, vt poſſint conſtituere procuratorem, præterquã ad ſentẽtiam. Ergo in contrarium eſt jus commune, & dicit Dyn. *in d. §. publice.* quod huic rationi non poteſt congrue reſponderi. Alber. tamẽ tenet hanc opinion. quod Domino exiſtẽte pręſente, ſeu incarcerato admittatur ꝓcurator ad media cauſæ, & ita dicitur ſępe obtinuiſſe; de facto eſt verum, ꝙ ipſe Reus dicit litẽ conteſtari & interrogari, & ſimilia facere, q̃ nõ poſſint

ſint congrue expediri per procurarem, & cum hac diſtinctione tranſit hic Dn. Bened. de plumb. *col. 12.* Cõtrarium indiſtincte tenet vterq; Salicet. *in d. §. publice. & in l. reos. C. de accuſ.* Et movetur primo, quia videtur ſpeciale in caſu *l. non tantum ff. de appella.* vt admittatur. Secundo movetur per text. *in l. 1. ff. an per alium cauſæ appell.* vbi patet, quod fuit ſentẽtia lata in cauſa capitali. Ergo reus erat præſens, alias non potuiſſet ferri. *l. abſentem de procurat.* & tamen alius appellare non poteſt: & neceſſario præſupponitur, quod ibi condemnatus eſſet in carcere, *l. eos §. ſuper his. ff. de appellat.* Tertio facit text. *in l. miles §. quidam ff. de adult.* vbi dicitur, quod vtile tempus, quod datur marito ad accuſandum vxorẽ de adulterio, ipſi marito in carcerem cõiecto non currit; Ergo datur intelligi, quod non poteſt conſtitui procurator ad accuſandũ de adulterio, quia ſi poſſet conſtitui procurator ipſi marito tempus decurret; Et ita dicit etiam Bart. *in d. §. quidam.* Vl-
74 timo facit, quia reus † accuſatus vel inquiſitus de cauſa capitali ſolet in vincula detrudi. *l. 2. §. fin. C. de exhibend. reis.* Ergo ſi vera eſſet iſta ratio, ſemper poſſet pro incarcerato conſtitui procurator, & ſic eſſet poſſibile, quod procurator ipſe eſſet multum negligens, & ſic poſſet multum nocere ipſi reo in cauſa talis præiudicii, quod non eſt concedendum, & maxime per iſtum textum, qui generaliter loquitur. Et tenendo hanc opinionem reſpõderi poteſt ad obiecta ſecundum Alber. *in dict. l. ſervum quoq; §. publice col. 3.* ſcil. quod *leg. ſervus & l. ſciendum ff. eod. tit.* loquuntur, vbi dominus vel eius procurator comparet pro eorum intereſſe, non autem ad defendendum ipſum ſervum, vt pœnam evitet. Etſi dicatur, iſta ſolutio non ſatisfacit ad *leg. ſi non defendantur. de pœnis,* replicari poteſt, quod etiam ille text. loquitur in ſervo, pro quo dominus vel alius nomine domini admittitur pro intereſſe pecuniario, nec iſtud videtur abſurdum, quod quis non admittatur vt procurator, ſed admittatur vt tertius, vt probatur *in leg. ſi eum.* vbi Bartol. *ff. ſi quis caut. & in l. 2. digeſt. eod. tit.* videmus in ſimili quod vxor poteſt prohibere
pro ſuo † intereſſe ne bona mariti 75
publicentur. *ſi quis poſt Cod. de bonis damnat.* & ſic illa jura non probant, quod in criminalibus admittatur procurator. Si velles tamen tueri communem opinion. poſſes dicere,
quod ille † tertius qui admittitur pro 76
ſuo intereſſe, admittitur ad allegandum cauſam cauſæ. Sed replicari poteſt, quod licet admittatur ad allegãdum cauſam cauſæ, tamen non videtur admitti vt procurator, ſed potius vt deſẽſor. Nõ obſtat *l. non tan. ff. de ap-*

de appell. quia ad illum text. reſpondet Alber. *in d. l. ſervum quoq;* §. *publice. ff. de procurat.* & Dn. Ant. *in c. veniens de appell.* quod ille textus loquitur de appellatione ad quam admittitur quilibet ratione coniũctionis, vel ratione officij, ad quod homo homini tenetur, ſed illa lex non cõſideravit hanc cognationem. *leg. ſed & ſi. ff. de procur.* junctis his quæ notantur in *l. 3.* §. *parentes. de in ius vocand.* & profecto ſi ratio cognationis deberet conſiderari etiam ad crimen publicum perſequẽdum deberet admitti procurator, quod tex. noſter negat. Et ideo Aret. in *d. c. veniens col. 18.* reſpondet alio modo, quod ille textus loquitur in actu appellationis, non autem in ipſa perſecutione. Qui quidem actus etiam die feriata fieri poteſt. Sed huiuſcemodi ſolutio ex verbis illius textus confundi poteſt. Et primo dum dicitur in principio, non tantum ei qui ad ſupplicium ducitur, provocare permittitur, ſed etiam alio nomine eius, ſed prout textus loquitur pro eo qui ad ſuppliciumducitur nõ ſolum intelligitur de actu provocationis, ſed etiam de ipſa proſecutione, & præſertim quia textus dicit, ſi ille mandavit, &c. ſed à communiter accidentibus non ſolet mandari ſolus actus appellandi, ſed etiam ipſa appellationis proſecutio. Quæ ſolutio Aret. videtur contra rationẽ illius textus, dum dicit, quid ergo ſi reſiſtat, qui damnatus eſt perire feſtinans, &c. nam ſi ille textus loqueretur de ſolo actu appellationis, poſſet facile reus perire permittẽdo labi tempus appellationis, quæ ponderatio fuit repetentium *in d. c. veniens.* quæ tamen non videtur tuta: quia illa feſtinatio ibi conſideratur, quãtum ad hoc, quia damnatus ducebatur ad ſupplicium, & ideo mihi placet ſolutio Aret. quod ille textus loquatur ſolum de actu appellationis, vt probatur *in d. leg. addictos.* ibi. *interponẽda appellationis copiam non negamus.* verum eſt, quod hæc ſolutio facile poſſet morderi, quia text. *in d. l. addictos.* loquitur de appellatione interponenda ab ipſis damnatis; non autem ab aliis tenenda: tamẽ videtur ſolutio Aret. alias vt infra dicam, eſſet neceſſe reſtringere text. *in l. 1. ff. an cau. appell.* vt procederet, quãdo reus condemnatus non eſſet incarceratus: ideo ego dico, quod ille caſus eſt ſpecialis, vt quis poſſit appellare, vbi quis ducitur ad ſupplicium, & ideo credo, quod non procederet, vbi non duceret ad ſupplicium: verum etiam Raph. Cum. & Anſel. de Aret. volunt. *in d. l. non tantum. col. 2.* quod ille textus habeat locum in damnato ad mutilationem alicuius membri, & in deportato. Ego tamen credo, quod ille textus habeat locum ad illud tempus, quo

ducitur ad ſupplicium, vt tunc poſſit procurator appellare, vel poteſt dici, quod ibi admittitur procurator nõ tantum vt procurator, ſed tanquam deſẽſor, qui poteſt ſolum prodeſſe, non autẽ nocere. Non ob aliud fundamentũ Bartoli dicẽtis, quod meli⁹ per ſe & aliũ ſimul cauſam tuetur, quam per vnum ſolũ. Quia reſpondeo, ꝙ lex abhorret, quod vbi agitur de tam gravi præjudicio, quod eſt quodammodo irreparabile, admittatur procurator, quia poſſit & prodeſſe & nocere. Nec eſt etiam verũ, ꝙ ceſſent omnes rationes per Bart. adductæ, quia licet ceſſet illa ratio, quod judiciũ non poſſit reddi eluſorium, non tamen ceſſat alia, quam Bartol. conſiderat circa finẽ iſtius §. quod hic agitur de favore publico. & ſic Bart. conſiderat, ꝙ perfectius poterit dignoſci veritas, ſi ipſe reus ducatur ad judicem, vt poſſit ipſum interrogare & videre quo vultu; qua continentia, & qua trepidatione loquatur iuxta Bart. *l. de minor. §. torm. de quaſt.* Secundo conſiderat Bartol. favorem public. & ob hanc cauſam videtur concludendum etiã pro incarcerato nõ eſſe admittẽdum procuratorem. Si quis tamen vellet diſputare hũc paſſum, ad partes poſſet modo reſpondere ad adducta contra cõmunem. Et prima ad text. qui magis ſtringit *in leg. 1. ff. an per alium cauſ. appel.* quod ille text. debet intelligi, quando reus poſt ſententiam erat abſens, & ſic aufugerat, quod aliquando contingit, & ſic per jus cõſiderari poteſt. Et ita reſpõdet Imol. *hic col. 9.* ſed replicari poteſt, quod ex quo reus condemnatus ſolet ſtrictius in vincula detrudi, & ſic ſolet forti⁹ cuſtodiri, quã ante latam ſentẽtiam *l. fin. C. de cuſtod. reor.* non eſt veriſimile, quod aufugiat. Et eſſet magna violatio ad illum tex. reſtringere illum ad hunc caſum, qui eſt rariſſimus, niſi dicas, ꝙ ex quo reus ipſe eſt præſens, & ſic poteſt condemnari, videtur quod poſſit cõſtituere procuratorem per regul. *l. ſeruum quoq. §. publice. de procur.* & ſic non eſt abſurdum reſtringere text. *in d. l. 1. ff. an per ali cauſ. appellat.* ad caſum quãdo aufugit, vt jura juribus concordentur, attendo maxime, quia text. *in l. nõ tantũ de appel.* vult, quod quilibet admittatur ad appellandum ꝓ reo condẽmnato. Si velles tamen tueri cõtrariam opinion. volo, quod advertas ad *l. fin. C. de iniur.* vbi videtur ſpeciale, quod perſona illuſtris poſſit procuratorẽ conſtituere ad omnes actus ꝑterquam ad ſentẽtiam: & tamen ille text. poteſt intelligi etiam eo caſu, quo accuſans vel accuſatus eſt incarceratus, ſi ergo eſt ibi ſpeciale, jus cõmune erit in contrarium. *l. 1. ad municip.* Nõ obſtat text. *in l. miles §. quidã.* quia ad illum textum reſpondet hic Angel, quod ibi

illa

illa tempora non currunt, quia volens alium accuſare non poteſt hoc facere per ꝓcuratorẽ, licet pro carcerato admittatur, & ſic ſenſus illius textus eſt, quod maritus qui erat incarceratus, non poterat accuſare vxorẽ ſuam de adulterio per procuratorem: ſed non negat, quin ipſe poſſet cõſtituere procuratorem in cauſa, pro qua in carcerẽ coniectus erat, vel poteſt dici ſecundum Imolam, ꝙ ille text. poteſt intelligi, quando carceratus vellet accuſare coram alio iudice, non autem coram illo, à quo in cuſtodiam traditus fuit. Vel poteſt intelligi, ꝙ ibi fuit iniuſte incarceratus, & ideo eidẽ ſuccurritur, vt dies, quibus in cuſtodia fuerit, ſibi non computentur, iuxta *l. ſuccurretur*. allegatam ibi per gl. *ff. ex quibus cauſ. manum.* & iſte videtur verior intellectus, qui intellectus Angel. *in l. 4. ff. de adult.* Non obſtat aliud fundamentum, quod non videtur conueniens, quod in cauſa tanti præiudicii dictum vel factũ procuratoris nocere poſſit ipſo domino, attento maxime quod accuſator & accuſatus debent eſſe in vinculis, & ſub cuſtodia. *l. 1. & fin. Cod. de accuſ. & l. 2. & 3. infra de cuſtod. reor. quia* reſponderi poteſt, ꝙ iura cõſiderant, quod vbi poteſt ferri ſentẽtia in aliquẽ, quod ibi poteſt conſtitui procurator, & eſſet dubio procul ſatis abſurdũ, quod pro quolibet actu deberet incarceratus duci ad banchum iuris, & ideo lex tolerat, quod pro eo poſſit interuenire procurator, & hæc videtur crebrior ſententia, à qua in iudicando non eſt recedendum. Mihi tamen videtur poſſe ſic dici; aut enim quærimus, an quoad litem conteſtatã & ad reſpondendum interrogationibus ſeu poſitionibus poſſit conſtitui procurator, & crederem quod non. Et ita procedat text. *in l. 2. C. de exhibend. reis. & in l. 2. de cuſtod. reor.* quæ iura volunt, quod reus ex vinculis cauſam ſuam dicere debeat; & ita faciunt iudices prudentes, qui faciunt ipſum reum litẽ conteſtari perſonaliter † & poſitionibus reſpondere, 77 quibus tenetur in criminalibus per verbum, *veritatis* reſpõdere, & non per verbũ *credo* Bart. tradit *in l. inter omnes. §. fin. de furt.* & hoc modo poterunt dignoſcere melius, & eruere veritatẽ. *arg. d. l. de minor. §. tormenta ff. de quaſt.* Aliquando quærimus, an in medio ipſius cauſæ poſſit admitti procurator, & ſic in his, quæ nõ poſſint commode expediri per incarceratum, cui eſſet difficile pro quolibet actu exire carceres, & ad cauſam venire, & credo ꝙ iſto caſu poſſit admitti ꝓcurator, & ita dicit Alb. ſępe ſe vidiſſe de facto obſervari in practica. Aut quærimus, an poſſit cõſtitui ꝓcurator ad ſententiã: & omnes concludunt, ꝙ non, quia verba ſententiæ ad ipſum carceratũ præſentẽ ad tribunal ſunt formanda, non autẽ contra exiſtentẽ in vinculis, quia tũc eſſet

eſſet lata contra abſentem. *l.4. §. qui in aliena. ff. de damn. infect.* Crederem tamen, quod ad omnes actus ſubſtantiales, de quibus *in l. prolata. C. de ſent.* debeat ipſe duci ad banchũ juris, & ex præmiſſis habetur prima limitatio ad hunc locum, quoad crimen publici judicii perſequendum poteſt pro incarcerato intervenire procurator. Secunda datur limitatio ad iſtum text. vt non procedat in cri-
78 mine hęreſis, & in aliis † criminibus, in quibus quis damnatur poſt mortem. De quibus per D.I. *in l. de furt. infra eod. & in leg. ex iud. infra de accuſ.* & ita concludit Alber. *in d. §. publice. col. 6. verſ. ſed nunquid in crimen hæreſis de procur.* qui ſubdit, quod de hoc fuit magna concertatio in Rom. curia tempore Clementis V. coram quo inſtante rege Franciæ accuſatus erat Bonifacius VIII. de crimine hęreſis per D. Civil. de Nog. & fuit obtentum. Et ita voluit Baldus *in l. reos. C. de accuſ* & hic hęredes poſſent cõſtituere procuratorem, vbi defunctus accuſatur de crimine hæreſis. & ita cum hac opin. licet Albericũ non referant, tranſeunt Modern. Senen. *in dict. c. veniens. col. vlt. verſ. 18. quæro* quia ſi aliter diceremus, excluderemus defenſionẽ, quod eſſe non debet, & eo maxime quia morte videtur extingui ipſum delictũ *l. defunct. ff. de public. iudic.* quo caſu videtur ſolum tractandum de quęſtione bonorum, & vbi cauſa eſt pecuniaria, etiam quod ex ea quiſpiam infamari poſſit, admittitur procurator, vt ꝓbatur *in l. 1. an per aliũ cauſ. appellat. red. poſſ.* etſi quiſpiam ſubtiliter diceret, nam hic agitur de pœna † pri- 79
vationis omnium bonorum, quæ pœna cauſæ criminali ęquiparari videtur, vt gl. dicit *in l. 1. Cod. de re. poſt. lib. 10.* & probatur *in l. propter litem. inſtitut. eod. tit.* replicari poteſt, quod jura prohibentia procuratorem cõſtitui ad perſequendum crimen publicum ſeu privatum, ſolum conſiderant, an pro delicto ſit imponenda pœna corporalis, an vero pœna pecuniaria. Et primo caſu tantum prohibetur procuratorem admitti; Tu conſidera, quia licet morte delinquentis extinguatur delictum, vt contra eum non poſſit formari inquiſitio, minus poſſit mortuus damnari, tamen damnatur † memoria 80
ipſius proditoris, ſeu hęretici, vt cõtra memoriam ipſius poſſit formari inquiſitio, ſecundum Angel. de Aretin. *in §. interdum, inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.* & ſecundum eundem *in tract. malefic. in glo. Traditore che hai tradito la tua patria.* & hæc limitatio prima fronte videtur ſine dubio, quia videtur abſurdũ, quod defenſio denegetur, vbi impugnatio conceditur. *l. facultas. Cod. de jure fiſci.* In contrarium tamen videtur caſus *in c. filii. de hæret. in 7.* qui videtur

tur

Digitized by Google

tur velle, quod ſoli filij vel hæredes poſſint in crimine hæreſis admitti: tum quia intereſt filiorũ ne memoria de uncti damnetur: item intereſt hæredum propter confiſcationem bonorum, ſed ad iſtum text. reſpondet Alb. *in rubr. C. de hæret. col. vlt.* & dicit, quod licet illæ perſonæ, quarũ magis intereſt, primo admittantur *arg. l. ſi plures. ff. de accuſ.* tamen eis deficientibus aliis non eſt denegata defenſio: Et per hoc ſolum videtur confundi id quod dicunt Modern. *in d. c. veniens. q. 18.* qui dicunt, quod hæredes ipſius defuncti, poſſunt cõſtituere procuratores, quia ſi admittuntur procuratores in ſubſidium, videtur quod donec exſtant filij vel hæredes, ipſi debeant cauſam proſequi: attento maxime quia hic agitur de cauſa maximi præiudicij, & ſic de infamando ipſum defunctum, & de cõfiſcatione omnium bonorũ: Non eſt tamen à cõmuni opinione recedendum, quæ efficacius probatur *in extrauag. ad reprimẽdum in verb. legitime.* qui text. non cavillando literam probat, quod etiam in vita proditoris poteſt intervenire procurat. quicquid dicat Bart. quia in his criminib. in quibus damnatur memoria defũcti, ſunt multa alia ſpecialia, patet *in leg. famoſi. ff. ad leg. Iul. majeſt.*
81 vbi in his crimin. teſtes † regulariter inhabiles admitti ſolent: facit *l. quiſquis. C. ad l. Iul. majeſt.* Tertia datur limitatio, vt iſta concluſio non procedat ſecundum Angel. & Imol. *hic.* vbi proponitur accuſatio † pro re fami- 82
liari, vt in caſu *l. ſed & hæret. §. 1. ff. de procurat.* vbi libertus accuſatur vt ingratus per procuratorem, & ratio eſt ſecũdum Bart. hic *in 2. oppoſ.* quia agitur ibi de commodo pecuniario, & per hoc confunditur id quod dicit Ang. hic, quod vbi agitur de ſervitute † 83
ex parte rei, non poteſt intervenire procurator, quia ſervitus æquiparatur morti; quia licet æquiparetur morti, tamẽ ſecundum Bart. *in l. nec quidquam. §. vbi decretum. in repetit. col. 4.* cauſa ſervitutis eſt pecuniaria. & perinde eſt, ac ſi quis peteret vnũ bovem, vel vnum aſinum, & ideo talis cauſa poteſt delegari. *l. jam dudũ. C. vbi cauſ. fiſcal.* ſed tu cõſidera, quæ poſſit eſſe ratio *l. 1. C. de aſſer. toll.* vbi ſi exiſtens in poſſeſſione ſervitutis proclamat in libertatẽ, tunc ex parte ipſius non admittitur procurator, & tamen exiſtens in poſſeſſione libertatis, ſi petatur per aliquem pronunciari ſervũ, pro illo poteſt intervenire procurator, Salic. *in l. 1. C. de aſſert. toll.* reſpondet, quod ille qui de poſſeſſione ſervitutis provocat, ſi libertatẽ non poteſt per procuratorẽ agere, ex quo in tali liberali vertitur periculum ſtatus, & perſonæ, ſed etiam è cõtrario agi videtur de periculo ſtatus, & perſonæ, & tamen provocatus de poſſeſſione libertatis in

ſervitutem, poteſt per procuratorẽ
reſpondere, & ideo cogita, quia infra
clare reſolvam. Quarto declaratur
iſta concluſio ſecundum Angel. hic
poſt Bartol. hic *col. 4.* vt non proce-
84 dat in domino, † qui admittitur ad
defendendum ſeruũ, pro ſuo inter-
eſſe, & eadẽ ratione pater pro filio,
& Abbas pro monacho, & civitas
pro cive *argum. leg. de jure. ad muni-
cip.* & vxor pro marito, vt tradit ple-
ne Bartol. *in apoſtill. ad Bartol. infra
col. 4.* ſed tu adverte, quia videtur, ꝙ
iſtud ſit ſpeciale in ſervo qui regula-
riter nõ habet legitimam perſonam
ſtandi in judicio, & qui poteſt nõ ſo-
lum à domino, ſed etiam à quocun-
que defendi. *d. l. ſi non defendatur. &
l. 2. de exhib. reis.* & ideo gl. *in l. ſervus.
ff. de ſtat. homin.* dicit, quod domi-
nus cõpareat ad adminiſtrãdum ipſi
ſeruo probationes, non autem ad
ſuſcip ẽdum in ſe t[illegible] m judiciariam:
judicium tamẽ agitur cum ipſo ſer-
uo, qui debet de vinculis deduci ad
omnia acta agitanda, ꝙ probari vi-
detur *in l. 2. in fin. C. de accuſ.* ſed iſta
ſolutio nimium reſtringit text. *in d.
l. ſi non defend.* quia videtur velle, ꝙ
85 dominus † admittatur plenarie ad
defendendum ſeruum; & ſi ſolum
admitteretur pro ſuo intereſſe, li-
mitatio iſta non eſſet de regula, con-
tra tex. *in leg. nã quod de penult legat.*
Et ideo conſidera, quod ideo domi-
nus admittitur, quia ex quo ſua veri-
ſimiliter intereſſe poteſt, ne ſeruum
perdat; ideo ſolet evocari iuxta *leg.
nam ita diuus. ff. de adopt.* alias ſentẽ-
tia non præiudicaret ipſi domino, &
licet compareat pro intereſſe pecu-
niario, negari tamẽ non poteſt, quin
defendat ipſum ſeruum, & hæc limi-
tatio eſt de regula, & iſtud eſt clarũ
in omni materia; nam dominus, pro
quo alius promiſit de judicio ſiſti
ſub pœna, non evitat pœnam com-
parendo per procuratorem, & tamẽ
fideiuſſor † qui fide juſſit de judicio 86
ſiſti, poteſt eum defendere, quoad
hoc, vt evitet pœnam. De primo eſt
caſus *in leg. 1. in prin. ff. ſi quis caut.* de
ſecundo *in l. ff. eum §. 1. ff. eod. tit.*

Quinto declaratur iſta concluſio
ſecundum Ang. hic *in verb. octavo
fallit*, in cauſa † vniuerſitatis, quę po- 87
teſt comparere per procuratorem;
& ſic intelligitur text. *in l. tã collato-
res. §. vt autẽ* ibi, *ſuper criminalib. ſeu
civilib. cauſis, ex publicis cauſis, deſcẽ-
dentibus*, juncto verſu *quoq;* ibi, *mi-
lites vel ſyndici litigantes. C. de re mi-
lit. lib. 12.* & ita tradit hic Angel. per
illũ text. *col. 3. v. octauo fallit.* & Imol.
col. 13. v. 8. & hoc de plano procedit,
vbi vniuerſitas accuſatur, quia pot-
eſt comparere Syndicus † nomine 88
vniuerſitatis. Sed maior eſt difficul-
tas, an ſyndicus poſſit accuſare no-
mine vniuerſitatis ſyndicario nomi-
ne, & Dynus tenuit quod non, ſecũ-
dum Bart. *in l. 2. ſupra eod. tit.* Sed tu

con-

conſidera, quod iſta limitatio, cum
qua omnes tranſeunt, non videtur
89 vera, quia vbi vniuerſitas † deliquit,
eidem imponitur pœna pecuniaria,
licet ſi privatus delinquat, ei imponatur pœna corporalis, *arg. l. 5. C. de decur. lib. 10. & l. fin. C. de naucul. & l. aliud §. refert. ff. de reg. iur.* & traditur *in c. gravi. de ſentent. excommun.* & hoc modo iſta fallētia nō eſt regula. Aut vero vniuerſitas cōmittit delictū enormiſſimū, vtputa hęreſin, vel idololatriam, & iſto caſu eſſet aratro exterminanda, vt de Carthagine loquitur text. *in l. ſi vſusfructus ciuit. ff. qui in c. vſusfruct. amitt.* & tūc poſſet procedere iſta limitatio, quia talis pœna, quæ imponitur eſt pœna capitalis, vbi vero cōmitteret homicidiū, tunc ſi appareret ꝓmotores ipſi pœna homicidij afficiēdi forent, *arg. text. in l. capit. §. ſolent. de pœn.* & iſto caſu non deberent comparere per ꝓcuratorem. In his caſibus ergo, in quib. ipſi vniuerſitatū ponitur pœna pecuniaria, non poteſt cadere iſta limitatio. Et ideo vide omnino Joh. de Platea *in d. §. vt autē omnifariam.* Sexto declaratur hæc concluſio, ſecundū Angel. & Imol. hic, vt non ꝓcedat in caſu. *c. tua de procur.* vbi *in*
90 *crimine † adulterij quis comparet per procuratorē,* ſed hæc limitatio nō videtur adaptari ad regulam *huiuſce. §.* qui loquitur, vbi agitur criminaliter ꝓ crimine publico, & in illo textu agebatur civiliter, prout agi poteſt pro quolibet crimine tam publico quam privato, vt gl. & Bart. dicunt *in l. qui nomine. ff. ad l. Cornel. de falſ.* gl. tamē ſingul. *in l. infamē. infra eod. tit* quam ibi ſequūtur Bart. & Imol. voluit, ꝙ vbi agitur civiliter pro crimine publico, quis notetur infamia, vt dicā infra. Septimo limitatur iſta concluſio ſecundū Felin. *in c. meminimus. de accuſ.* vt nō procedat, quādo quis † vult dicere ſententiam cri- 91
minalem nullam, quia ad hoc dicendum procurator conſtitui poteſt.
Octavo limitatur, vbi quis † vult di- 92
cere inquiſitionē eſſe inepte formatam vel calumnioſam, quia ad hoc ꝓponendum non prohibetur conſtitui ꝓcurator, vt Bald. dicit *in conſ. 6. incip. verba accuſat. vol. 1.* quē ſequitur Hippol. *in d. §. ſequitur col. 6. v. item teneas menti.* Non datur limi- 93
tatio, ꝙ non procedat, vbi quis vult conſtituere ꝓcuratorem † ad opponendū exceptiones impedientes ꝓceſſum, puta ꝙ libellus inquiſitionis non procedit, vel ꝙ judex nō poteſt inquirere, vel ꝙ procurator eſt inhabilis ad accuſandū, vt eſt de mente Bart. hic *col. antepenult. verſ. quæro.* & concordātes refert Alex. *in conſ. 138. col. 3. vol. 6.* Sed hæc limitatio & duæ præcedentes non vidētur de regula, quę prohibet procuratorē conſtitui ad ꝓſequendū crimē publici judicij, & dicere ſentētiam nullā vel inquiſitionem

Digitized by Google

tionem ineptam, aut calumnioſam, non eſt perſequi crimẽ publici judicij, niſi dicas, quod ſufficit quod fallẽtia ſit de genere regulę, vt probari videtur *in l. nummus. ff. de in lit. iur.* vbi Jaſon. Decima cadit limitatio, vt
94 non procedat in perſonis † illuſtribus, quia hæ perſonæ poſſunt comparere per procuratorẽ, vt eſt caſus *in l. fin. C. de iniur.* & tradit Hippol. *in d. §. ſequitur. col. 6.* Sed hæc limitatio etiã non ſubſiſtit, quia regula textus noſtri loquitur in crimine publico. *Lex* vero *finalis loquitur. C. de iniur.* loquitur in crimine injuriarũ, quod eſſet publicum, vt in terminis *l. penult. C. de famoſ. libell.* & illum textũ hoc modo intelligebat Alber. *in leg. ſervum quoq́;. §. publice. ff. de procurat.* niſi dicas, vt ſtatim dixi, videtur quod talis fallentia ſit ſaltem de corpore regulæ generalis, quæ habet ꝙ in criminalibus, quando agitur de pœna corporali, nõ admittitur procurator. Vndecimo limitatur iſta regula, vbi extaret ſtatutum, quod
95 contumax habeatur † pro confeſſo, quia tunc in judicio criminali procurator conſtitui poteſt, vt plene ſcribit Corn. *in conſ. 17.* incip. *moris eſt volum. 3.* Duodecimo declaratur,
96 quod non procedat, vbi abſens † virtute ſtatuti condemnari poſſit, quia tunc poteſt admitti procurator, ſecundum Hippolyt. *in d. §. ſeq.* de quo videbimus infra ſecundum ordinẽ Bart. & tradit plene Corn. Peruſ. *in conſ. 132. col. 2. & verſ. & inſuper vol. 4.* Decimatertia cadit limitatio, vt iſte text. non procedat, vbi procurator † in criminalibus fuit admiſſus, & 97
nihil fuit ei oppoſitũ nec per partes, nec per judicẽ, quia tunc valet proceſſus, vt voluit Speculat. *in tit. de procurat. §. 1. v. ſed pone* & tradũt Canoniſtæ *in c. 1. de lib. in 6.* Et hoc tenet Alber. de Roſ. *in d. l. ſervum quoq́;. §. publice. col. 9. de procurat.* & dicit ibi Bald. *col. 6. verſ. modo quæro.* quod ita communiter tenetur, & ſecundum Imol. *hic col. 20.* ita ſervatur in practica, & hanc opinionem veriorem dicit Felin. *in d. c. meminimus.* & videtur text. pro hac opinione *in leg. quamvis C. de adult.* vbi quidam viator accuſaverat vxorem de adulterio, & cauſa fuit agitata per procuratorẽ, ſententiæ vxor coniunctã allegabat contra proceſſum exceptionẽ procuratoriã. Dicitur ibi, quod illa exceptio non procedit, imo accuſator debet condemnari: de hac tamẽ limitatione videbimus infra ſecundum ord. Bart. *qui ad fin. iſtius. §.* hãc limitationẽ tangit, & plene diſputabo eã. Decimaquarta datur limitatio, quod iſta concluſio procedat in caſu ſingulari, qui tempore meo evenit Papiæ in perſona magnifici D. Johan. Aloyſij Lunati, cuius illuſtri familiæ multũ debeo. Nam præfatus Dn. Joan. Aloyſius fuit accuſatus de quodam

quodam crimine publico & erat bãnitus ab inclyta civitate Papiæ propter aliud delictũ. Fuit dubitatum, an ex quo non poterat tute cõparere, ex eo quia erat bannitus, an pro eo eſſet admittendus magnific. Dn. Paulus de Lunate, procuratorio & defenſorio nomine ipſius Dn. Joh. Aloyſii, & Dn. Jaſon *in conſ. 44. vol. 4.* conſuluit quod ſic; ſed ego credo, quod non bene conſuluerit, quod poſſet admitti vt procurator qui nõ poſſet prodeſſe, & nocere ipſi reo accuſato, ſed bene potuit cõparere, vt prodeſſet. vt colligitur ex dictis Corn. *in conſ. 122. col. 2. v. & inſuper. vol. 4.* Decimaquinta cadit limitatio
98 ad iſtã † regulam vt non procedat, vbi delictũ commiſſum eſſet impunibile, quia tunc pro reo accuſato vel inquiſito poſſet intervenire procurator, ita voluit Bart. *in l. vbi pactũ col. pen. C. de tranſact.* & fuit originalis doctrina Ric. Malumb. *in l. filiumfam. §. veter. de procur.* & idem voluit & Bartol. *in conſ. ſuo cap. incip.* à Dn. Cyno de Bon. & Cæpol. *in caut. 68. incip. in cauſa crimi.* & cõcordantes refert Hippol. *in ſing. 372. incip. capies vnũ*, & *in conſ. 90. col. 4. & conſ. 24. col. pen.* XVI. limitatur ſecundũ Jaſ. *in l. col. C. qui teſtam. facer. poſſ.* vt non ꝓcedat in inclyto & ſplendidiſſimo ducatu Mediolanenſi, vbi adeſt decre-
99 tum, ꝙ ſi accuſatus † vel inquiſitus ſit cõtumax, habeatur pro confeſſo, & convicto, quia tali caſu poterit intervenire quilibet etiã punitus extraneus, ad oſtendendum & demonſtrandum innocentiam inquiſiti, ſeu accuſati, etiam quod ſtatutum dicat, quod reus debeat ſe primo perſonaliter in carceribus ponere, & hoc firmat etiam D. Bartol. Cępoll. *in conſ. 20. incip. quidam dum eſſet poteſtas. col. 3. v. 5. caſu* & Franc. capitibus teſte inter prædicta conſilia Cæpoll. *in conſ. 41.* incip. *licet invitus. col. 4.* & Angel. de Caſtr. inter ipſa conſilia *in conſ. 2.* incip. *ſi curia Magnifici* & facit id ꝙ ſingulariter dixit Aretin. *in col. 147.* incip. *viſa conſultatione col. 3.* & concordantes, refert Hippol. *in conſ. 90. col. 7.* & de hoc infra late dicam. XVII. declaratur, & limitatur regula textus noſtri, vbi procurator ſolum
† petit admitti teſtes deponentes ſu- 100
per innocentiã rei, vt voluit Bart. *in l. 1. §. ſi quis vlt. ff. de quaeſt.* & ſubtilitatũ princeps D. Franc. de Aret. *in cõſ. 147.* vbi dicit, quod judex ad rei defenſam etiã contra eius verã & ſpontaneam confeſſionẽ ex officio debet recipere teſtes, multo magis debet eos recipere, vbi producuntur à ꝓcuratore, & cõcordantes refert Hippol. *in conſ. 39. col. 5. vol. 5. & in conſ. 34. col. 4.* ſed ꝓ veritate iſtę nõ ſunt limitationes ad huiuſcemodi §. quidquid dicat Hippol. *in conſil. praallegatis.* quia regula textus noſtri loquitur de procuratore, qui non poteſt

admitti in crimine publico, nec ad crimen publicum perſequendum vt poſſit prodeſſe & nocere reo inquiſito. Sed in aliquibus caſibus ſupra dictis licet admittatur procurator, ſolum admittitur quantum ad hunc affectũ, vt ipſe Reo prodeſſe poſſit, nõ autem vt poſſit ei nocere, & ſic in ſe ſuſcipere omnem telã judicij. Veritas tamen dependet ab intellectu Bartoli *in l. ſeruum quoq. §. publice. de procur.* qui volunt, ꝙ in his caſib. in quibus abſens poteſt damnari, nõ poſſit admitti vt procurator, ſed vt defenſor & protector ipſius rei, qui ſolum poſſit prodeſſe, & non obeſſe ipſi reo, dicã infra pleniſſime. XVIII. limitatur iſta concluſio, vt non procedat in tali caſu ſingulari, pone ꝙ
101 vulneratus † velit comparere pro ipſo inquiſito, cõtra quem facit formata inquiſitio de vulnere illato in perſonam ipſius comparentis, nam iſto caſu dicendum eſt ꝙ poſſit, ita dixit ſingulariter Hippol. *in conſ. 17. col. vlt.* & facit ꝓ iſta limitatione, id quod ſingulariter dixit Bald. *in l. 1. col. vlt. C. comm. de leg.* vbi dicit quod exculpatio ipſius vulnerati prodeſt
102 ipſi inculpato † ſeu inquiſito, vt torqueri nõ poſſit ex judiciis contra eũ exiſtentibus, quod dictum ſequitur Felin. *in c. pen. ad fi. de præſumpt. & in c. litteras col. 5. eod. tit.* de quib. plene dicam infra. XIX. declaratur hęc cõ-
103 cluſio, † vt nõ procedat in eo, q̃ vult allegare cauſam cauſæ quæ patet ex actis, & quæ cauſa eſt notoria. Ita Innocẽt. *in cap. veniens. de accuſ.* & idẽ ſentit, *in c. per duas. de teſtib. & in cap. ex inſinuatione.* Imo vult, ꝙ admittitur etiã ſine mandato, & ſine ſatiſdatione, etiãſi ſit minor, vel ſit mulier, & Jun. ſequitur hic Imol. *col. 27. circa mediũ verſ. ſed certe ſi ben. poneretur,* imo videtur velle, ꝙ talis allegatio fieri poſſit, dato quod inferatur prejudiciũ ipſi reo inquiſito ſeu accuſato. XX. limitatur illa regula, vt non procedat, quando plures ſunt accuſati de eodẽ crimine, † quia vnus po- 104
teſt eſſe procurator alteri⁹ ſecundũ Alber. *in l. ſeruũ quoq. §. publice. col. 6. v. item eſt caſus ſatis notab. ff. de procurat.* allegat text. *in c. cum delicti de do. & cont. & in c. interrog. 2. q. 4.* ſed ego dubito de hac limitatione, quia rationes, quæ prohibent procuratorem conſtitui: militant etiam in caſu iſto, non eſt tamen ab opinione Alberici recedendum. XXI. declaratur iſta cõcluſio, vt non procedat de iure canonico, vbi † in crimi- 105
ne proceditur per viã inquiſitionis, quia hoc caſu poteſt conſtitui procurator, ſecundum Hoſtien. *in ſumma de procurat. §. & in qua re.* not. per gl. *in cap. noſtrã, in verb. vtebatur ext. de procur.* & per Alber. *§. publice. col. 16. de procur.* Sed ego credo quod in hiſce caſibus, in quibus inquiſitio ſuccedit loco accuſationis; quod ſicut non

Digitized by Google

ut nõ admittitur procurator in cauſã accuſationis, ita non debet admitti in cauſa inquiſitionis: nec ſatisfacit ratio Alberici, q ideo eſt quia vbi agitur ꝑ viã inquiſitionis vel denũciationis de jure canonico, non imponitur pœna ſanguinis. *c. ſententiã ne cleric. vel monach.* quia licet non imponatur pœna ſanguinis, ſolent tamen judices eccleſiaſtici facta declaratione contra eũ delinquentem, illum tradere curiæ ſeculari, quæ ſolet pœnam ſanguinis imponere non viſo proceſſu agitato corã judice eccleſiaſtico. *c. 1.* vbi Dd. *de offic. ordin.* & ideo Dn. Anton. de Butrio *in cap. inquiſitionis in princip. de accuſat.* intelligit hanc limitationẽ procedere, vbi inquiritur contra aliquẽ non ad naturalẽ pœnã delicti ſed ad intereſſe publicũ, ſcilic. ne criminoſus aliquid indigne teneat, & ita etiã ſentit Bald. *in l. reos C. de accuſat.* XXII. declaratur illa concluſio, vt nõ proce-
106 dat, vbi procurator † conſtituitur ad concludendũ in cauſa, quia tunc poteſt in cauſa criminali intervenire. Ita voluit Bald. *in l. ſeruũ quoq. §. publice ff. de procurat.* allegat text. *in l. quãvis indubitati. C. de adult.* Et ratio eſt ſecundũ Bal. quia renunciatio ꝓbationũ, & ſic concluſio in cauſa, nõ debet eſſe de actis litis, ſed de actis ipſius judicij. Et ſi quiſpiã ſubtiliter
107 diceret, quod in † criminalibus non poteſt ꝓbationibus renũciari, vt notat *in l. pactũ inter haredes ff. de pact.* replicari poteſt, q primo poteſt renũciari, vbi quis dicit, ſe non habere aliam defenſionẽ. Sed ego dubito de hac limitatione, quãdo eſſet talis caſus, q ſentẽtia non poſſet ferri contra abſentẽ, quia videtur, q iſto caſu non poſſit conſtitui procurator ad concludendũ in cauſa. Veritas depẽdet ab intellectu illius regulæ, q̃ habet, q quis tn criminalibus non poteſt renunciare ſuis defenſionibus. De qua regula plene ſcribit Jaſ. *in d. l. pactũ inter haredẽ ff. de pact.* & 38. limitationes ponunt Modern. repetentes *in d. cap. veniens. cart. penult.* ad hunc text. licet fere nullã ex prædictis ponant nec viderint. & 4. cautelas ad eludendam diſpoſitionẽ *huius* §. ponit Cæpoll. *cautel. 282. & 45. & 107.* & tradit etiam Hippol. in *§. ſequitur. in ſua practic.* & inter cæteras eſt iſta cautela, quod ſtatim quod aliquis commiſit aliquod delictum, quod eum mittas ad partes remotiſſimas, & compareat aliquis excuſator, qui dicat eum abeſſe in longinquis partibus & afferat probationes in promptu: quæ ſi non admittantur à Judice, proceſſus erit nullus ſecũdum Bartol. *in extrauagant. ad reprimendũ. in verb. neglexerit:* de quo & infra dicã. Noto ſecũdo ex hoc textu, quod ad † allegãdum cauſam ab- 108
ſentiæ bene admittitur procurator, quæ allegato operatur hunc effectũ, vt ſententia annotationis bonorum differatur ſecundũ Angel. hic intelligentem

gentem hunc textum in ſentētia annotationis bonorum, & ſi dicatur, prout dicit Imola hic *in 2. col.* quod iſte textus poteſt etiam intelligi de
109 ſententia † quę fertur ſuper crimine cap tali, quæ in certis caſibus poteſt etiā ferri in abſentem. *l. lege Cornelia. §. conſtitut. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & in leg. ne diu. C. de pœn.* & in crim. læſæ majeſtatis replicari poteſt, quod vnus ſolus caſus reperitur de jure digeſtorum, videlicet *in d. §. conſtitutū* nec eſt vero ſimile, quod IC. reſtrinxerit ad illum caſum; & ideo neceſſario debet intelligi textus noſter de ſententia annotationis bonorum, & maxime quia ſi aliter diceremus, *huic §.* expreſſe contradiceret, text. *in leg. ſervū quoq; §. publice digeſt. de procurat.* Sed juxta iſtud notabile aliquæ breves dubitationes diſcutiē-
110 dæ ſunt. Prima eſt dubitatio an † admittatur tam maſculus quam fœmina ad allegandum cauſas abſentiæ, & videtur dicendum quod ſic, per text. *in d. §. publice.* ibi. *à quibuſcunque defendi.* Quę verba innuūt, quod ad allegandum cauſam abſentiæ, admittatur nedum maſculus, ſed etiam fœmina: imo videtur, quod admittatur infamis, ſecūdum Bald. hic per *d. §. publice*, & idem tenet Imola hic *in 16. col. circa medium.* Et ſi quiſpiā ſubtiliter diceret, adverte pro textu *in d. §. publice*, dum dicit, *à quibuſcūque debet exponi*, ſcilicet idoneis, iuxta gl. *in l. 1. C. de SS. eccleſ.* attentò maxime, quod infamis à judicio repellitur, *l. quod prohibet. ff. de popul.* Eam replicari poteſt, quod illæ duæ regulæ limitātur in caſu noſtro, vbi quis venit ad allegandum cauſas facti neceſſarij pro abſente, & facit text. in argum. *in l. non ſolum §. fin. de procur. & in l. exigendi C. eod. tit.* & ratio colligitur, licet Imola hic nō dicat: quia agitur de publico intereſſe, vt dicitur *in d. §. publice.* & ita concluſio de plano procedit, vbi quis venit ad allegandum cauſam abſentiæ facti vt puta quia accuſatus eſt infirmus, vel ꝗ[illegible] vivit Byzantiū, vel quod eſt in carcerem conieċtus, in tali loco vt hic per Imol. *col. 17.* Secunda cadit dubitatio an iſti † qui admittuntur ad al- 111
legandum cauſam facti, teneantur ſatisdare de judicato ſolvendo, vel de præſentando ipſum abſentem coram judice. & Alber. de Roſat. in *d. §. publice. col. 5.* concludit, quod non, quia hoc nulla lege cavetur poſt Dn. Tit. formaginis, attento maxime, quia in ſimilibus cauſis grave eſt invenire fideiuſſorem, *argum. text. in §. fin. in authen. de poſit. & denunc. col. 6.* & ſubdit Alber. quod iſta communiter tenetur. Imol. hic *in 15. col. verſ. circa ſecundum* dicit, quod admittitur ſine cautione de rato. ſed Alber. dicit, quod communiter tenetur, quod nullam præſtet cautionem allegat Dyn. *in l. qui bona §. qui damna. ff. de*

ff. de damn. infect. & ratio colligitur ſecundum Deciũ *in l. in eodem. §. ne-*
112 *mo. ff. de reg. iur.* quia judex † eius officio tenetur defendere & quærere innocentiam ipſius rei. *l. ſi non defendantur. ff. de pœn.* ergo longe magis debet admittere alium eius innocẽtiam excuſantem: & facit etiam alia ratio, quia etiam, vbi lata eſt ſententia, ſi detegatur innocentia rei, pœna irrogari non ſolet: ergo ne fruſtra ſentietur, debet quiſpiam admitti ad allegandum cauſam abſentiæ. Sed tu non conſidera, quia his rationibus attentatis nõ ſolum deberet admitti quis ad allegandum cauſas abſentiæ, ſed dici poteſt quod ſatis eſt, quod huiuſcemodi rationes cõcludant, quod allegans cauſas abſentię, non debet grauari onere ſatisdationis, tu autem conſidera aliquos caſus. Primus caſus eſt, vbi quis allegat
113 † cauſam abſentiæ in cauſa ciuili, & ſecundum Paul. de Caſtr. Fulgoſ. & Alex. *in l. leg. filiusfamilias c. qui ſatisdar. cog.* nam videtur quod allegans cauſas abſentiæ tenetur ſatisdare ſe judicio ſiſti. Imol. Iaſon. in rubric. *de ff. vt in jus vocat. eant.* videntur velle, quod allegans cauſas abſentię ſaltem teneatur cauere de præſentando ipſum abſentem ipſi prætori, quod judicio meo videtur cõtra membra communiter ſcribentium hic, & *in d. §. publice.* Fulgoſ. *in d. l. filiusfamilias.* vult quod ſaltem teneatur præſtare cautionem de judicio ſiſti; ſed mihi videtur quod verior & crebrior ſit opinio, quod non teneatur cauere, nec de judicato ſoluendo, nec de judicato ſiſti, quia cautio † de 114
judicato ſoluendo non poteſt cadere in criminalibus: Sum tamen huiuſce opinionis, quod teneatur cauere, quod dolus malus aberit, quæ clauſula includitur in cautione de judicato ſoluend. *l. judicatum ſolui. ff. judicat ſolis.* Eſt verum, quod vbi aliquis admittitur ad defendendum reum accuſatum, vel inquiſitum pro ſuo intereſſe, vt quando pater vel Dominus, aut abbas petunt ſe admitti ad defendendum filium ſeruũ, vel monachum: nam ſi eſt talis caſus, in quo iſti abſentes dãnari poſſunt, in hoc caſu videtur prę ſtanda cautio de præſentando hos delinquentes in fortiam prætoris, aut vero ſumus in caſu, in quo abſens non poteſt damnari, & talis cautio non videtur præſtanda, vt vult Cæpoll. *caut. 69. incip. Titius vulnerauit.* Tertia cadit dubitatio, an ille qui habet plenum † mã- 115
datum ad defendendum, & ad allegandum cauſas cauſæ, poſſit allegare cauſas abſentiæ. Et Iacob. de Rauen. Petr. de bello pertic. & Alber. de Roſat. *in d. § publice* tenent quod ſic, & idem tenet Imola hic, poſt Dn. de Rot. *in deciſ. 113.* & ſecundum iſtos videtur eſſe caſus *in c. venienſ. de acc.* vbi procurator licet eſſet conſtitu-

tus ad cauſam criminalem, tamen fuit auditus ad allegādum cauſas abſentiæ; & hoc eſſet magis clarum, ſi procurator haberet mandatum ad cauſam defendendū ſeu proſequendum, prout communiter conſueuit dari mandatum, juxta illud quod habetur *in cap. cedens. & in cap. mandati, de procur.* Attento maxime, quia ille qui allegat cauſas abſentiæ, videtur defendere, & hanc ſententiam ſequitur Dn. Mar. de Senis referendo Imol. hic formaliter *in d. c. veniens. colu. 38. in verſ. ſed juxta prædicta quæro.* ſed aduerte, quia huic ſententiæ obſt. text. *in leg. maritus. Codic. de procurat.* vbi maritus habens mandatum ad vnam rem non poteſt de alia re ſe intromittere, niſi dicas quod in caſu noſtro, niſi admitteretur talis procurator ad allegādum cauſas abſentiæ, non mediocre præjudicium ipſi reo inferretur, & ideo quis dando mandatum ad allegandum cauſas cauſæ, videtur augere poteſtatem allegandi: cauſas abſentiæ. Quo caſu
116 inducta † ad augendum non debent operari ad diminutionem *leg. cum tale. §. fi. digeſt. de condit. & demonſtr.* ſed huiuſcemodi ratio non videtur tuta, quia ea attenta in caſu *dict. leg. maritus*, non deberet ipſe maritus repelli quoad cauſas, quas poterat agitare vti maritus & quinta perſona, niſi dicas quod hic concurrit fauor publicus, qui ſuadet abſentes debere defendi. Et ideo non videtur abſurdum, quod ille qui vt procurator
† admitti non poteſt, admittatur vt 117
defenſor. *arg. leg. non ſolum. §. fin. de procurat.* Quarta cadit dubitatio, an
ille † qui admittitur ad allegandum 118
cauſas abſentiæ, teneatur ſaltem jurare de calumnia, jurando quod non animo calumniandi cauſas ipſas allegat, & videatur quod non: tum quia ſemel tātum juratur de calumnia. *leg. 2. Codic. de juram. calum.* tum etiam quia tale juramentum præſtatur lite conteſtata. Contrarium tenet Albericus *in dict. l. ſeruum quoque §. publice. col. 5. in ver. quærit præfatus ciuil. de procur.* vbi dicit, quod ſicut quando quis petit ſibi caueri de damno infecto, tenetur jurare quod non petit calumniæ cauſa, eadem ratione ille, qui dicit accuſatum vel inquiſitum eſſe abſentem calumniæ cauſa, tenetur jurare, quod hoc nō dicit calumniæ cauſa, & dicit Alber. *in auth. hoc ſacramentum*; quod illud eſt magis juramentum malitiæ quam calumniæ. Quinta cadit dubitatio, an quilibet † poſſit allegare 119
abſentiā minoris accuſati vel inquiſiti, an vero ſolus curator vel tutor ſit admittendus. Et Alberic. *in dict. §. publice. colu. 5. verſ. ſed numquid* tenet, quod defenſio ſpectet ad tutorem ipſum vel curatorem per *leg. fin. §. defenſionem.* & ideo alius non poteſt allegare cauſas abſentiæ. Ego autem

autem arbitror opinionem Alberici eſſe veram in plena defenſione, ſed credo quod quilibet poſſit allegare cauſas abſentiæ propter generalitatem *d. §. publice* qui generaliter loquitur. Et lex generaliter loquens,
120 debet † generaliter intelligi. *l. 1. §. quod autem. ff. de aleator.* attento ma-
121 xime quod lex † lata fauore publico, interpretatione eſt adjuuanda. *leg. hoc ita. in fine digeſt. de condit. & demonſtr.* arbitror tamen, quod ſi tutores ipſi vel curatores vellent admitti, quod ipſi eſſent præferendi, & ſi vera eſſet ratio Alberici, ſequeretur quod ſi accuſatus vel inquiſitus haberet procuratores, quod alii allegantes cauſas abſentiæ, non eſſent admittendi, quod non eſt dicēdum. Sexta cadit dubitatio. Pone quod infra terminum citationis ſtatutum reo accuſato vel inquiſito ad comparendum, compareat excuſator allegans cauſas abſentiæ, & judex non obſtāte tali allegatione procedat ad
122 vlteriora † an proceſſus ſit nullus. Et Barto. *in extrauag. ad reprimendum.*
123 *in verb. neglexerit.* dicit † quod ſi excuſator obtulit ſe cauſas ipſas in continenti probaturum, & judex contempſerit, quod proceſſus eſt nullus, & videtur ſtare eum, quo minus certus fiat, ſecus tamē ſi cauſas ipſas ſe probaturum non obtuliſſet: allegat text. *in cap. interpoſitus. de appellat.* Sed ego dubito de opinione Bartoli, quia text. *in dict. cap. interpoſita* judicio meo probat contrarium. Ibi enim ſolum dicitur, quod ſi quiſpiã opponit exceptionem legitimam, & illam in continenti ſe probaturum offert: nam ſi judex illam nō admittat, & pars appellet: illa repulſio exceptionis iuncta appellatione operatur, quod non eſt neceſſe probare veritatem ipſius exceptionis, & ideo reuocantur ibi per viam attentari. Sed ſi ibi non eſſet appellatum, ille textus innuit, quod valeret proceſſus, & ſi quiſpiam diceret, aduerte quia ſecundum Dn. Io. Andr. & Dn. Abb. *in d. c. interpoſita.* oblatio probationis habet juſtificare appellationem, quod ad hoc tantum, vt cauſa appellationis ad ſuperiorē deuoluatur, & attentata reuocentur: tum talis exceptio debet probari, vt probatur *in cap. ex parte Adæ.* vbi Butri. & Imol. *de teſtibus* replicari poteſt, quod licet veritas exceptionis debeat juſtificari, vt Decius ſcribit *in d. cap. interpoſita. colu. 4. verſ. 5. ſatis tamen eſt*, quod in illo textu non probetur opinio Bartoli, quod proceſſus ſit nullus; De hoc tamen paſſu, latius dicam ſecundum ordin. Bartoli. Octaua vero cadit dubitatio, pone quod ille qui allegauit cauſas abſentiæ, obtulit ſe illas in continēti probaturum, judex tamen non admiſit huiuſcemodi probationes in promptu oblatas, ſed ad vlteriora

proceſſit. Dic quod iſto caſu non videtur quod proceſſus ſit nullus, quia debuit appellare iuxta illud, *ſi grauaris appellat*. Sed dato quod fuerit appellatum, ex quo pro iudice præſumitur, iuxta *l. Herennium. §. Cato de evict. cap. leg. 2. Codic. de offic. ciuitat. iur.* propter hoc non juſtificatur appellatio. Ratio, quia conſiderata præſumptione quam habet judex pro ſe, potuit veriſimiliter exiſtimare talem exceptionem calumnioſam. De quo etiam quidpiam infra ſubiiciam & auctoritat. addam, *circa gl. in verb. ad crimen.* & dicta, Bertol. ſuper ea colligitur, quod et-
124 iam † in crimine priuato, vbi venit imponenda pœna corporis afflictiua, procurator ad hoc crimen proſequendum conſtitui non poteſt, & hæc poſitio triplici ratione probatur. Et primo per locum à ſpeciali iuxta. *leg. 1. ad fin. digeſt. ad municip. & l. ius ſingulare. de legibus.* Speciale equidem eſt in perſona illuſtri, vt in crimine iniuriarum poſſit per procuratorem ipſum crimen proſequi. *l. fin. §. litera. & §. ita tamen. Cod. de iniur.* Secundo probatur *in leg. 1. digeſt. an per alium cauſa appell.* in quo textu nulla fit differentia inter crimen publicum & priuatum, ſed ſolum principaliter conſideratur, an pœna quæ imponitur, ſit capitalis an vero pecuniaria. Tertio quia ita in priuatis delictis imponitur pœna talionis ſeu ſimilitudinis ſupplicij, ſicut in publicis, vt eſt caſus *in l. priuar. digeſt. ad SC. Turp. & in leg. fin. digeſt. de furt.* & hic opinio, vt dicit hic Benedict. de Plum. *colum. 2.* quod Imola in eadem columna communiter recipitur, & idem tenet Alber. Roſ. Pergom. *in d. §. publice. colum. 6.* quæ etiam aliis juribus ſuffulta videtur, & primo per *l. fin. §. fin. vbi ſenat. vel clariſſ.* ibi, *ſiue crimen publicum, ſiue priuatum ſit, per procuratorem exerceri non poteſt*, & eſt clarior textus, *in leg. vnic. §. penult. Codic. vt omnes tam ciu. quam crimin.* nam *in princ. dict. leg.* loquitur de furto, quod eſt crimen priuatum: & tamen *in fine verſ. accuſationem.* dicit accuſationem inſtitutam contra ipſum officialem finito officio, debet ipſe officialis per ſe proſequi. Et iſta jura pōderat Alber. de Roſat. *in leg. ſeruum quoq; §. publ. col. 7. ff. de procurat.* Eſt verum quod Angel. hic, vt ſupra dixi, fuit in hac opinione, quod in crimine publico non fiat diſtinctio, an imponatur pœna pecuniaria, vel corporis afflictiua, & pro hac opinione facit iſte text. dum præſupponit, quod poſſit ferri ſententia in abſentem, & tum prohibetur conſtitui procurator, & reſtringere iſtum textum prout facit Angel. & Imol. hic in *col. 2.* vt loquatur de ſententia annotationis bonorum, eſt magna reſtrictio, quia appellatione ſententiæ

Digitized by Google

tiæ intelligitur ſententia definitiua, vt tradunt Bartol. & communiter Modern. *in rubric. de re iudic.* text. ergo *in dict.* §. *publice*, qui generaliter vult, quod vbi poteſt ferri ſententia in abſentem, ibi poſſit quilibet admitti ad allegandum cauſas innocentiæ, nam ille textus neceſſario videtur intelligendus in criminibus priuatis, attento maxime vt ſupra dixi, quod omnia videtur loqui in criminibus publicis. Et ſi quis vellet tenere hanc opinionem, poſſet reſpondere ad obiecta. Et primo ad text. *in leg. fin. Cod. de iniur.* quod ille text. habet alium intellectum, & pro fundamento conſiderandum eſt, quod perſonæ illuſtres non poſſunt per ſe litigare, ſed per procuratorem, alias ſententia pro eis lata non habet effectum, & judex punitur pœna 20. librarum auri, vt probatur *in leg. quicunque. Cod. de procurat.* modo *in leg. fin. Codic. de iniur.* dico, quod eſt ſpeciale in perſona illuſtri, vt in crimine injuriarum liceat ei agere per procuratorem, vbi alias non liceret per *dict. leg. quicunq.* & ita illum textum nouiter intelligunt repetentes *in dict. cap. veniens. colum. 11.* & ſic illa lex continet ſpecialitatem in hoc, quod vbi alias perſona illuſtris non poteſt cauſam ciuilem agere de per ſe, poteſt tamen cauſam injuriarum criminalem agere per procuratorem. Et hoc eſt, quod dicit imperator ibi licere autem procuratori, qui voluit dicere, quod licet in cauſa ciuili non liceat illuſtri agere per procuratorem, nec etiam in cauſa criminali, vt in hoc textu dicitur. Eſt tamen licitum ipſi illuſtri in cauſa injuriarum vbi agitur criminaliter, quia talis cauſa non eſt multum grauis, in qua debeat prohiberi conſtitutio procuratoris, & ſi quiſpiam ſubtiliter diceret, quod iſte intellectus videtur contra illum textum *in principio in v. ita tamen*, vt nullus alius idem ſibi audeat vendicare, vel à noſtro nomine poſtulare, quia ad hoc reſpondent Modern. Senen. *dict. cap. veniens. colum. 28.* quod hoc alteri non conceditur ex jure ſpeciali ſed ex jure communi, vel quod nulli alij conceditur in crimine injuriarum ſcilicet, quod poſſit cauſam per procuratorem ſimpliciter agere. Sed in aliis ſimpliciter mos judiciorum ſeruandus eſt. Sed iſte intellectus non videtur tutus, quia textus *in leg. quicunque.* non ſolum loquitur in illis tribus, ſed etiam in ſpecialibus. Patet per *auth.* ibi poſitam, quæ reſtringit *d. l. quicunq.* ad illuſtres, & ad eos qui ſupra eam dignitatem ſunt, & ideo illa verba, *licere tamen*, veniunt ad determinationem illorum, ita tamen vt nullus alius ſibi vendicare liceat, ibi neſcio videre rationem, qua

re magis concedatur ſpecialiter in illuſtri, vter liceat conſtituere procuratorem in crimine injuriarum potius, quam in aliis criminibus, cum ipſa crimina injuriarum non ſint grauiora, & tamen ille textus reſtringit ſe ad crimen injuriarum tantum. Et ideo non videtur recedendum ab opinione communi, quæ expreſſe probatur *in dict. leg. 3. Codic. vbi ſenat. vel clariſſ.* Nec huic ſententiæ obſtat *leg. 2. Cod. de procurat.* quia ille textus debet declarari & diſtingui per alia jura iuxta text. *in l. ſcio quæſitum digeſt. de teſtib. & in l. nam & poſteriores. ff. de legib. & in c. cum expediat. de elect. in 6.* Secunda colligitur concluſio ex hac gloſſa, quod vbi pro crimine † venit imponenda pœna relegationis, per quam quis priuatur loco, vnde relegatur, ſiue talis pœna veniat imponenda, ex crimine publico, ſiue ex crimine priuato, in tali crimine poteſt interuenire procurator. Idem in pœna remotionis ab ordine, quæ cenſetur minor relegatione, vt gl. dicit *in leg 2. ff. de iniur.* ibi *ſi arte aliqua vel loco interdicatur*, iuxta, *leg. moris. §. ſunt & alia. ff. de pœnis*. & idem tenuit gl. *in leg. ſeruum quoque. §. publice. de procurat. & in leg. abſentem ff. de pœnis, & in leg. 1. ff. an per alium cauſ. appell.* & idem tenet gl. juris canonici vt patet *in cap. veniens verſ. idem ſi crimen. & in c. ſi quando 2. quæſtion 6.* ſecundum Bartol. hic, hanc opinionem tenent Jacob. de Aren. Odoffr Jacob. Butr. Guil de Cun. & fere omnes. Et dicit Bartol. hic *in 3. colum.* quod ita judicaret, & ſubdit *in 3. colum. in verſ. quæro*, dicitur hic, quod ita teneret conſiſtendo, quia hoc ſeruat conſuetudo. Et idem tenet Bald. *in leg. reos. Cod. de accuſat.* vbi miratur de tenentibus contrariam opinionem, & dicit D. Abbas *in cap. veniens de accuſat.* quod pro iſta opinione eſt conſulendum & judicandum, quam etiam tenuerunt Joan. Andr. & Hoſtien. *in dict. cap. veniens* & Feder. de Senis *in conſ. 94.* quem referunt repetentes *in d. cap. veniens. colum. 20.* & idem tenet D. Benedictus de Plombino *hic in colum. 6.* & Imol. *colum. 3.* qui hanc dicit eſſe communem. Idem tenet Alber. *in d. §. publice col. 3.* Quæ opinio ex pluribus capitibus fundatur. Primo, *in leg. abſentem. ff. de pœn.* juncto *dict. §. publice.* nam *in l. abſentem.* dicitur, quod in cauſa relegationis poteſt ferri ſententia in abſentem. & *in d. §. publice.* dicitur, quod vbi abſens poteſt damnari, ibi poteſt conſtitui procurator, & per iſta duo jura dicit Bald. *in d. l. reos.* quod hæc opinio eſt vera, & contraria eſt falſa. Secũdo pro iſta opinione ſtringit tex. *in l. 1. ff. an per alium cauſ. appell.* inducendo clare, vt hic per Benedic. de Plomb. *col. 7. verſ. non obſtat l. 1.* Et con-

Google

conſiderandum eſt ſecundum eum, quod ille textus in principio ponit, an admittatur procurator in cauſa ciuili, & dicit quod ſic. Secundo, an admittatur in cauſa criminali pœnā capitalem ingerente, & concludit quod non. Licet Iacob. de Aren. *hic in col.3.* intelligat illum textum ſtri-ćte de pœna capitali, quæ ingerit pœnam mortis, vel ſanguinis *verſ.* vero, *ſed in ea*, intelligatur de pœna capitali, per quam libertas vel ciuitas amittitur, & quæ continet pœnam damnationis in metallum, & deportationis tamen videtur ſecundum Dn. Benedict. quod ille textus poſſit intelligi *in principio*, de pœna capitali large de qua *in leg.2. Cod. tit. & in leg.2. digeſt. de pœn. verſic. vero. ſed in ea.* loquitur in alia pœna, quæ imponitur vſque ad relegationem, quæ tamen eſt maior relegatione, & ſic dictio, *vſque*, ponitur ibi excluſiue, & eſt ſenſus, quod in ea cauſa, in qua imponitur pœna corporis afflictiua, non poteſt agi per alium vſque ad relegationem. Tertio, facit
126 pro iſta opinione. nam magna † eſt differentia inter relegationem & deportationem, vt probatur per gl. *in §.relegat. Iuſtit.quib.mod.ius patr.poteſt ſolui.* & vltra eam eſt notandum, quod deportatio requirit formam
127 actualem, † vt ipſe deportatus per miniſtros conducatur ad locum. *l. in fin. ff. de verb.ſignif.* ſed relegatio requirit ſolam formam verbalem vt relegatus per ſeipſum vadat, vt probatur *in l. relegatorum. §. his qui.de interdict. & relegat.* Contrariam tamen ſententiam quod non poſſit interuenire procurator, tenuerunt Vltramontani, *verſ.3.* Iacob de Rau. Pet. & pleriq; alij, quos citat Cynus *in dict.leg. reos.* & tenentes hanc opinionem, reſpondent primo ſecundum Bart. hic *ad d. l. abſentem.* quod ibi. & *in d. §. publice.* non admittitur procurator, ſed vt quilibet, qui habeat prodeſſe accuſato reo, non autem obeſſe. Quæ reſponſio, vt Imola hic dicit ex verbis vniuerſalibus illius textus, confundi videtur. Patet, dum textus ſubdit, quemuis pro ipſo reo verba facientem. Quæ oratio cum ſumatur ex vniuerſo, verificari videtur in quolibet particulari. *l.ſi is qui §.vtrum de reb.dub.* facit vulgaris regula. *l.à procurat.digeſt.mandat. & c.ſolita de maiorit. & obed.* & videtur abſurdum, quod quis poſſit procuratorem conſtituere, qui ſecundum Bald. & Ang. reo prodeſſe, & non obeſſe poſſit. Conſtitutio enim talis procuratoris inepta cenſetur, vt Imola dicit *in c. conſtitutus. de procurat.* & facit text. *c. relegata. 2. q. 1.* Mihi placet reſpōſio Bartoli, quod in illo textu illa verba reſtringantur ad quemcunque defendentem ſine mandato, vt ſiue maior, ſiue minor ſit, ſiue maſculus, ſiue fœmina admitten-

Digitized by Google

re magis concedatur ſpecialiter in illuſtri, vter liceat conſtituere procuratorem in crimine injuriarum potius, quam in aliis criminibus, cum ipſa crimina injuriarum non ſint grauiora, & tamen ille textus reſtringit ſe ad crimen injuriarum tantum. Et ideo non videtur recedendum ab opinione communi, quæ expreſſe probatur *in dict. leg. 3. Codic. vbi ſenat. vel clariſſ.* Nec huic ſententiæ obſtat *leg. 2. Cod. de procurat.* quia ille textus debet declarari & diſtingui per alia jura iuxta text. *in l. ſcio quæſitum digeſt. de teſtib. & in l. nam & poſteriores. ff. de legib. & in c. cum expediat. de elect. in 6.* Secunda colligitur concluſio ex hac gloſſa, quod vbi pro crimine † venit imponenda pœna relegationis, per quam quis priuatur loco, vnde relegatur, ſiue talis pœna veniat imponenda, ex crimine publico, ſiue ex crimine priuato, in tali crimine poteſt interuenire procurator. Idem in pœna remotionis ab ordine, quæ cenſetur minor relegatione, vt gl. dicit *in leg. 2. ff. de iniur.* ibi *ſi arte aliqua vel loco interdicatur*, iuxta, *leg. moris. §. ſunt & aliæ. ff. de pœnis.* & idem tenuit gl. *in leg. ſeruum quoque. §. publice. de procurat. & in leg. abſentem ff. de pœnis, & in leg. 1. ff. an per alium cauſ. appell.* & idem tenet gl. juris canonici vt patet *in cap. veniens verſ. idem ſi crimen. & in c. ſi quando 2. quæſtion 6.* ſecundum Bartol. hic, hanc opinionem tenent Jacob. de Aren. Odoffr Jacob. Butr. Guil de Cun. & fere omnes. Et dicit Bartol. hic *in 3. colum.* quod ita judicaret, & ſubdit *in 3. colum. in verſ. quæro*, dicitur hic, quod ita teneret conſiſtendo, quia hoc ſeruat conſuetudo. Et idem tenet Bald. *in leg. reos. Cod. de accuſat.* vbi miratur de tenentibus contrariam opinionem, & dicit D. Abbas *in cap. veniens de accuſat.* quod pro iſta opinione eſt conſulendum & judicandum, quam etiam tenuerunt Joan. Andr. & Hoſtien. *in dict. cap. veniens* & Feder. de Senis *in conſ. 94.* quem referunt repetentes *in d. cap. veniens. colum. 20.* & idem tenet D. Benedictus de Plombino *hic in colum. 6.* & Imol. *colum. 3.* qui hanc dicit eſſe communem. Idem tenet Alber. *in d. §. publice col. 3.* Quæ opinio ex pluribus capitibus fundatur. Primo, *in leg. abſentem. ff. de pœn.* juncto *dict. §. publice.* nam *in l. abſentem.* dicitur, quod in cauſa relegationis poteſt ferri ſententia in abſentem. & *in d. §. publice.* dicitur, quod vbi abſens poteſt damnari, ibi poteſt conſtitui procurator, & per iſta duo jura dicit Bald. *in d. l. reos.* quod hæc opinio eſt vera, & contraria eſt falſa. Secũdo pro iſta opinione ſtringit tex. *in l. 1. ff. an per alium cauſ. appell.* inducendo clare, vt hic per Benedic. de Plomb. *col. 7. verſ. non obſtat l. 1.* Et con-

conſiderandum eſt ſecundum eum, quod ille textus in principio ponit, an admittatur procurator in cauſa ciuili, & dicit quod ſic. Secundo, an admittatur in cauſa criminali pœnã capitalem ingerente, & concludit quod non. Licet Jacob. de Aren. *hic in col.3.* intelligat illum textum ſtricte de pœna capitali, quæ ingerit pœnam mortis, vel ſanguinis *verſ.* vero, *ſed in ea*, intelligatur de pœna capitali, per quam libertas vel ciuitas amittitur, & quæ continet pœnam damnationis in metallum, & deportationis tamen videtur ſecundum Dn. Benedict. quod ille textus poſſit intelligi *in principio*, de pœna capitali large de qua *in leg.2. Cod. tit. & in leg.2. digeſt. de pœn. verſic. vero. ſed in ea.* loquitur in alia pœna, quæ imponitur vſque ad relegationem, quæ tamen eſt maior relegatione, & ſic dictio, *vſque*, ponitur ibi excluſiue, & eſt ſenſus, quod in ea cauſa, in qua imponitur pœna corporis afflictiua, non poteſt agi per alium vſque ad relegationem. Tertio, facit
126 pro iſta opinione. nam magna † eſt differentia inter relegationem & deportationem, vt probatur per gl. *in §.relegat. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt ſolui.* & vltra eam eſt notandum, quod deportatio requirit formam
127 actualem, † vt ipſe deportatus per miniſtros conducatur ad locum. *l. in fin. ff. de verb. ſignif.* ſed relegatio requirit ſolam formam verbalem vt relegatus per ſeipſum vadat, vt probatur *in l. relegatorum. §. his qui. de interdict. & relegat.* Contrariam tamen ſententiam quod non poſſit interuenire procurator, tenuerunt Vltramontani, *verſ.3.* Jacob de Rau. Pet. & pleriq; alij, quos citat Cynus *in dict. leg. reos.* & tenentes hanc opinionem, reſpondent primo ſecundum Bart. hic *ad d. l. abſentem.* quod ibi. & *in d. §. publice.* non admittitur procurator, ſed vt quilibet, qui habeat prodeſſe accuſato reo, non autem obeſſe. Quæ reſponſio, vt Imola hic dicit ex verbis vniuerſalibus illius textus, confundi videtur. Patet, dum textus ſubdit, quemuis pro ipſo reo verba facientem. Quæ oratio cum ſumatur ex vniuerſo, verificari videtur in quolibet particulari. *l. ſi is qui §. vtrum de reb. dub.* facit vulgaris regula. *l. à procurat. digeſt. mandat. & c. ſolita de maiorit. & obed.* & videtur abſurdum, quod quis poſſit procuratorem conſtituere, qui ſecundum Bald. & Ang. reo prodeſſe, & non obeſſe poſſit. Conſtitutio enim talis procuratoris inepta cenſetur, vt Imola dicit *in c. conſtitutus. de procurat.* & facit text. *c. relegata. 2. q. 1.* Mihi placet reſpõſio Bartoli, quod in illo textu illa verba reſtringantur ad quemcunque defendentem ſine mandato, vt ſiue maior, ſiue minor ſit, ſiue maſculus, ſiue fœmina admitten-

Digitized by Google

mittendus ſit. Sicut enim judex ex officio parte non petente tenetur abſentes defendere *l. ſi non defendatur de pœnis.* per locum à paritate rationis debet etiam admittere quemlibet ad accuſandum innocentem abſentem; nec Bartolus fuit ita ſupinus, quin intelligeret, quod procurator conſtitui non poſſit, vt tãtum prodeſſe, & non nocere poſſit. Si velles tamen tueri opinionem contrariam; potes ex textu *§. publice.* dum dicit in primo; *nam juſtum eſt à quibuſcunq; defend.* & poſtea ſubditur; *nam & in capitalibus judiciis defenſio datur, vel à quibuscumq;.* Ergo ille textus debet intelligi defenſione plena, & pondera diſtinctionem, & quod non tantum in non capitali, ſed etiam in capitali, vbi abſens condemnaretur. Non obſtat text. *in d. l. 1. ff. an per alium cauſ. appellat.* quia conſiderandum eſt, quod niſi ibi dictio *vſq;* intelligeretur incluſiue, ille verſ. *& ſi ea cauſa ſit.* ſuperfluus redderetur. Dicitur enim, vt dixi in principio. Sin autem non ſit pecuniaria cauſa ſed capitalis, per procuratorem agi non licet, ſed illa dicitur proprie capitalis, quæ adimit vitam, libertatem vel ciuitatem. *l. 2. de pœnis, & l. capitalium. eod. tit. & l. 2. eod. tit.* dum ergo poſtea dicitur: *ſed & ſi ea cauſa ſit*, ex qua ſolet ſequi pœna vſq; ad relegationem, non oportet per alium eas agi. Sed replicari poteſt, quod etiam tenendo, quod textus loquatur de pœna capitali iuxta *d. l. 2. ff. eod. tit.* & non de pœna capitali ſtricte, iuxta *l. tranſigere Cod. de tranſact.* tamen ille verſ. *ſed & ſi ea cauſa ſit.* non redditur ſuperfluus, ſed imo ex ipſo verſ. ampliatur id quod dicitur in pœna deportationis & damnationis ad aliam cauſam maiorem ipſa relegatione, vt quando venit imponenda pœna corporis afflictiua, vt *in d. l. 2. in fin. ff. eod. tit. & l. in ſeruorum in fin. ff. de pœn. & in l. fin. de iniur.* & ita ſentit Imol. hic. Sed tamen conſidera quia videtur quod imo illa dictio, vſque ad relegationem ſtet incluſiue, ſicut ſtat *in l. abſentem. ff. de pœn.* quia inter vnum caſum & alium ratio diuerſitatis dari non poteſt, attento maxime quia mens Iuriſconſulti *in d. l. 1.* videtur eſſe ſolum facere differentiam inter cauſam pecuniariam & corporalem, & prohibet conſtitutionem procuratoris tantum in cauſa corporali, vt patet *in v. plane.* Si tamen pecuniaria eſt, quæ dictio, *plane*, aduerſatur verſ. præcedenti. Tota igitur difficultas præſentis quæſtionis ſtat *in hoc noſtro textu. & in l. fin. Cod. de iniur.* Et conſiderandum eſt, quod rerelegatio †connumerari videtur in- 28
ter publica iudicia, ſed in *hoc §.* ponitur regula generalis, quod procurator ad publica judicia proſequenda non interuenit, ergo nec in cauſa relega-

relegationis, quę connumeratur inter publica judicia, ſuadetur in fine *iſtius §.* vbi pręſupponitur, quod dato quod in publicis judiciis poſſit ferri ſententia contra abſentem, tamē in his procurator conſtitui non poteſt: ergo nec in cauſa relegationis. Sed ad hunc textum dum dicit; etſi juſtam rationem habent, ſententiam differunt. Reſpondet Angelus, quod loquitur iſte textus de ſententia annotationis bonorum, & hanc reſponſionem ſequitur Imola *hic. col. 5.* ſed replicari poteſt, quod appellatione ſententię debet intelligi de propria *l. 4. §. condemnatum. & leg. quod iuſſit. de re iudic.* & tunc quia ſecundum Bart. & Angel. de Aretin.
129 *in l. 2. ff. de appellat.* Sententia † annotationis bonorum non dicitur proprie ſententia, niſi dicas, quod ſubiecta materia hoc patitur, vt hic appellatione ſententiæ intelligatur de ſententia annotationis bonorum ex quo regula generalis eſt, quod vbi in abſentem ferri poteſt ſententia; ibi procurator conſtitui poteſt, *d. §. publice.* Etſi quiſpiam non inſubtiliter diceret, aduerte, quia iſta
130 conſequentia non videtur tuta: † non poteſt ferri ſententia in abſentem; ergo in ea cauſa non poteſt interuenire procurator. Patet, nam in cauſa appellationis non requiritur litis conteſtatio, & ſic ſententia ferri poteſt in abſentem, & tamen in tali cauſa nō poteſt in criminalibus procurator cōſtitui. *d. l. 1. ff. an per alium cauſ. appellat.* ſed hic breuiter, quod quidquid ſit in cauſa ciuili *l. fin. §. illud. C. de temp. appel.* in criminali & in cauſa appellationis non poteſt ferri ſententia contra abſentem. *tit. Cod. de accuſat. & l. abſentem. ff. de pœn* & videtur eſſe caſus *in dict. leg. 1. in fine,* ibi, *ſed ipſum eodem auditori.* Circa *leg. fin. Cod. de iniur.* multum ſe torquens Imol. & Benedict. de Plombino *hic* & Modern. *in d. cap. veniens.* Nam pro crimine † injuriarum pœ- 132
na relegationis imponi poteſt. *leg. fin. de iniur.* & tamen videtur ſpeciale in perſonis illuſtribus, vt in crimine iniuriarum procurator cōſtituatur: ergo arguendo per locum à ſpeciali in contrarium videtur jus commune. *l. 1. in fin. ff. ad municip. & l. ius ſingular. ff. de leg.* Ad hunc textum dantur plures reſponſiones. Prima fuit Guil. de Accuneo, quod pro crimine injuriarum non ſolum pœna relegationis, ſed etiam corporis afflictiua imponi poteſt, & ideo propter dubium procurator repellitur, ſed eſt ſpeciale in perſona illuſtri. Sed iſta prima reſponſio non videtur tuta ſecundum Imol. hic *col. 5.* quia perſona illuſtris non poteſt affici pœna corporis afflictiua, ſed ſolum pœna relegationis; cum ergo ſit ſpeciale in perſona illuſtri, quæ ſola pœna relegationis affici poteſt, da-

Digitized by Google

tur intelligi, quod regulariter in crimine iniuriarum, in quo pœna relegationis imponi poteſt, procurator admittitur. Alia datur ſolutio ad illum text. ſecundum Cynum *ibi*, quem hic ſequitur Angel. licet eum non citet, quod licet regulariter, vbi agitur de pœna relegationis imponenda, ex quocunq; alio crimine,
132 poſſit interuenire procurator: † fallit tamen in crimine iniuriarum, vbi licet de ſola pœna relegationis agatur, non poteſt tamen interuenire procurator, ſed ſolum illuſtribus concedi videtur, vt in hoc crimine procuratores conſtituere valeant. Sed iſta ſolutio ſecundum Imolam non eſt tuta, & conſiderandum eſt, quod quoad poteſtatem conſtituendi procuratorem in criminalibus non debet ſpectari qualitas criminis, ſed qualitas pœnæ inferendæ ex ipſo crimine, vt probari videtur *in dict. leg. prim. quand. per alium cauſ. appell.* cum ergo non poſſit dari ratio diuerſitatis, quare magis debeat permitti procurator in aliis delictis, vbi agitur de pœna relegationis, quam in crimine iniuriarum videtur idem jus ſtatuendum, & hac etiam impugnatione vtuntur Modern. *ind. c. veniens col. 22.* ſed tu conſidera; ſi ratio ſpecialitatis colligi poſſit ex his, quæ ſcribit Vlpian. *in leg. prætor edixit, de iniur.* dum dicit, *quod in crimine injuriarum non debet agens illa actione cum diſcrimine alienæ æſtimationis vagari.* Et ob hoc in caſu iſto videtur prohiberi conſtitutio procuratoris. Tertia datur ſolutio ſecundum Richard. de Salyceto quod Specialitas *d. l. fin.* conſiſtit in hoc, quia perſonæ illuſtres † 133
ſola pœna relegationis affici debent. Et ob hoc in neceſſariam conſequentiam eis tantummodo licet procuratores conſtituere: Sed hęc ſolutio non placet Imolæ nec Modernis repetentibus *in c. veniens.*

Quæ verba Imola formaliter reformat. nam regulariter humiliores
† homines, & non alij fuſtibus & 134
hiſce generibus pœnarum ſubiiciuntur, *l. capitalium. §. non ſolent & l. generaliter. & l. mores. §. iſta fere. ff. de pœn.* Ergo id quod erat ſtatutum in perſona illuſtri fuiſſet quoque ſtatuendum in homine vitæ honeſtæ & bonis moribus imbutæ. Ex alio vltra iſtos non videtur tuta conſideratio Dn. Richard. quia hoc modo circa perſonas illuſtres concurrent duo ſpecialia. Primum, quod ſola pœna deportationis afficiendi forent, & tamen pœna injuriarum cum ſit arbitraria, poteſt extendi vſque ad mortem. *l. ſæculari. §. ſunt quædam ff. de extraordin. crimin.* Secundum eſſet, quod in hoc crimine poſſet interuenire procurator, niſi dicas tuendo hanc opinionem, quod ex quo magis conſtat certitudina-

Digitized by Google

dinarie, quod perſona illuſtris fuſtibus & tormentis non eſt afficienda, ſed ſola pœna deportationis plectẽda eſt, lex tolerat, quod ad huiuſcemodi crimen perſequendum procurator interuenire poſſit, & hæc duo ſpecialia, ex quo vnum in conſequentiam alterius venit, concurrere poſſunt, vt Bartol. dicit *in l. ſi ſub conditione de ſolution.* Quarta datur ſolutio ad illum text. ſecundum vtrumque Salicet. quod vbi dubita-
135 tur † quænam pœna debeat imponi, vt eſt videre in hoc crimine injuriarum, in quo induci datur arbitrium imponendi pœnam inſpectis circũſtantiis loci, patris & perſonæ *§. atrox in inſtitut. de iniur. & dict. l. prætor ait. §. atrocem eod. tit.* & ad iſtud crimen proſequendum non admittitur procurator, fallit tamen in perſona illuſtri, in qua poſſet eſſe, quod illuſtris inferret injuriam illuſtri. Quo caſu imponenda foret pœna corporis afflictiua, poſſet etiam eſſe, quod non conſtaret ipſum eſſe illuſtrem, ſed replicari poſſet ſecundum Imolam, quod licet illuſtris afficiat illuſtrem injuria, non tamen pœna corporis afflictiua afficiendus erit. *d. leg. fin. de iniur.* item *in d. leg. fin. C. eod. tit.* præſupponitur notorie conſtare, quod perſonæ illæ erant illuſtres & ſic quod erant in inſulam relegandi, & tamen videtur ſpeciale in illo textu, & hæc impugnatio ſuadetur alia ratione vltra alios qui ille textus in principio loquitur, nedum in illuſtribus admiſtrationibus & habentibus cingulum, ſed etiam in illuſtribus honoratis codicillis decoratis, adeo quod non poterat vero ſimiliter hæſitari, de quibus illuſtribus imperator ſenſerit, prout alibi dubitatur *in l. fin. §. viros Cod. vbi ſenat. vel clariſſ.* Quinta datur ſolutio, quod ille † textus 136
loquitur in injuria, pro qua poterat imponi pœna capitalis, de qua *in leg. penult. Cod. de famoſ. libell.* vel pœna deportationis: aut in crimine injuriarum, quod ex lege Cornelia proficiſcitur iuxta *leg. 3. §. fin. digeſt. ad leg. Cornel. de Sicar. & antepenult. §. 2. de iniur.* Nam in hiſce criminibus vbi maior pœna relegatione imponenda eſt, non poteſt conſtitui procurator regulariter, ſed conceditur ſpecialiter illuſtribus, vt ad tale crimen proſequendum licet agatur de pœna capitali, poſſit dari procurator. Sed hęc ſolutio non placet Modern. tum quia diuinat, tum etiam quia videtur contra *d. leg. quæ generaliter*, & indiſtincte loquitur, ergo debet generaliter & indiſtincte intelligi, dato quod in vno caſu ſit maior ratio quam in altero. Sed replicari poteſt, quod non eſt abſurdum, vt jura juribus concordentur, & vna lex per alteram diſtinguatur. gl. *in leg. ſciendum. ff. qui ſatiſdar. cog.*

Vltima datur ſolutio per repetentes *in d.c.veniens.*& conſiderandum eſt,
137 quod perſonæ illuſtres † prohibentur per ſe litigare, ſed debent litigare per procuratorem *leg. quicumq. Cod.de procurat. & §.1. in auth. vt ab illuſtr. & qui ſupra eos ſunt*. Speciale
138 tamen † in perſona illuſtri, vt in crimine injuriarum poſſit conſtitui procurator, in qua poteſt agi & ciuiliter & criminaliter, licet ſecus ſit in aliis criminibus, vt *in hoc* §. Et ratio eſt, quia non poteſt illuſtribus imponi pœna corporis afflictiua. Licet ergo regulariter non poſſint illuſtres agere de per ſe in cauſa ciuili, ſed cogantur conſtituere procuratorem, tamen in hac cauſa injuriarum poſſunt conſtituere procuratorem, & ideo imperator ytitur ibi verbo, *licere*, & videtur ſenſus, quod licet alias illuſtri non liceat per ſe litigare in cauſa ciuili, licet tamen in hac cauſa, quæ eſt mixta. Item licet in cauſa mere criminali non liceat procuratorem conſtituere, vt in hoc §. tamen licitum eſt in cauſa injuriarum. Sed iſte intellectus ex triplici capite non videtur tutus. Primo vt ſentiunt ipſimet repetentes, quia textus in fine verbaliter dicit: *ita tamen vt nullus alius ſibi audeat hoc vendicare* nec eſt tuta reſponſio, quod hoc alteri non conceditur, à jure ſpeciali, ſed ſimpliciter à jure communi, quando venit imponenda pœna vſque ad relegationem, quia textus vniuerſaliter dicit; *ita tamen vt nullus alius ſibi audeat hoc vendicare*. Ergo non debet reſtringi vt intelligatur vbi venit imponēda pœna relegationis tantum, quandoquidem pro injuria, vt ſupra dixi, poſſit imponi pœna vſq; ad mortem. Non eſt etiam tuta alia ſolutio, dum dicitur, quod nulli alij hoc conceditur in crimine injuriarum, ſcilicet quod ſimpliciter poſſint cauſam agere per procuratorem, ſed quoad inferiores illuſtrium, vt ibi dicitur; *mos judiciorum qui hactenus obtinuit, in poſterum obſeruandus ſit*. Et videtur ſenſus, quod vbi ſumus certi de pœna, quod tunc admittatur procurator; ſecus vbi ſumus incerti. Sed credo, quod illa verba habeant alium ſenſum, videlicet, quod ſi pro crimine injuriarum agatur ciuiliter, admittatur procurator: ſecus ſi criminaliter. Sed hoc ſi ſpeciale in perſona illuſtri; ergo jus commune eſt in contrarium. Ex alia etiam non videtur tuta conſideratio iſtorum, quæ fuit gloſſ. *in dict. leg. fin. & in leg. fin. verb. per procuratorem. Codic. vbi ſenat. vel clariſſ.* quia non poteſt † da- 139
ri ratio diuerſitatis, quare magis liceat eis conſtituere procuratorem in crimine injuriarum, quam in aliis priuatis criminibus, in quibus non licet. *dict. leg. fin. verb. omne crimen*

men publicum priuatiue. Codic. vbi ſenat. vel clariſſ. Item ſi *leg. fin. Cod. de iniur.* veniret ad interpretationem. *leg. quicunque Codic. de procurator.* non ſolum intelligeretur in illuſtribus ſed etiam in ſpectabilibus & clariſſimis, quandoquidem in hiſce perſonis loquatur *dict. leg. quicunq.* & lex interpretans debet intelligi ſecundum terminos legis interpretatæ. Eſt verum quod hodie ſolum poſſunt illuſtres & ſuperilluſtres agere per procuratorem. *authẽ. quod tus. Codic. de procurat.* Item *leg. fin.* non poteſt venire quouis modo ad limitationem *d. l. quicunq.* quandoquidem *l. quicunque.* loquatur in vxoribus & liberis dictarum perſonarum illuſtrium. Ex alio etiam non poteſt conſiderari aliqua ſpecialitas in illo textu, quia vult vnum, quod eſt contra regulas juris communis, quod ipſe illuſtris non autem procurator debeat condemnari. Si velles ergo tueri contrariam ſententiam poteris tenere intellectum Rycar. de Salycet ſupra relatum: ſed in puncto juris verior videtur opinio Vltramontanorum, in quam etiam inclinat Bartol. *hic & primo per text. in l. 2. ff. de procurat.* à contrario ſenſu ibi cum appellationes pecuniariæ per procuratorem exerceri poſſint, nec dicatur, vt dicet Salicet. quod ibi, & *in leg. fin.* fit mentio de cauſa pecuniaria differentiam cauſæ capitalis ſtricte ſumptæ, quia latine loquendo † omnis cauſa æſtimationis 139 capitalis dicitur, *leg. hoc, accuſare. §. omnib. de accuſ.* quæ proprie loquitur de relegatione: niſi dicas tuendo communem, quod relegatio & quęlibet alia cauſa æſtimationis improprie pertinet ad capitis periculum vt eſt caſus *in l. capit. ver. cætera pœnæ. ff. de pœnis.* ſed ille textus contra communem ſententiam retorqueri poteſt, quandoquidem æquiparet pœnam ictus fuſtium relegationi, ſed vbi agitur de pœna corporis afflictiua, non poteſt interuenire procurator. Sed dic, quod ibi illa æquiparatio fit ſecundum quid, non autem ſimpliciter. Secundo, contra communem ſtringit iſte textus, qui generaliter dicit, quod ad crimen publicum proſequendum procurator conſtitui non poteſt: ſed crimen publici judicii eſt duplex; quoddam capitale & quoddam non capitale. *Leg. 2. ſupra eod. tit.* Sed procurator ibi remouetur à genere, & ſic à quolibet crimine publici judicij. Ergo cenſetur remoueri à qualibet eius ſpecie, & ſic non poterit interuenire in caſu, vbi agitur de pœna relegationis. Sed replicari poteſt ſecundum Salicet *in dict. leg. reos.* quod illa regula, quod vbi remouetur genus, cenſeatur remota quælibet eius ſpecies, habet locum, vbi ratio remotionis generis militat etiam in ſpecie:

Digitized by Google

cie : & ſic quando genus remouetur ratione indifferenti. Sed vbi agitur de pœna relegationis, abſens poteſt damnari : ergo debet poſſe comparere per procuratorem. Sed iſta ratio, vt ſupra dixi, non eſt tuta, quia ſtat ſimul, quod abſens poſſit condemnari, & tamen non poſſit comparere per procuratorem. Alio modo reſpondet Salicet. quod ratio prohibitiua conſtitutionis procuratoris quæ militat vbi agitur de pœna capitali ſtricte ſumpta, id eſt, nec per procuratorem aliquod grande præiudicium fiat domino, ceſſat, vbi agitur de pœna relegationis ſed attenta ratione Salicet. ſequeretur quod in crimine leg. Iul. de annon. & de ambitu, in quo pœna pecuniaria imponitur, poſſet interuenire procurator contra generalitatem *huiuſce §.* veritas dependet ab his, quæ Bartolus hic dicit *in 5. col. verſ. quæro extra gl.* an vbi pro publico judicio imponitur pœna pecuniaria, habeat locum *§. noſter*, & ibi reſeruo dicendum. Non eſt tamen recedendum à communi ſententia, pro qua facit
140 pulchra ratio, nam interuentus † procuratoris ad neceſſaria defenſionem regulariter eſt permiſſus. Cum ergo non cenſeantur prohibiti procuratores in cauſa relegationis, debent cenſeri permiſſi. Et ſuadetur hæc communis opinio, quia vbi tractatur de odio, dictio, *vſque* ſtat excluſiue : ſed cum eſſet odioſum non poſſe conſtituere procuratorem in cauſa relegationis, debemus intelligere textum *in l. 1.* quod ſtet incluſiue iuxta not. per Salicet. & alios *in auth. quod ius. C. de procurat.* Vere tamen *d. l. 1. an per alium cauſ.* multum ſtringit contra communem ſubtiliter inducendo. nam ibi *in 2. reſponſo principali* dicitur, quod in cauſis capitalibus vſque ad relegationem non interuenit procurator. In tertio vero reſponſo ſubiicitur, quod in cauſis criminalibus, vbi agitur de pœna pecuniaria procurator conſtitui poteſt : ſed ſi dictio, vſque, ſtaret excluſiue ad 2. reſponſum tertius caſus, in quo maior erat dubitatio, quod in cauſa criminali, pro qua imponitur pœna pecuniaria, remaneret indeciſus ſaltem expreſſe, & caſus minus dubius expreſſe decideretur. Videtur ergo quod dictio, *vſque*, ibi ſtet incluſiue, ſecundum eius propriam naturam. Retenta tamen hac concluſione, quod in cauſa relegationis poſſit conſtitui procurator, diſcutiendæ ſunt aliquæ neceſſariç dubitationes. Prima erit dubitatio ; quam tangit hic Fran. de Ramp. & Bald. an vbi in relegatione aſſignatur certus locus, ita quod non poſſit in alio loco moram trahere, ſed teneatur morari in

illo

illo loco, an in tali cauſa conſtitui poſſit procurator, & concludunt quod non. Communis enim opinio ſecundum iſtos procedit, vbi quis relegatur, vt poſſit vbique morari, dummodo non trahat moram hic Pragæ, vel Viennæ, vel alio certo loco. nam in hac relegatione ferri poteſt ſententia in abſentem, & procurator conſtitui: ſecus tamen eſt, ſecundum eos, vbi fieret relegatio ad certum locum iuxta *l. relegatio. ff. de interdict. & relegat.* ita quod relegatus ab illo loco recedere non poſſet, & alio proficiſci, & iſto caſu non poterit interuenire procurator, quia negari non poteſt, quin agatur hic de pœna corporis relegati afflictiua. Ergo non poterit ferri ſententia in abſentem, nec conſtitui procurator, probatur *in d. l. relegat. in fin. princip.* vbi dicitur, quod vbi quis relegatur in certam inſulam, antequam aſſignetur inſula, talis relegatus militi tradendus eſt: Ergo talis relegatio videtur habere inſtar deportationis, & maxime vbi fit in perpetuum. Suadetur hæc opinio per locum à paritate rationis, nam ratio, quare non poſſit ferri ſententia in abſentem in criminalibus, eſt illa, quia non poſſet in eum fieri executio, quæ ratio concludit etiam in eo, qui in certum locum relegandus venit. Imola hic dicit, quod non eſſet malum tenere hãc opinionem, & idem Domini Modern. Senen. *in d. c. veniens.* qui nihil addendo referunt vt plurimum verba formalia Imolæ. Contrarium tamen tenent communiter ſcribentes, tum quia relegati † omnia ſua jura retinent, & ſic nec ciuitatem, nec bona perdunt, ſiue ad certum, ſiue ad incertum locum relegerunt, & ideo in relegato, ſecundum Imolam poterit fieri executio in bonis, quæ executio non cadit in deportato, qui & bona, & ciuitatem perdit, & ſi dicatur, quod imo poterit fieri executio cum comminatione, quod damnabitur in metallum: replicari poteſt ſecundum Imolam, quod ſicut non timuit deportationem, non timebit etiam damnationem in metallum, ſecus in relegato, qui bona non perdit. Item non tenet conſequentia, ſecundum Imolam non poteſt fieri executio ſententiæ: ergo non debet poſſe ferri ſententia contra abſentem. nam condemnatur ille, qui nihil habet, quia ſperatur, quod poſſit peruenire ad pinguiorem fortunam *l. ſi defunctus. Cod. arbitri. tut.* Idem condemnatur aliquis actione perſonali, qui non habet nec bona mobilia, nec immobilia in loco, ſed attenta ratione Imolæ, ex quo deportatus † non admittit ea, quæ 142 ſunt juris gẽtium, quia poteſt cõtrahere

here & in futurum acquirere, deberet poſſe abſens condemnari facit. *l. ſi mandauero §. is cuius ff. mandati.* & ideo conſidera, quod licet relegatio poſſit fieri in certam inſulam, tamen principalis intentio relegantis eſt reuocare ipſum relegatum à loco, in quo moram trahebat, vt probari videtur *in dict. leg. relegatorum. §. interdicere*, ibi *vnde eueniebat, vt qui relegatus eſſet ab ea prouincia.* & in *§. his qui relegantur.* ibi. *excedereque debet, intra eum diem.* ergo videtur, quod intentio relegantis ſpectari debeat. Sed replicari poteſt, quod illa jura procedunt, vbi quis remouetur à loco domicilij & originis, ita quod illa ſolum prouincia eidem interdicta cenſeatur, ſecus tamen videtur, cum quis in certam inſulam relegatur, vt eidem ab eadem recedere non liceat, niſi dicas quod hoc non conſideratur, quia id quod principaliter agitur, ſpectari debet. *leg. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. petat.* Non obſtat textus *in d. l. relegatorū.* ibi, *militi tradendus eſt.* quia ibi admittitur illud poſt latam ſentētiam, non ante, ne ſententia ſit eluſoria. nam ex forma ſententiæ ibi debebat ſtare relegationi in certam inſulam, & ideo cum judex non haberet inſulam ſub ſe, debet expectare donec aſſignatur à principe: interim ergo non debet vagari & ideo militi traditur, quoad inſula aſſignetur, ſicut alias contingit in ſimili *in leg. legatum. digeſt. de vſufruct. legat. & l. legatum.* cum ibi notat. *de adminiſtrat. rer. ad ciuitat. pertinent.* Item videmus alias, quod † quando ſu- 143
ſpenditur executio ſententiæ in aliqua re ex aliqua cauſa, fit illius rei ſequeſtratio & depoſitio: vt *l. ab executione. Cod. quor. appellat. non recipiunt* quæ allegat. vt *leg. 1. Cod. de prohib. ſequeſtrat.* non eſt mirum ergo, ſi id contingit in caſu iſto. Item non eſt bona argumentatio Fran. de Aret. arguere de deportatione ad relegationem. nam deportatio † re- 144
quirit formam actualem, vt ipſe deportatus per miniſtros conducatur ad locum, & ad inſulam *l. ferri. digeſt. de verbor. ſignificat.* ſed relegatio requirit ſolam formam verbalem, ſcilicet vt per ſeipſum relegatus cum relegatione vadat, vt *dict. §. his qui* & ideo prima requirit præſentiam, ſecunda non, ſicut videmus in degradatione verbali & actuali. *in cap. 2. extra de pœn. in 6.* & hoc not. Imola *in cap. veritatis de dolo & contumac. & cap. qualiter & quando.* & D. Innoc. *in c. 2. de ſentent. excomm.* & ad hoc accedat, quod not. *in leg. 2. §. ignominia. de his qui not. infam. cog.* Secunda cadit dubitatio ſecundum Bart. *hic*, an in cauſa † appellationis; 145
vbi imponitur pœna major relegatione, poſſit talis cauſa per procuratorem agitari, & Bartol. hic dicit, quod

quod non admittatur procurator, licet ſententia in cauſa appellationis in abſentem ferri poſſit. *l. fi. §. illud. C. de appellat.* ſed non videtur, quod in
146 cauſa † appellationis vbi agitur de crimine, quod ferri poſſit ſententia in abſentem, vt probatur *in d. l.* ibi, *ſed ipſum adeſſe auditorio. ff. an per alium cauſ. appel. agi poſſet.* & videtur caſus *in l. abſentem. ff. de pœn. & in l. abſentem. C. de accuſ.* item preſuppoſito vt Bart. dicit, quod in cauſa appellationis poſſet procedi cõtra abſentem. nam ex quo ſententia, quæ fuit lata in cauſa principali, ſtatim traxit ſecum executionem quoad ea quæ ſunt juris; & hoc caſu facilius poteſt in cauſa appellationis procedi contra abſentem. Sed replicari poteſt ſecundum Imolam hic, quod
147 per appellationem † ſtatim fuit extinctum pronunciatum *l. 1. in fin. ad SC. Turp.* Hinc eſt quod ſi feratur ſentẽtia in cauſa appellationis, quod agitur ex ſecunda ſententia, non autem ex prima. *l. ſi quis priore. in princip. ad SC. Trebel. & leg. furti. in princip. de his qui not. infam.* & cum hac opinione etiam tranſit D. Mart. de Senis *in c. veniens. col. 25.* referens Imolam hic formaliter. Sed tu conſidera: nam in caſu *l. 1. ff. an per alium cauſ. appellat.* præſupponitur quod fuit lata ſentẽtia in cauſa principali. ergo fuit lata in præſentem, alias non valuiſſet, *l. ſi ab accuſatorib. C. de accuſ.*

Cum ergo cõdemnatus eſſet in carceribus detentus, ſi admittitur procurator, videtur procurator præſentis. Sed dato, quod in cauſa appellationis † poſſet ſententia ferri in 148
cauſa criminali contra abſentem: iſtud inducitur in odium contumacis & abſentis, ſed non debet induci in fauorem eius. *argum. l. non ſolum ff. de noxal.* niſi dicas ad has duas rationes, & primo ad primam, quod poteſt eſſe, quod condemnatus non retinebitur in carceribus, quia retineri ſolet ob inopiam idonei fideiuſſoris. *l. eos. §. ſuper his. C. de appel.* Secundæ rationi reſpondetur, quod ex quo, vbi in abſentem poteſt ferri ſententia, regulariter poteſt interuenire procurator, non videtur abſurdum quod in conſequentiam odij veniat fauor, *argum. l. cum ex oratione. de excuſat. tut.* & ita in ſimili arguit Bald. *in l. quod fauore. in 7. oppoſit. C. de legib.* cogita. Tertia cadit dubitatio, tu vidiſti quod in cauſa iniuriarum, licet ſit priuatum delictum poſſunt illuſtres procuratores conſtituere. Dubitant modo Moder. *in d. c. veniens. col. 24.* an id quod dictum eſt ſupra in perſona illuſtris, procedat † epiſcopis, & aliis prelatis, 149
vt teneatur comparere per procuratorem iuxta terminos. *l. quicunq; de procur.* & poſſint etiam in crimine priuato iniuriarum procuratorem conſtituere, & ipſi valde dubitant

L per

per text. *in c. cum olim. de teſtib.* vbi ſecundum eos apparet, quod epiſcopus comparet per ſe vel per procuratorẽ. Sed ad iſtum textum reſponderi poteſt, quod ille textus nõ probat, ſed ſolum dicit eſſe procedendum ad examen teſtium, ſi archiepiſcopus legitime citatus per ſe vel per procuratorem comparere noluerit, & hoc ſimili ſermonę vtitur text. *in c. fin. in verb. ſi per ſe vel per procurat. citat. fuerit*, nec quippiam facit text. *in c. 1. & fi. de peſtul.* adductus per eos, quia ibi non dicitur, quod epiſcopus poſſit eſſe procurator, ſed loquũtur illa jura de aliis clericis, non autem de epiſcopo; & ideo verior videtur opinio glo. quam ipſi corrupte adducũt *in c. quia epiſcopus. 2. quæſt. 4.* quæ vult, quod ſacerdotes non debeant per ſe litigare, niſi ſint pauperes. alleg. tex. de illuſtri, & qui ſupra eos ſunt. Item & nonnullas alias rationes, quas formaliter recenſuit idem D. Mart. quarum prima eſt, quia non expedit ſeruos Dei litigioſos eſſe, *c. 1. de Simon.* Secunda eſt, ne cogantur à diuinis obſequiis recedere iuxta tex. *in l. omnes. C. de epiſc. & cler.* & quia lites dant materiã delinquendi. *l. properãdum. in princ. C. de iud.* & vere pro opinione gl. videtur caſus *in d. c. quia epiſ.* qui vult, quod epiſcopi & alij ſacerdotes teneãtur conſtituere procuratorem; excipit tamen cauſas publici judicij. Ille tamen textus non ſolum loquitur de epiſcopis ſed de vniuerſis ſacerdotibus quos nemo illuſtres appellat: nec ille textus fundat ſe ſuper illuſtri dignitate, ſed quia ſolent cõſtitui ad Dei laudem. Secundo aduertendum eſt, quia non videntur recte quærere repetentes, an diſpoſitio *l. fin. & l. quicunq;. Cod. de iniur.* habeat locum non ſolum in epiſcopis, ſed etiam in inferioribus prælatis, quia textus in *l. quicunq;* hodie reſtringitur, vt ſolum procedat in illuſtrib. & iis qui ſupra eam dignitatem ſunt, & ideo in ſolo epiſcopo cadit dubitatio, qui ſecundum Jaſonem *in l. 1.* vbi his, dixi *de offic. eius.* eſt illuſtris, vt etiã concludit Bologn. *in conſ. 85.* incip. *quidam Ant. de caſtr.* & ideo text. *in c. fin. 5. q. 2.* vult † epi- 150
ſcopum in ſcriptis debere citari, ſicut illuſtres citantur, *l. quoties. Cod. de dignit. leg. 12.* & text. *in c. fin. de re ind. lib. 6.* vult quod poſſint legere † ſen- 151
tentiam per ſubſtitutum ad ſimilitudinem illuſtrium; Et ideo tu conſidera, quod aut quęrimus, an diſpoſitio *l. quicunq; de procur.* habeat locum in epiſcopis, crederem quod non quia illuſtri litiganti per ſe imponit pœnam amiſſionis cauſę, & ipſi judici librarum 20. auri, & ideo illa lex non debet extendi ad epiſcopũ, quia nullibi probatur, quod epiſcopus ſit proprie & ſimpliciter illuſtris, licet priuilegiis illuſtrium potiri videatur,

deatur, in his terminis loquitur tex. *in d.c.ſi.2. q.8.* ſimpliciter tamen dicitur potius ſpectabilis, vt dicit Joh. de Plat. *in l.ſi. C. de dec. lib.10. cum ſimilib.* de quib. ibi dixit *in d. l.1. de offi. eius.* tam in prima quã in ſecunda lectura. Aut vero quærimus, an debeant litigare per procuratores tã ipſi quam alij prælati inferiores, & in hiſce caſibus, in quib. ſi ipſi litigaſſent, poſſent diſtrahi à diuinis officiis, concludendum eſt quod ſic per tex. *in d.c. quia episcop.3. q. 4.* vbi vero nõ poſſunt diſtrahi à diuinis officiis, vel citantur à ſummo Pontifice, tunc poſſunt per ſe litigare; & in his terminis intelligũtur jura adducta per Moder. *in d.c. veniens, col.25.* Si vero quærimus, an in crimine priuato injuriarum poſſint per procuratorem litigare. Ex quo iſtud videtur reſpicere fauorem illuſtrium, tunc ſubdiſtinguendum eſt; Aut n. prohibitio conſtitutionis procuratoris reſpicit fauorem ipſius Domini, tum ratione grauis præiudicij, tum quia etiam in arduis cauſis ciuilibus non cogitur quiſquam agere per procuratorem, vt tradit Card. noſter Alexan. *in c. in crim.3.q.5.* Si vero reſpicit fauorem ipſorum illuſtriũ, vt innuit tex. *in d. l. fin. in verb. licere.* Concludendum videtur, quod illa *l. fin.* habeat locum in epiſcopis, qui exæquantur illuſtribus. Et iſtud ſentit Bald. *in l. fin. Cod. vbi ſonat. vel clariſ.* qui exemplificat illum textum in epiſcopis. Tertia colligitur concluſio ex hac glo. quod vbi † venit impo- 153
nenda pœna, quæ eſt minor relegatione, in tali cauſa poteſt interuenire procurator, vt puta quando agitur de pœna remotionis ab ordine, *l. 2. inf. de iniur.* vel agitur de interdictione artis alicuius iuxta *l. moris ff. de pœn.* & ideo vbi quis venit deponendus ab ordine vel publicis honoribus priuandus, aut ſimili pœna plectendus, non cenſetur prohibitus procuratorem conſtituere, vt probatur *in dict. leg.1. §. 1. verſ. plane. ff. an per alium cauſ. appell. & in l. cognitionem. §.1.* & hanc concluſionem ſequuntur communiter interpretes relati per Imolam & Benedict. de Plumb. *hic*, & per Moder. *in cap. veniens. de accuſ.* ſed huic concluſioni objicitur, nam pœna † depoſitionis ab ordine poteſt cadere in abſentẽ. *cap. veritatis.* de dolo & contumac. tamen in caſu *d. c. veniens.* vbi agebatur de depoſitione epiſcopi, quia aſſerebatur ſubieciſſe eccleſiam ſeruituti principis ſecularis, non poteſt interuenire procurator. Imola hic reſpondet, quod aliud eſt de jure canonico, aliud de jure ciuili; & cum in depoſitione ordinis epiſcopalis, aut presbyteratus, diaconatus vel ſubdiaconatus agatur de graui præiudicio, cũ duntaxat † ex grauiſ- 154
mis criminib. quis ab ordine deponatur

natur vt traditur *in c.1.diſt.85.& in c.* Maximianus & *in c.1. diſt.35.* non eſt
155 mirum, ſi in hiſce cauſis vbi agitur † de depoſitione ab ordine fienda, & ſic de graui præiudicio, non admittitur procurator; ſecus tamen eſt de iure ciuili, quo iure ordo capitur pro ordine cuiuſcunq; corporis vniuerſitatis vel collegij, vt puta Doctorum, decurionum, lanificum & cerdonum, quæ depoſitio non videtur tam grandis, ſicut illa, quæ fit ab ordinibus ſacris, quia vt dicit gl. *in*
156 *ſumma diſt. 32.* quatuor † præcipue debent ordines ſacri à ſanctitate, caſtitate & continentia, quam inducunt, probatur *in c. decernimus diſt. 28.* non ſic eſt, vbi agitur de remotione ab ordine alicuius corporis, collegij vel Vniuerſitatis iuxta *titu. de decret. ab ord. fac. & l. cognitum de vari. & extraord. cogn.* & cum iſta ſolutione tranſeunt Moder. ſimpliciter *in d.c.veniens 13.q. & in 28. col. de accuſ.* Sed iſta ſolutio nō videtur tuta, quia inducit differentiam inter jus ciuile & jus canonicum attento
157 maxime, quia vbi quis prohibetur † honoribus publicis fungi, vel ab aliquo ordine remouetur, fama ipſius remoti multum læditur, & cauſa vitę & famę pariſicantur *l. juſta. de manumiſſ. vindict.* niſi dicas quod ex quo de jure canonico pœna depoſitionis nō imponitur, niſi ob aliquod graue delictum, non eſt mirum ſi talis cauſa per procuratorem agi non poteſt, facit text. *in c. ſicut noſtris de jureiur.* ſed de jure ciuili faciliꝰ quis remouetur ab ordine, quam de jure canonico. Non obſtat, quod dixi, quia *leg. juſta*, non procedit in hoc caſu, quia vbi pro cauſa criminali imponitur pœna pecuniaria, poteſt in ea interuenire procurator, licet ex tali cauſa ſequatur infamia. *d. l. 1. ff. an per aliū cauſ. appell.* Item ex delicto publico † ex quo quis infama- 158
tur, ſi pro eo imponatur confiſcatio omnium bonorum vel etiam partis bonorum, poteſt interuenire procurator, vt dicunt Moder. *in d. c. veniens. col. 13. de accuſat.* & tamen priuatio omnium bonorū † cauſæ cri- 159
minali pariſicari videtur. *leg. propter litem. ff. de except. accuſat. tut. & §. Item propter litem. inſtitut. eod. titul.* & eſt gl. ordin. *in l. 1. C. de reis poſtul. lib. 10.* vel poteſt alio modo reſponderi ad tex. *in d. c. veniens* ex regula *l. qui teſtimonio de teſtam.* quę habet, quod in qualibet † lege præſumitur, quod 160
termini ſint habiles. Cum ergo in *d. c. veniens.* dicatur, quod cauſa erat criminalis, & quod procurator non erat admittendus, neceſſario dicendum videtur, quod erat talis cauſa, ex qua non poterat conſtitui procurator: attēto maxime quod id quod ſtatuitur *in hoc §.* eſt etiam ſtatutum de jure canonico *c. in criminib. 3. q. 5.* Ergo non debet induci differentia inter

Digitized by Google

inter jus canonicum & jus ciuile, prout faciunt Imola & Modern. Sed contra huiuſcemodi concluſionem obſtat text. *in l. capi. §. 1. ff. de pœn.* vbi
161 IC. parificat pœnas † reſpicientes æſtimationem hominis, pœnis fuſtium: ſed in cauſa, in qua tenuiores homines fuſtibus ſubiici poſſunt, non poteſt interuenire procurator, cum non agatur de pœna pecuniaria. Ergo à paritate rationis idem videtur dicendum, vbi agitur de remotione ab ordine; attento maxime eo quod habetur *in l. cognitionē. §. minuitur.* vbi expreſſe dicitur, *minuitur æſtimatio.* vbi quis relegatur, vel ab ordine remouet, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeius fuſtibus cæditur. Sicut ergo vbi agitur de ictu fuſtium procurator conſtitui non pôteſt, ita non poterit & in aliis cauſis parificatis interuenire; etſi dicatur, quod ibi ſit parificatio quantum ad hoc, vt ex dictis pœnis æſtimatio minuatur, non autem quantum ad interuentū procuratoris, replicari poteſt, quod regula *leg. nam hoc jure. de vulg. & pupill.* procedit etiam. vbi datur diuerſa ratio ipſorum determinabilium, vt probari videtur in illo textu, & tradit Moder. Deci. *l. in teſtament. C. de teſtam milit.* & ideo conſidera, quia facile poſſet defēdi hęc opinio, contra communem, nam aut volumus dicere, quod vbi agitur de ſubiiciendo plebeios ictibus fuſtium non poſſit interuenire procurator, vt dicunt Moder. quia agitur de pœna corporali, quę eſt maior quacunque pœna pecuniaria, nā dico, quod in illa regula nō procedit in plebeis, vt Bart. dicit *in l. 1. de pœn.* Cum ergo de jure Canonico videatur deciſum, non cauillando literam, quod vbi agitur de depoſitione ab ordine epiſcopali, vel ab alio ordine, non poſſit interuenire procurator, idem debemus dicere de jure ciuili, & maxime tenendo illam opinionē, quod cauſa relegationis per alium agitari non poſſit, attento maxime, quia cauſa famæ & cauſa vitæ æquiparantur: attento etiam quia ſi *d. l. 1. Cod. an per alium cauſ. appell.* includit relegationem, debet etiam includere cauſas ſimiles: Retenta tamen communi concluſione, dubitari poteſt.
Primo † an cauſa ſeparationis thori 162
per procuratorem agitari poſſit, & dicit textus quod ſic *in c. tua de procurat.* ibi, *ſi neceſſitas poſtulauerit, ſuſtineri poteſt* & maxime quia ille textus facit expreſſam differentiam an agatur criminaliter; & hoc caſu non poteſt interuenire procurator. Ita tenet hic Angel. & Imola. Et idem Imola *in d. c. tua.* poſt Ioan. Andr. Hoſtien. D. Anton. & alias. Sed certe verba textus *in d. cap. tua.* ibi, *ſi neceſſitas poſtulauerit*, innuunt, quod regulariter non debet admitti, ſed

Digitized by Google

prçfati Dd. ſubaudiunt verbum *maxime*, vt in ſimili dicitur *in c. paſtor. de offic. ord. & in c. quod ſede eod. tit.* ſed iſta ſubauditio violat illum textum, attẽto maxime, quia ſeparatio thori eſt multum doloroſa, quia ſecundum Baldum *in d. c. tua.* † ſapit exiliũ, exultat enim à viro ſuo, & eſt dura ſicut mors, & perditur dos. Ergo non deberet admitti procurator niſi ſubeſſet neceſſitas, vt textus expreſſe dicit, & hoc modo in illo textu differentia inter agentem criminaliter, & agentẽ ad ſeparationem thori, vt primo nullo modo eſſet admittendus procurator. Secundo vero ſic, vbi neceſſitas ſubeſſet, vt cantat illa litera, quæ conditionaliter loquitur, quæ quidem conditio debet impleri in forma ſpecifica & quæ formam importat *l. prætor ait. de collat. bonor.* niſi dicas quod ex quo in illo textu ſubiicitur ratio, quod per procuratorem accuſ. quia licet accuſatio ſit de crimine, tamen non eſt criminalis, ex qua ratione apparet, quod neceſſe eſt, quod ſubaudiatur dictio *maxime*, niſi iterum dicas, ꝙ Papa ibi in fine videtur decidere, quod ſecurius procedetur, ſi in prçſentia perſonarum hoc fiet, cogita quia nullus tangit. Circa finalem gl. dum allegat *leg. ſed & hæ. §. 1. d. procurat.* aduerte, quia gl. ſentit, quod reuocare † ſeruum ingratum in priſtinam ſeruitutẽ ſit cauſa minor relegatione & tamen ſecundum Bart. & Imol. hoc eſt falſum, quia ſeruitus morti comparatur. *l. quod attinet. ff. de reg. iur.* Dic ſecundum Barto. & Imol. quod hęc cauſa ex parte Domini continet intereſſe pecuniarum parti applicandum, vt ſcilicet ſeruus ob ingratitudinem reducatur in ſeruitutem. Sed ſecundum Bart. *in d. l. ſed & hæ.* eſt quid mirum, quod ibi agatur de priuando aliquem beneficio libertatis: & quod cauſa non ſit criminalis, imo videtur capitalis. *§. maxime inſtitut. de capit. dimin.* attento maxime ſecundum Innocent. *in cap. qualiter. & quando. col. 2. de accuſ.* quia de iure ciuili ſunt ſeptem genera pœnarum, quarum tres ſunt capitales. Prima eſt mors, quæ multis modis infertur *leg. aut damnum. §. vita. ff. de pœn.* Secunda pœna eſt morti proxima, vbi quis damnatur in metallum, qui grauiore vinculo premitur; Si vero in opus metalli, tunc leuiori, vtraque tamen pœna & ciuitatem & libertatem aufert. Vbi vero quis damnatur in miniſterium metallorum; ſi in perpetuum, & ciuitatem & libertatem amittit: ſi ad tempus ſolam ciuitatem. *l. aut damnum. §. eſt pœna. cum. §. ſeq. ff. de pœn.* Sed neſcio videre, quare, vbi agitur de pœna damnandi aliquem in miniſterium metallorum, id eſt, vt ſeruiat damnatus in metallum ad tempus, talis cauſa non poſſit agi per pro-

163

164

Digitized by Google

procuratorem. Eſt & tertia pœna deportationis & in opus publicum damnationis, ſed reſolutio eſt, quia in hiſce pœnis non agitur de commodo pecuniario, vt dicunt Bartol. & Imola. Sed adhuc non quieſcit animus, nam de jure † canonico loco pœnæ damnationis in metallum, quę non inuenitur in canonibus impoſita, ſolet quis vendi vel redigi in ſeruitutem. De primo eſt caſus *in c. quidam cleric. diſt. 81.* De ſecundo eſt textus *in c. eas. 32. diſt. & in c. ſtatuimus. 11. q. 1.* & tamen licet his agatur de commodo pecuniario, iſta cauſa dicitur capitalis, nec poteſt agitari per procuratorem; & tamen hic agitur de ſeruitute. Angel. hic dicit, licet ex parte accuſatoris poſſit interuenire procurator; tamē ex parte Rei, qui procurator in ſeruitutē non poteſt, quia ex parte ipſius rei non agitur de commodo pecuniario, & idem poteſt dici de jure canonico, in quo pœna ſeruitutis imponitur; vel melius dic, quod conſideratio Angeli eſt contra tex. *in d. l. ſed & hæ.* qui expreſſe vult, quod ſicut patronus poteſt accuſare libertum vti ingratum per procuratorem, ita & libertus ipſe poteſt per procuratorem reſpondere, & ideo tu dic, quod vbi quis damnatur in opus metalli, vel de jure canonico in ſeruitutem redigitur, talis cauſa non poteſt agitari per procuratorem, quia tendit ad vindictam publicam. Sed adhuc conſidera, quia contra prædicta videtur caſus *in c. ſi quando 2. q. 6.* vbi dicitur, quod in cauſa capitali, vel in cauſa ſtatus nō per procuratorem ſed per ſeipſum agendū eſt. Idem probatur *in l. 1. circa princip. de aſſert. tollend.* vbi dicitur quod ſi quis prouocet aliquem in ſeruitutem, quod ceſſante aſſertoris difficultate, debet reſpondere per ſe, ſi vero reperiatur in quaſi poſſeſſione libertatis, tunc poteſt agere per procuratorem. Ergo hi duo textus, videntur contrariari his, quæ Bart. Imola & cæteri tradunt. Gloſſa *in d. c. quando.* fatetur contrarium, quod vbi Dominus eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, ſeruus poteſt per ſe agere: vbi vero aliquis prouocatur ad ſeruitutem, & ipſe eſt in quaſi poſſeſſione libertatis, poteſt per procuratorem agere. Super iſto contrario laborant Salic. Odofred. & cōmuniter antiqui *in d. l. 1. de aſſert. tollend.* Prima datur ſolutio, quod de jure antiquo ille, cui mouebatur quæſtio ſtatus, poterat indiſtincte agere cauſam per procuratorē; hodie vero diſtinguitur, an ꝓuocatus in ſeruitutē ſit in quaſi poſſeſſione libertatis, & etiā nūc poteſt; ſecus tamen ſi non ſit in quaſi poſſeſſione libertatis quia tūc ſecundū Bal. Salic. & omnes ibi nō poteſt. Sed iſta ſolutio tēdit ad correctionē *l. nō ſolū. §. ſtatus.* allega-

allegatę hic in gl. *ff. de procur.* Secunda datur reſponſio per Ioh. & Azon. quam ſequuntur ibi Odofred. & pleriq; antiqui, quod jura & contrariũ allegata loquũtur, vbi ſeruus litigat principaliter de peculio ſuo, quæ ſolutio confunditur ex illis *jurib.* Datur tertia ſolutio, quod ſeruus poſt litem conteſtatam de jure Digeſtorum poteſt conſtituere procuratorem, de jure vero nouo diſtinguitur: aut n. lis non eſt conteſtata, & vbi eſt in quaſi poſſeſſione libertatis poteſt, alias ſecus. Sed hæc differentia in hac materia eſt verbalis, vt infra dicemus. Ego autẽ arbitror poſſe ſic dici, quod poſt jura Digeſtorum fuit quędam media juriſprudẽtia, quod prouocatus ad ſeruitutem diceret habere quẽdam aſſertorem, qui cum aſſereret eſſe liberum aduerſus Dominum eum prouocantẽ in ſeruitutem. Iſta autẽ aſſertio fuit ſublata per Iuſtinia. *in d. l. 1.* vt hodie debeat ſeruus ipſe comparere perſonaliter: ſecus ſi ſit in quaſi poſſeſſione libertatis. Ex quo infertur, ꝙ intellectus datur per Dd. communiter ad *l. ſeruum quoq́ꝫ. §. 1. de procurat.* quod ibi conſtituitur procurator, quia agitur de peculio, & adminiſtratione aliarum rerum *in l. vero de aſſert. toll.* agitur de periculo, ſtatus & perſonæ, non eſt verus, quia in caſu. *l. ſed & hæ.* agebatur de periculo ſtatus & perſonę, & tamen conſtituitur procurator, & etiam confunditur illa ſolutio per text. *in l. nõ ſolum. §. ſi ſtatus ff. de procur.* Vel melius dic quod ex parte Domini, ſiue ille qui prouocatus in ſeruitutem, ſit in quaſi poſſeſſione libertatis, ſiue non, cauſa per procuratorem agi poteſt: ſed ex parte prouocati diſtinguitur eo modo, quo dicit text. *in leg. 1. C. de aſſer. tol.* Nec huic diſtinctioni repugnat text. *in d. l. ſed & hæ in fin.* quæ loquitur de liberto. Nec etiam *l. non ſolũ. §. ſtatus.* quia ille *§.* debet declarari, & diſtingui per *d. l. 1. C. de aſſert. toll. circa finẽ gl.* dum allegat text. *in l. non ſolum. §. fin.* vbi in cauſa ſuſpecti tutoris interuenit procurator. Ratio dicit gl. quia illa pœna eſt minor relegatione; ſed iſta ſolutio ſecundũ Bartol. Angel. Imol. & Benedict. de Plumb. non eſt tuta, quia vbi ageretur vt tutor ſuſpectus puniretur, iuxta *l. 1. cum l. ſeq. de ſuſpect. tutor. cũ ſimilib.* de quibus hic per Barto. non poſſet conſtitui procurator, quia talis pœna eſſet ſupra relegationem, & eſſet quaſi crimen publicum. *l. 3. §. conſequens. de ſuſpect. tutor.* Textus ergo ille loquitur quando † agitur 166
ciuiliter ad commodum pupilli, vt tutor tanquam ſuſpectus ab omni adminiſtratione bonorũ remoueatur. Sed tu aduerte, quia nõ videtur, quod poſſit agi principaliter ciuiliter, quando in conſequentiam poſſit reſultare affectus pœnæ criminalis.

Vbi

Vbi enim accuſatur tutor de ſuſpe-
cto, vt remoueatur ipſum doloſe
fuiſſe verſatum circa res ipſius pu-
pilli ad pręfectũ vrbis vt puniatur,
remitti ſolet *d.l.1.in fin.de ſuſpect.tu-
tor.& d.§.ſolent. de offic.praefect. vrb.*
attento maxime, quia vt dicit Barto.
quod accuſatio ſuſpecti tutoris eſt,
quaſi publica Imola hic reſpondet,
quod ex quo principaliter agitur, vt
remoueatur ſuſpectus tutor, licet in
conſequẽtiam ob eius dolum & ver-
ſutiam debet remoueri: debet tamẽ
ſpectari id, quod principaliter agi-
tur. *l. ſi quis nec cauſam ſi cert. petat.*
Sed tu conſidera, quod textus, *in d.l.
non ſolum.* dum dicit, difficile eſt, po-
teſt intelligi id eſt, nullo modo audi-
tur procurator iuxta text. *in l.1.§.fin.
in verb. difficil. quando appell. ſit* &
iuxta gl. *in c. praeſentiã. in verb. diffici-
le de teſtib.* Et ita conſiderant etiam
Moder. *in d.c. veniens. col.12.* ſed tex-
tus non dicit, prout ipſi praeſuppo-
nunt, ſed ita cantat, ſed nõ fuiſſe per
procuratorem ſuſpectus accuſabi-
167 tur, quoniam † famae cauſa eſt, & ſic
non vtitur verbo, *difficile*, nec ibi
poteſt intelligi, id eſt nullo modo,
propter verba ſequentia tibi, *niſi cõ-
ſtet ei à tutore nominatim mandatum.*
& ſic illud verbum nõ facile videtur
excludere procuratorem generalẽ.
Et ratio, quare ibi requiratur ſpe-
ciale mandatum, eſt, quia agitur de
magno praeiudicio. Item textus ille
vult, quod vbi judex erat proceſſu-
rus omnino contra abſentem, quod
iſto caſu admittatur procurator ge-
neralis, alias ſecus: & ille textus eſt
multum menti tenendus ſecundum
Imolam hic; quod vbi agitur de cau-
ſa famae & aeſtimationis requiritur
ſpeciale mandatum, & ex illo textu
confunditur vna ratio Barto. hic di-
centis, quod ad publicum judicium
proſequendum non poteſt interue-
nire procurator, quia vnusquiſque
per ſe fidelius agit cauſam ſuam, nã
illa ratio ceſſat, vbi quis habet ſpe-
ciale mãdatum, quia comparet tan-
quam pica & organum ipſius Domi-
ni, nec poſſet fidelius agere quam
mandatum ſpeciale in forma adim-
plere. Nota etiam pro eo, quod dicit
Imola, hic quod vbi quis principali-
ter accuſatur, vt remoueatur tan-
quam ſuſpectus. licet in conſequen-
tiam poſſit puniri, cenſetur tamen
cauſa ciuilis, pro qua poteſt interue-
nire procurator. nam pro iſto dicto
facit gloſſa, quam ſumme notat An-
gel. *in d.l. non ſolum. §. ſi ſtatus.* vbi di-
cit † quod quando cauſa principali- 168
ter eſt famoſa, damnatus per procu-
ratorem eſt infamis; ſecus ſi princi-
paliter eſt pecuniaria, & in conſe-
quentiam eſt famoſa. Sic intelligi-
tur *l. furti. § ſi quis alieno. de infam.*
Et ratio eſt, quia ex quo principali-
ter cauſa eſt famae, ſi per interuentũ
procuratoris euitaretur infamia,

M jam

jam ſententia nullum operaretur ef-
fectum; ꝙ non contingat, vbi prin-
cipaliter cauſa eſt pecuniaria, quia fit
169 exactio ſaltem pecuniæ. Gloſſa *in* †
verb. procurator. diuiditur in quinq;
partes principales. In prima parte
declarat textum: in ſecunda adducit
concordantes ad hunc textũ: in ter-
tia format duas oppoſitiones contra
textum: in quarta quærit, an poſſit
conſtitui procurator in cauſa crimi-
nali ad vnũ articulum: in quinta for-
mat aliam oppoſitionem & eam du-
pliciter ſoluit. Secunda ibi, *& facit.*
Tertia ibi, *item cõtra.* Quarta ibi, *&
eſt argumentum.* Quinta ibi, *item cõ-
tra.* Ex prima parte huius gl. colligi-
tur concluſio, quod ſicut non poteſt
conſtitui procurator ex parte acto-
ris, ita non poteſt conſtitui ex parte
rei licet ex parte actoris dicatur pro-
prie procurator, ſed ex parte rei di-
citur defenſor. Sed iſte terminus ꝓ-
curatoris eſt latiſſimus, al. quando
enim capitur pro pręſide prouincię.
leg. 2. Cod. de jure fiſci. lib. 12. aliquan-
do procuratore. *l. ſi in emptione. §. fin.
de contrah. emp.* & pro tutore etiam
capitur procurator. *leg. in defenden-
te.* prout eſt *l. procurat. ff. de authorit.
tut.* Iſtud etiam verbum, *procurare,*
eſt latiſſimum, iuxta illud Apuleij:
*hunc enim equulum ſuum curioſe ni-
mis procurantẽ inueni,* & alibi inquit
Cato, *de re ruſtica*; eodem *modo ca-
teras arbores procur.* Et alibi inquit
Hieron. *cum Sathanas aliquem ſua
arte deceperit, & proprium ei jugum
impoſuerit, vltra ad vitiorum abun-
dantiã non procurat.* Et ſic apud Ca-
tonẽ ſumitur hoc verbum *procurare*
pro *ſuſtentare.* Apud vero D. Hiero-
nymum pro *ſtudioſe curare*, ſeu *in-
ueſtigare.* Et nõ abs re IC. aliquando
appellant negotiorum geſtorem ꝓ-
curatorem, vt eſt caſus *in l. ſi ego de
negot. geſt. & in leg. Plautius. ff. de pro-
curat.* Cui ſententiæ aſtipulatur Ci-
cero *in libro 1. de natura Deorum.*
dum dicit: *Sunt enim philoſophi, &
fuerunt, qui omnino nullam habere
cenſerent rerum humanarum procu-
rationem Deos.* Proprie tamen & ſtri-
cte dicitur procurator ſecundum
gloſſam hic, qui aliena negotia mã-
dato Dõmini gerit. *l. 1. ff. de procurat.*
Secunda colligitur concluſio ex hac
gloſſa ſecundum Imolam hic, quod
procurator † ex parte actoris non 170
admittitur ſine mandato: bene ad-
mitteretur, vbi eſſet dubium de mã-
dato, præſtita tamen cautione rati,
iuxta not. *in l. 1. C. de procur.* & debet
eſſe dubium de mandato, ſecundum
Imol. vbi ille qui aſſerit ſe eſſe pro-
curatorem, venit de longinquo, &
habet inſtrumenta Dn. facientia ad
cauſam, iuxta not. per Bartol. *in l. 3. §.
dua cauſæ. ff. de Carbon. edict.* & eſt
textus iuxta gl. *in c. coram de offic. de
leg.* ibi, *cum inſtrumentis eiuſdem ec-
cleſiæ.* Sed ille textus allegatus per I-
mol.

mol. non probat, quod ille clericus, qui habeat inſtrumenta eccleſiæ, erat tector ipſius eccleſiæ, nimirum ſi admittitur ad agendum. Item ſtat ſimul quod aliquis habeat inſtrumenta ad cauſam, & tamen illa ſubtraxerit; attento quia videtur ſpeciale in caſu *l. fi.* vbi gl. de *pact. connu.* vbi ſi marito ab vxore fuerunt tradita inſtrumenta bonorum parapher-nalium, præſumitur eidem conceſſa adminiſtratio. Pro reſolutione vide omnino Alex. *in d. l. 1. col. 3. de procur.* qui dicit, quod communis opinio eſt cum Imol. *hic & in c. 1. de probat.* & reſpondet ad *leg. fin. C. de pact. conuent.* quod ibi ex illa traditione ſequitur, quod maritus poteſt agere etiam non pręſtita cautione rati. Sed tu conſidera vltra alios *ibi & hic*, quia id, quod dicit Alex. poſt Pet. & Cyn. non videtur tutum, quia gl. allegata hic per Imol. *in d. c. coram de offic. delegat.* dicit, quod admittitur clericus, quia erat coniuncta perſona, & habebat inſtrumenta & tamen vt ibi fatentur Dd. communiter, fuit præſtita cautio rati. Item ad quid ponderare traditionem inſtrumentorum, vbi datur ſanguinis coniunctio inter agētem nomine alicuius, & ipſum cuius nomine agitur, quia hoc caſu ſufficit; quod ſit cōiunctus, qui admittitur pro coniuncto, cum cautione rati. Communis tamen eſt opinio, vt dixi, quod habens † inſtrumenta facientia ad cauſam principalem, admittatur ad agendum cū cautione rati: imo videtur, quod ſi poſſet probari inſtrumenta fuiſſe alicui à domino tradita, quod iſte poſſet agere etiam non præſtita cautione rati, quidquid ſentiat Imola hic &c. Alex. & cæteri *in d. l. 1. Cod. de procur.* Vbi n. quiſpiam inſtrumentum alicuius debiti mihi tradit, non eſt præſumendum; quod mihi tale debitum donare velit, *argum. l. cum de indebito de probat. & c. ſuper hoc de renunciat.* Ergo vt illa traditio aliquid operetur, præſumendum eſt, quod mihi † mandatum de exigen- 171
do tale debitum ſit, *argum. l. ſi quando. ff. de legat. 1.* Cogita ſuper præmiſſis. Circa contrarium *l. 3. C. de accuſ.* accommodantur per ſcribentes quā plures ſolutiones. Prima fuit ſolutio Matth. quod in caſu *dict. leg. 3.* quæ incipit, *Reos* erat lis conteſtata contra principalem, nimirum ſi procurator interuenire poteſt, hic vero §. procedit ante litis conteſtationem, quo caſu procurator dari non poteſt, & ratio eſt, quia poſt litem conteſtatam Dominus & non procurator eſt condemnatus. *leg. 2. Codic. de accuſat. & leg. fin. Cod. de iniur.* Sed ſi admitteretur procurator ante litem cōteſtatam, tum lite conteſtata cum ipſo procuratore non poſſet damnari ipſe Dominus, tum ante litem conteſtatam repellitur

Digitized by Google

procurator, vt ad definitiuam peruenire poſſit, ad quam non poſſet lite conteſtata cum procuratore, attento quod Dominus nõ poſſet damnari. Sed hanc ſolutionem improbant Salicet. & Moder. communiter *in d. l. reos.* & Imola ac cæteri hic. vt hic plura per eos, vltra quos videtur, quod potius ante litem conteſtatam deberet admitti procurator, vt declinatorias & dilatorias exceptiones poſſet proponere, quæ poſt litem conteſtatam opponi non poſſunt, vt habetur *in d. c. veniens de accuſat.* Secunda datur ſolutio ad textum *in d. l. reos.* quod ille text. loquitur in procurator, qui allegat cauſas abſentiæ, non autem cauſas cauſæ, & ita reſpondet gloſſa *in d. l. reos.* & Bartol. hic & iſta videtur melior ſolutio, quę dari poſſit. Tertia datur ſolutio, ꝙ ille textus debeat intelligi in illis caſibus, in quib. abſens poteſt damnari etiam, quod agatur de pœna capitali ſtricte ſumpta, vt in caſu *l. lege Cornelia.* §. *conſtitutiones. ver. ſed in ſeruos ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & in l. ne diu. C. de pœn. & in extrauag. Henrici Imperat. ad reprimẽdum.* In his ergo caſib. poteſt intelligi *in l. reos.* & hanc ſolutionem tenuit Dynus hic, & Jo. Andr. *in addi. ad Speculat.* & Innocent. *in cap. veniens.* & hæc ſolutio placet Imolæ hic qui ponderat textum *in lege ſeruum quoq;* §. *publice* ibi, *quemuis debere admitti*, qui textus innuit, quod ſi quis compareat cum mandato tanquam procurator, admittendus erit: ſi vero ſine mandato, tanquam defenſor: Sed poſſet replicari, vt ſupra dixi ad iſtum textum. Secundo mouetur Imola per textum *in extrauag. ad reprimendũ* ibi dicitur perſonaliter, vel legitime non comparuerit, quæ alternatiua, *vel*, innuit, quod in crimine læſæ maieſtatis, vbi abſens damnari poteſt, poſſit quis perſonaliter comparere, vel legitime, & ſic per procuratorem, & cum hac opinione tranſit Alexan. *in conſil. 116.* incip. *animaduerſis ſtatutis. col. 1. vol. 2.* poſt Cynum *in d. l. reos, in 3. quæſt. cum ſimilib.* de quibus per Hippolitum *in ſua practica car. 102. & in con. ſuo 60. col. 1. vol. 1.* & pro veritate pro iſta opinione videtur caſus in dicta *extrauag. ad reprimendum.* cui non ſatisfacit ſolutio Bartoli dicentis, quod ille textus, dum dicit, *perſonaliter* vel *legitime*, debet intelligi, quod compareat, ſi eſt ſingularis perſona ea, quæ deliquit perſonaliter, ſi vniuerſitas compareat per procuratorem iuxta *l. tam collator. Cod. de re milit.* nam ſi hoc voluiſſet dicere Imperator, facile expreſſiſſet: Sed replicari poteſt, quod ille textus neceſſario ita debet intelligi, ex quo ſupra dixi, ad hoc ſi communitas, corpus, vel collegium, vel alia quæuis perſona deliquerit. Quo caſu non eſt abſurdum, quod verba

verba ſequentia; *ſi perſonaliter vel legitime comparuerit*: recipiant interpretationem & declarationem à verbis pręcedentibus. *l. ſi ſeruus plurium in fin. ff. de leg. 1. & l. vtrum. de petit. hæredit.* dicunt tamen Modern. Sen. relatis dictis Imolæ hic formaliter *col. 31. q. 14.* quod opinio Imolę communiter recipitur, quæ tamen judicio meo non probatur, vt ſupra dixi *in d. §. publice.* nec *in d. extrauag. ad reprimendum.* nec dicant, quod intelligendo illud extrauagans, prout Imola intelligit, quod illa verba, *perſonaliter vel legitime* videantur pariformiter referri tam ad perſonas ſingulares quam ad vniuerſitates, quia dico quod iſta Ponderatio facit pro intellectu Bart. nam illud verbum, *perſonaliter comparuerit*, referri non poteſt ad vniuerſitatem, quæ non poteſt comparere perſonaliter; & ideo non poteſt fieri pariformis determinatio, & regula *leg. nam hoc jure.* procedit, vbi fieri poteſt pariformis determinatio, alias ſecus *leg. 2. ff. de offic. procurat.* Et ideo verior videtur opinio Bartoli, quod in his caſibus in quibus abſens poteſt damnari cauſis criminalibus, quod non poſſit interuenire procurator, tanquam procurator, ſed ſolum inſtructor ſeu informator ad allegandum cauſas abſentiæ, & ad informandum ſeu inſtruendum ipſum judicem, & hanc opinionem loquitur Salicet. *in dict. leg. reos.* & Dom. Anton. *in d. c. veniens* & hanc opinionem dicit eſſe communem illuſtris præceptor meus Jaſon *in l. 2. col. 3. C. qui teſtam. facer. poſſ.* vbi citat etiam Aretin. hanc opinionem tenentem, quæ opinio inconuincibiliter probari videtur hoc tex. qui loquitur etiam in caſu, in quo abſens poterat damnari, cui non ſatisfacit ſolutio Imolæ, vt ſupra dixi; & certe vbi crimen eſt graue, accuſatus vel inquiſitus ſi poteſt capi, ſolet in carcerem detrudi. *pen. & fin. C. de accuſ. & l. 1. 2. & ſeq. de cuſtod. reor.* & tamen illo caſu præſens poteſt condemnari. Et textus noſter ſimpliciter & abſolute dicit, quod procurator fruſtra interuenit in cauſa criminali. & idem dicitur *in l. an per alium cauſ. appell.* Secundo facit ſecundum Bart. quia in cauſa tanti præiudicij, prout eſt cauſa criminalis, † ex quo factum 172
procuratoris ſolet obeſſe Domino *l. non ſolum in princ. ff. de proc.* Ergo debemus dicere, quod debeat admitti tanquam inſtructor & defenſor, quia prodeſſe poteſt, non autem tanquam procurator, qui Domino nocere poteſt *c. 2. de confeſſ.* Sed huic rationi enititur reſpondere Imol. hic *in 8. col.* quod in cauſa tam grauis præiudicii non poterit nocere, niſi habeat ſpecialiſſimum mãdatum arguendo per locum à matrimonio ad caſum noſtrum. nam in † matrimo- 173

procurator, vt ad definitiuam peruenire poſſit, ad quam non poſſet lite conteſtata cum procuratore, attento quod Dominus nõ poſſet damnari. Sed hanc ſolutionem improbant Salicet. & Moder. communiter *in d. l. reos.* & Imola ac cæteri hic. vt hic plura per eos, vltra quos videtur, quod potius ante litem conteſtatam deberet admitti procurator, vt declinatorias & dilatorias exceptiones poſſet proponere, quæ poſt litem conteſtatam opponi non poſſunt, vt habetur *in d. c. veniens de accuſat.* Secunda datur ſolutio ad textum *in d. l. reos.* quod ille text. loquitur in procurator, qui allegat cauſas abſentiæ, non autem cauſas cauſæ, & ita reſpondet gloſſa *in d. l. reos.* & Bartol. hic & iſta videtur melior ſolutio, quę dari poſſit. Tertia datur ſolutio, ꝙ ille textus debeat intelligi in illis caſibus, in quib. abſens poteſt damnari etiam, quod agatur de pœna capitali ſtricte ſumpta, vt in caſu *l. lege Cornelia.* §. *conſtitutiones. ver. ſed in ſeruos ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & in l. ne diu. C. de pœn. & in extrauag. Henrici Imperat. ad reprimẽdum.* In his ergo caſib. poteſt intelligi *in l. reos.* & hanc ſolutionem tenuit Dynus hic, & Jo. Andr. *in addi. ad Speculat.* & Innocent. *in cap. veniens.* & hæc ſolutio placet Imolæ hic qui ponderat textum *in lege ſeruum quoq;* §. *publice* ibi, *quemuis debere admitti*, qui textus innuit, quod ſi quis compareat cum mandato tanquam procurator, admittendus erit: ſi vero ſine mandato, tanquam defenſor: Sed poſſet replicari, vt ſupra dixi ad iſtum textum. Secundo mouetur Imola per textum *in extrauag. ad reprimendũ* ibi dicitur perſonaliter, vel legitime non comparuerit, quæ alternatiua, *vel*, innuit, quod in crimine læſæ maieſtatis, vbi abſens damnari poteſt, poſſit quis perſonaliter comparere, vel legitime, & ſic per procuratorem, & cum hac opinione tranſit Alexan. *in conſil. 116.* incip. *animaduerſis ſtatutis. col. 1. vol. 2.* poſt Cynum *in d. l. reos, in 3. quæſt. cum ſimilib.* de quibus per Hippolitum *in ſua practica car. 102. & in con. ſuo 60. col. 1. vol. 1.* & pro veritate pro iſta opinione videtur caſus in dicta *extrauag. ad reprimendum.* cui non ſatisfacit ſolutio Bartoli dicentis, quod ille textus, dum dicit, *perſonaliter* vel *legitime*, debet intelligi, quod compareat, ſi eſt ſingularis perſona ea, quæ deliquit perſonaliter, ſi vniuerſitas compareat per procuratorem iuxta *l. tam collator. Cod. de re milit.* nam ſi hoc voluiſſet dicere Imperator, facile expreſſiſſet: Sed replicari poteſt, quod ille textus neceſſario ita debet intelligi, ex quo ſupra dixi, ad hoc ſi communitas, corpus, vel collegium, vel alia quæuis perſona deliquerit. Quo caſu non eſt abſurdum, quod verba

verba ſequentia; *ſi perſonaliter vel legitime comparuerit*: recipiant interpretationem & declarationem à verbis precedentibus. *l. ſi ſeruum plurium in fin. ff. de leg. 1. & l. vtrum. de petit. haredit.* dicunt tamen Modern. Sen. relatis dictis Imolæ hic formaliter *col. 31. q. 14.* quod opinio Imolę communiter recipitur, quæ tamen judicio meo non probatur, vt ſupra dixi *in d. §. publice.* nec *in d. extrauag. ad reprimendum.* nec dicant, quod intelligendo illud extrauagans, prout Imola intelligit, quod illa verba, *perſonaliter vel legitime* videantur pariformiter referri tam ad perſonas ſingulares quam ad vniuerſitates, quia dico quod iſta Ponderatio facit pro intellectu Bart. nam illud verbum, *perſonaliter comparuerit*, referri non poteſt ad vniuerſitatem, quæ non poteſt comparere perſonaliter; & ideo non poteſt fieri pariformis determinatio, & regula *leg. nam hoc jure.* procedit, vbi fieri poteſt pariformis determinatio, alias ſecus *leg. 2. ff. de offic. procurat.* Et ideo verior videtur opinio Bartoli, quod in his caſibus in quibus abſens poteſt damnari cauſis criminalibus, quod non poſſit interuenire procurator, tanquam procurator, ſed ſolum inſtructor ſeu informator ad allegandum cauſas abſentiæ, & ad informandum ſeu inſtruendum ipſum judicem, & hanc opinionem loquitur Salicet. *in dict. leg. reos.* & Dom. Anton. *in d. c. veniens* & hanc opinionem dicit eſſe communem illuſtris præceptor meus Jaſon *in l. 2. col. 3. C. qui teſtam. facer. poſſ.* vbi citat etiam Aretin. hanc opinionem tenentem, quæ opinio inconuincibiliter probari videtur hoc tex. qui loquitur etiam in caſu, in quo abſens poterat damnari, cui non ſatisfacit ſolutio Imolæ, vt ſupra dixi; & certè vbi crimen eſt graue, accuſatus vel inquiſitus ſi poteſt capi, ſolet in carcerem detrudi. *pen. & fin. C. de accuſ. & l. 1. 2. & ſeq. de cuſtod. reor.* & tamen illo caſu præſens poteſt condemnari. Et textus noſter ſimpliciter & abſolute dicit, quod procurator fruſtra interuenit in cauſa criminali. & idem dicitur *in l. an per alium cauſ. appell.* Secundo facit ſecundum Bart. quia in cauſa tanti præiudicij, prout eſt cauſa criminalis, † ex quo factum 172
procuratoris ſolet obeſſe Domino *l. non ſolum in princ. ff. de proc.* Ergo debemus dicere, quod debeat admitti tanquam inſtructor & defenſor, quia prodeſſe poteſt, non autem tanquam procurator, qui Domino nocere poteſt *c. 2. de confeſſ.* Sed huic rationi enititur reſpondere Imol. hic *in 8. col.* quod in cauſa tam grauis præiudicii non poterit nocere, niſi habeat ſpecialiſſimum mãdatum arguendo per locum à matrimonio ad caſum noſtrum. nam in † matrimo- 173

Digitized by Google

nio requiritur ſpecialiſſimum mandatum. *c. fi. de procur. in 6. & l. generali de ſponſal.* & ſic non poterit talis procurator reſpondere poſitionibus ſecundum Imol. niſi habeat ſpecialiſſi-
173 mum mandatum, ſicut etiã † requiritur in præſtatione juraměti de calumnia. *c. fin. de procur. in 6.* & traditur *in auth. & ſi principales. C. de juram. calumn.* Sed replicari poteſt, ꝙ licet ad iſta requiratur ſpecialiſſimũ mandatum, poteſt dici ex měte Bartoli, quod propter hoc lex non vult, quod ad tale crimen proſequendum nec generalis nec ſpecialis procurator dari poſſit, quia nõ debet abſenti obeſſe. Sed replicari poteſt ſecundũ Imol. quod videtur vtilius ipſi abſenti, quod negligentia procuratoris eidem noceat, quam, quod careat defenſione: ſicut in ſimili dicitur *in l. non ſolum. in fin. ff. de procur.* vbi quãdo prætor etiam abſente tutore eſt cogniturus de cauſa ſuſpecti tutoris, tunc debet admitti procurator etiã ſine ſpeciali mandato, quia melius eſt, & min⁹ malum, quod aliquis admittatur, quam quod nullo admiſſo procedatur: nam veriſimiliter melius veritas patefiet. Sed replicari
174 poteſt ex mente Bartoli hic, † quod judex ex officio ſuo poterit ab ipſo inſtructore ſeu defenſore quærere de innocentia Rei, iuxta *l. 1. in fin. de quæſt.* Item vtilius erit etiam ipſi abſenti, quod admittatur defenſor, qui tantum prodeſſe poteſt, non autem procurator. nam licet non poſſis cõſtitui procurator ab homine, qui ſolum prodeſſe poſſit, tamẽ à lege poterit dari aliquis defenſor, qui prodeſſe poterit, & non nocere. textus eſt vltra alios *in l. 1. & ſeq. C. de tut. & curat. qui ſatisd. non deb.* tradit Bart. *in l. tutor. qui repertorium in princ. de adminiſtr. tutor.* nam tutor accuſat nomine pupilli, & tamen non obligat eum ad pœnam talionis *l. 2. C. de accuſat.* Non obſtat text. *in l. non ſolum §. fin.* quia ibi nõ agitur de pœna corporis afflictiua, ſicut in caſu noſtro. Et profecto tu conſidera, quia veritas dependet ab hoc, an quod poſſit ferri ſententia contra abſentem, ſit inductum in fauorem vel in odium ipſorum abſentium: ergo non debet poſſe admitti pocurator; quia vt dicit Bartol. *in extrauag. ad reprimendũ* ſtatuta Italiæ permittunt abſentẽ propter cõtumaciam condemnari: ſed ſi poſſet comparere per procuratorem, non poſſet dici contumax, & ideo melius eſt vt Reipublicæ ſatisfiat, quod non agitetur cauſa criminalis per procuratorem, quia judex ex inſpectione in faciem & perſonã Rei, multa cognoſcere poterit, videlicet qua trepidatione, quo colore loquitur, vt *l. de minore. §. tortura. ff. de quæſt. facit l. 3. ff. de teſt.* & maxime ex verbis Rei reſpondemus, vt in *dictis juribus.* quę comprehendere ex

re ex verbis procuratoris non poteſt,cum ipſe innocens ſit, nec inſpicitur Rei præſentia, ex quo non reſpōdet *argum. l. in lege ff. de contrah. empt. & l. nec vlla. §. quod ſi quis. ff. de petit. hæredit. & leg. 2. §. furioſus. ff. de jure codicill.* Circa fin. gl. habens cō-
175 cluſionem ꝙ ad † teſtes producendos ſeu repetendos, vel ad alium articulum præter quam ad ſententiā, poteſt conſtitui procurator. Idem ſentit gl. ſecundum Imol. *in l. cuiuſdam*, per illum textum. *C. de accuſat.* vbi Dominus poteſt defendere ſeruum & interuenire pro ſeruo. Et ad hoc etiam Bart. *hic in 2. quæſt.* allegat gl. *in cap. liceat. de accuſat.* voluit allegare *in c. veniens. eod. tit.* Bartolus vero hic concludit, quod vbi Reus eſt incarceratus, quod tunc ad hos articulos poteſt procurator conſtitui. Et idem vult Bart. *in l. non ſolum de appellat.* & idem ſecundū Alexan. tenet hic Guido de Suſaria, & Odofred. quos citat Gand. *in tract. malefic. in rubric. 21.* qui volunt, quod pro carcerato poſſit conſtitui procurator, præterquā ad litem cōteſtatam, ſed difficultas conſiſtit in eo, quod dicit glo. an admittatur procurator ad producēdum teſtes probatorios vel reprobatorios, & communis reſolutio videtur eſſe ſecundum Imol. hic, quod in his caſibus, in quibus abſens nō poteſt damnari, tunc non debet conſtitui procurator ad aliquem articulum concernētem merita cauſæ. Salicetus vero *in dict. leg. reos.* indiſtincte tenet, quod non poſſit admitti procurator, nec ad producendum teſtes, nec ad reſpondendum in cauſa, nec ad aliquem articulum. Quæ opinio probari videtur in hoc textu, dum dicit, quod nec ad crimen publicum perſequendum, nec ad defendendum reum poteſt admitti procurator, cum ergo iſta omnia tendant ad perſecutionem criminis, & à quo remouetur genus, remouetur quælibet eius ſpecies, vt dicit hic Bartol. per *l. 1. §. 1. de ſuis & legit. hered. & l. ſi chorus. ff. de lat. 3.* & ſuadetur hæc opinio, quia videtur ſpeciale in caſu *l. in fin. de iniur.* Ego ſum huiuſce ſentētiæ, quidquid ſentiant Moder. *in d. c. veniens.* poſt Imolam hic, quem formaliter ſequuntur, quod ſiue abſens poſſit damnari, ſiue nō, quod nullo modo poſſit conſtitui procurator, nec ad producendum, teſtes probatorios vel reprobatorios, vt hic gl. loquitur, minus ad petendū, quia in hiſce articulis totū pondus cauſæ videtur conſiſtere. nec pro iſta facit text. *in l. ſi cuiuſdam* quia ibi admittitur Dominus ad defenſionem ſerui pro ſuo intereſſe pecuniario, prout *in lege ſeruus. & in l. ſciendum dig. eod. tit. & in l. Lucius de appellat.* & tradit Bart. hic *in 4. col. verſ. item oppono.* eodem modo poteſt interuenire abbas pro mona-

Digitized by Google

monacho,&pater pro filio.Non videtur ergo tenenda diſtinctio Imolæ & Moder. Senen. *in d. c. veniens.* qui faciunt differentiam, an abſens poſſit condemnari, & tunc interuenire procurator: ſecus ſi non poteſt; quia iſte textus loquitur etiam, vbi ſententia poteſt ferri in abſentem,& textus *in leg.1.quand.cauſ.per alium.* videtur etiam loqui indiſtincte, & militat ſemper illa ratio potiſſima, quod prohibetur cõſtitutio procuratoris ratione maximi præjudicij, attento maxime, quia videtur ſpeciale in caſum *l.non tantum de appellat.* quod admittatur procurator ad appellandum pro incarcerato. De quo tamen dic, vt dixi ſupra. Poſſet tam ſic ſub diſtingui, quod in his caſibus in quib. abſens damnari poteſt,ſi permittitur procurator in his articulis, in quibus non poteſt magnum præiudiciũ ipſi principali, vt ad producendum capitula probatoria, ſed non ad reſpondendum poſitionibus nec ad ponendũ, vt volunt Cynus&Salic.*ind.l.reos:*quia ponens
176 videtur † fateri contenta in poſitionibus:ſecus eſt in illo qui articulat.*c.1.& ſeq.de confeſſ.*ſed non poterit interuenire nec ad litem conteſtandã, nec ad alios actus ſubſtantiales judicij tangentes examinationẽ criminis de quibus *in l 2.& l.fi.C. de accuſ.* Item poteſt interuenire procurator ad aliqua præparatoria, quæ fiunt ante litem conteſtatã de quibus *in l. denunciaſſe §. ſi per procuratorẽ.ff. de adult. & in l.etiã §.plures.de manum. vindict.*& ratio eſt in dictis præparatoriis, quia non poteſt multum obeſſe ipſi principali.Circa primã quęſtionem Bart.extra glo.elici poſſunt duæ concluſiones.Prima ſit concluſio,quod pro homicidio † poteſt im- 177
poni pœna pecuniaria. De qua concluſione vide plene Alex. *in l. 1. quod quisq; jur.* vbi plura ſcripſi & Barb.*in c.fin.col.6.de conſuet.* Secunda ſit cõcluſio,vbi pro homicidio † imponi- 178
tur pœna pecuniaria, quod poſſit interuenire procurator. Et eſt aduertendum ſecundum Imolam, *col. 10.*quod vbi procrimine venit imponẽda pœna pecuniaria de jure communi, licet in ſubſidium poſſit imponi pœna corporalis, poteſt tamen interuenire procurator. *l.1.ff. an per alium cauſ.appell.& l.2. C. de procur.* nec conſideratur quod per accidens & in ſubſidiũ poſſit pœna pecuniaria in corporalem commutari, iuxta *l. ſi quis id quod. §. in ſeruos. de juriſdict.omni judic.& leg.fin.de in ius vocan.& cap. finẽ litibus. de dolo & contumac.*quia debeat cõſiderari † cau- 179
ſa originalis, non autem accidentalis,*l.3.§. qui habet ff. de tutel.*& debet ſpectari id quod principaliter agitur.*l.ſi quis nec cauſam ff.ſi cert.petat.* ſed à primordio tituli poſterior formatur euentus. Et hæc eſt communis

nis omnium opinio, vt Moder. dicunt *in d.cap. veniens. col. 10.* & facit pro hac opinione *l. non ſolum. in fin. de procurat.* vt in cauſa ſuſpecti tutoris poteſt interuenire procurator. Sed huic cõcluſioni obſtat id, quod Bald. dicit *in dict. l. reos. verſ. quaro quid in pœna arbitraria. C. de accuſ.* vbi quando pro crimine imponitur pœna arbitraria ſiue à lege, ſiue à ſtatuto, licet actu crimen ipſum non ſit capitale: ex quo tamen potentia poteſt effici capitale, iuxta gloſſ. *in §. in ſumma. inſtitut. de iniur.* quæ vult, quod judex poteſt arbitrari vſque
180 ad mortem, tale † crimen cenſetur capitale, & non poteſt interuenire procurator, augetur difficultas. nam quia pro injuria poteſt imponi pœna ſupra relegationem, tale crimen cẽſetur capitale *l. ſin. ff. de iniur.* Dic pro reſolutione, quod id quod dici-
181 tur † quod ille qui non habet in ære, luat in corpore, procedit in debitore, qui laborat inopia. Item in debitore, eo inuito, non poteſt commutari pœna pecuniaria in corporalẽ, ſecundum Bald. & Alex. *in l. fin. de in ius vocand.* nec eſt præſumendum, quod velit eligere pœnam corporalem, & iſte malus euentus non debet conſiderari *l. inter ſtipulantem §. ſacram. ff. de verb. obligat.* & iſtud, quod qui non habet in ære, luat in corpore, eſt quoddam jus extraordinariũ, quod non debet haberi in conſideratione. *l. Seio. §. medicus. de annuis legat.* quia præſumptio nõ eſt, quod reus efficiatur non ſoluendo. *l. ſi defunctus. C. arbitr. tutel.* Secundo eſt aduertẽdum, ꝙ aliquando imponitur pœna pecuniaria ex delicto virtute ſtatuti: pro quo tamẽ à lege cõmuni pœna pecuniaria imponebatur, & tunc dic, prout ſupra dictum eſt. Tertio aduertẽdum eſt ſecundũ Barto. hic, ꝙ vbi pro homicidio imponitur pœna pecuniaria, quod ex parte Rei poteſt interuenire procurator, quia vbi venit imponenda pœna pecuniaria ꝓ homicidio, ceſſat ratio prima prohibitiua cõſtitutionis procuratoris, de qua hic per gl. ceſſat etiã alia ratio aſſignata per Bart. *in extrauag. ad reprimendum in verb. legitime* nã ſi ꝓcurator ad pœnam pecuniariã condemnabitur, illam repetet, quod non eſt, vbi pœna corporis afflictiua poſſet imponi. Ceſſat & alia ratio aſſignata hic per Bartol. ac fere omnes rationes, quas ſupra dixi, ceſſare vidẽtur, & opinio Bartoli hic eſt communiter recepta; hanc tenent Bald. Salicet. & communiter cæteri *in d. l. reos. C. de accuſa.* & D. Anton. & communiter Canoniſtæ *in d. c. veniens.* Eſt verum, ꝙ Guido de Suzaria *in l. ſeruum quoq;. §. public.* amplectitur ſententiam contra Bartol. hic, & dicit ſe vidiſſe judicari pro & contra, & mouetur primo per hunc textum qui generaliter loquitur,

tur, quod in publico judicio procurator conſtitui non poſſit, ſed reſpõſio colligitur per locũ à ceſſante ratione *huiuſce §.* Ergo ceſſat eius diſpoſitio. *l. adigere §. quamuis. de jure patronat.* attento maxime, vt ſupra diximus, quia pro crimine publico, pro quo pœna pecuniaria imponitur, non datur procurator. Secundo mouetur Guido de Suzar. nam licet pro homicidio imponatur pœna, origine tamen eſt delictum publicũ: ergo ſpectãda eſt origo. *l. 3. C. ad SC. Macedon. & l. ſi procurator. ff. mandati.* & ideo dicit textus *in l. clam poſſidere.* vbi origo poſſeſſionis ſpectanda eſt, vbi Iaſon. *in 6. notab.* infert ad plures quæſtiones: ſuadetur ſecundum Guido de Suzar. quia pœna ſuc-
182 cedens † in locum alterius pœnę debet ſapere eius naturam. *l. ſi donator. §. ſi ſponſus. ff. de donat. inter vir. & vxor.* ſed reſponderi poteſt, quod id quod dicitur, quod origo ſpectanda eſt, procedit, vbi accedens naturæ non contradicit: alias attenditur accidens, non autem originalis natura, vt Bartol. dicit *in leg. 3. § qui habet. de tutel. cũ ſimilib.* de quibus per Alex. *in l. ſi quis poſthumus. digeſt. de liber & poſthum.* & tradunt Cyn. Bald. & Paul. de Caſtro *in leg. ſi eadem.* vbi dixi. *ff. de offic. aſſeſſor.* & ideo dicit Bartol. *in l. 2. §. hac actio. ſi quis teſtam. liber. eſſe iuſſ. fuerit.* quod id quod dicitur, quod ſubrogatum ſtat in natura ſui principalis, procedit quando ſubrogatum non tranſeat in aliam rem alterius naturæ facit *leg. cum fundo. §. ſi fundus. ff. de iur. dot.* melior eſt ſolutio, quod in ſubrogatione ceſſat ratio prohibitiua conſtitutionis procuratoris. Sed huic cõcluſioni aliud eſt, quod fortius obſtat. nam vt Bartol. dicit *in leg. 1. ff. de vi bonor. raptor. per leg. quoties. ff. de Actio. & obligat.* 183
vbi à ſtatuto † pro homicidio imponitur pœna pecuniaria, non videtur receſſam à pœna juris communis. Et fuit opinio originalis Vbert. de Bob. *in lib. cauillationum.* & Ioh. de Deo, quos citat Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. in rubric. de furt.* ad quã allegat tex. *in l. 1. 2. & ſeq. ff. de arbor. furtim cæſar.* Tu dic, quod contraria opinio eſt verior, quod imo videatur receſſum à pœna juris communis, quæ probari videtur *in l. 2. ad l. Aquil.* vbi late Flor. per illum textum, & ita tenent communiter antiqui, *in l. ſepulchra. Cod. de ſepulch. viola.* quo caſu cum non ſit in poteſtate judicis imponere pœnam corporalem, aut pecuniariam, poterit interuenire procurator, ſed pę ſuppoſito quod ſit in electione judicis imponere aut pœnam corporalem aut pecuniariam. Dico quod ſpectanda erit forma libelli accuſatorij & eius concluſio, quæ ſi cõcludat ad pœnam corporalem, habebit locum *§. videtur.* ſecus ſi ad pecuniariam: in caſu

caſu vero dubio poteſt id dici, quod dixi ſupra de actione injuriarum. Quarto aduertẽdum eſt, in quantũ Bartol. concludit, ꝙ vbi pro delicto imponitur pœna pecuniaria, ſi tale
184 delictum eſt publicum, poteſt † interuenire procurator ex parte accuſatoris, ſecundum diſtinctionẽ *leg. ſi cui. ff. de verb. ſignif. & licet. ff. de procurat. & in l. in populari. ff. de pop. action.* nam ex quo judicium publicũ tendit ad vindictã publicam, & quilibet de populo poteſt agere ad crimen publicum perſequendum, poteſt interuenire procurator, quia ipſe procurator conſtitutus eſt ita Dominus accuſationis ſicut ipſe conſtituens, ideo lite conteſtata poteſt ꝓcuratorem conſtituere, & h.e. quod dicit text. *in l. quod populari actione. ff. de popul. action.* quod ille qui con-
185 uenitur † actione populari ad defendendum procuratorem dare poteſt, ſed agens non poteſt niſi poſt litem conteſtatam. Sed iſta opinio Bartoli videtur tuta ſimpliciter loquendo, quia text. *in d. l. licet.* vult, ꝙ vbi quis agit pro intereſſe ſuo, vel ſuam & ſuorum injuriã proſequitur, quod poſſit conſtituere procuratorem etiam ante litem conteſtatam. Item in publicis judiciis non poteſt, etiam poſt litem conteſtatam interuenire procurator. niſi dicas, quod illud eſt verũ, vbi imponitur pœna corporis afflictiua. Secundo prædictis obſtat, & videtur, quod etiã ex parte accuſatoris poſſit interuenire procurator, ſicut ex parte Rei. Primo, quia in judiciis ſeruanda eſt ęqualitas *l. fi. C. de fruct. & liti expenſ.* & per regulam *l. non debet actori. ff. de reg. iur.* ſed datur ratio diuerſitatis, quæ colligitur ex *d. l. quod populari actione. ff. de popul. actio.* Tertio obſtat, quia videtur
† quod vbi ſtatutum pro delicto pu- 186
blico imponit pœnam pecuniariam ꝙ deſinat eſſe delictum publicum, vt probari videtur *in l. 2. ff. de cõcuſſ.* ſecundum vnũ intellectum gl. quam ibi Bart. refert. Sed ad iſtum textum reſpondet Bart. *in l. 1. col. 4. v. ſed contra hoc. eod. tit.* quod aliquando ſtatutũ imponit nouum nomẽ ipſi delicto, vt quia falſitati imponit nomen concuſſionis, & iſto caſu damnatus ex tali delicto, quod deſinit eſſe publicũ, non efficitur infamis, & in tali delicto, pro quo imponitur pœna pecuniaria, poteſt conſtitui ꝓcurator; aliquãdo vero per ſtatutum vel legẽ nouam pœna publici judicij tãtummodo alteratur, remanẽte tamen nomine delicti, vt quia ꝓ homicidio imponitur pœna pecuniaria, vt hic Bart. dicit & iſto caſu nõ deſinit eſſe delictum publicũ. Et iſtud probatur ſecũdum Bart. *in d. l. 2. col. 3.* nã hodie alterata eſt pœna *l. Iul. de adult.* & tamen nõ deſinit eſſe delictum publicũ *l. quãuis. C. de adult.* & idẽ probatur *in l. ſi quis hoc genus. C. de epiſc. &*

 cleric.

cleric. juncta *authentica* ibi poſita. In caſu ergo Bartoli hic, licet pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, tamen tale crimen non deſinit eſſe publicũ, & iſto ſecundo caſu procedit id, quod dicit Bart. hic quod vbi quis vult accuſare homicidam ex lege publicorum judiciorũ, non poteſt ante litem conteſtatã conſtituere procuratorẽ ſecus poſt, niſi proſequatur propriam injuriam ratione proprij intereſſe: vt ſupra dixi, & cum Bartolo tranſit Dn. Anton. *in d.c. veniens.* & communiter ſcribentes & Feder. de ſen. *in conſ. 208.* cogita ſuper pręmiſſis. Circa ſecũdam quę-
187 ſtionem Bartoli, † an vbi in defectũ pœnæ pecuniariæ imponitur pœna corporalis poſſit interuenire procurator, vt puta ſtatutum dicit, quod pro homicidio quis puniatur pœna 100. librar. quam ſi non ſoluerit infra menſem, afficiatur pœna capitis; & Bartol. diſtinguit aliquos caſus. Primus caſus eſt, vbi imponitur pœna capitalis ex *eadem lege*, & tunc nõ poterit interuenire procurator, quia pœna nõ ſoluta remanet caput in obligatiõne. *l. 1. §. item ſi ita. ff. ad leg. falcid.* facit *l. obligationum fere §. fin.* Secundus caſus eſt ſecũdum Bart.
188 quando † in defectu pœnæ pecuniariæ lex mandat per officium judicis imponi pœnam capitalem, & tunc non eſt crimen capitale, & max me quando hoc exprimitur à lege. *l. quicunq; C. de ſeru. fugit.* Tertius caſus eſt, quãdo pœna à lege impoſita augetur, & iſto caſu, vbi augetur pœna nõ ex illa lege, quæ originaliter pœnam imponit, & tunc ſpectari debet illa prima pœna ad cognoſcendum, an ſit capitalis, vel non capitalis, vt probari videtur *in l. ſi quis iniuria ff. de iniur. & in leg. 1. de in lit. iurand.* Quartus caſus eſt, vbi pœna primo loco impoſita non nouatur per ſecundam, ſicut in primo caſu, ſed ſtatutũ dicit, facienti tale delictum imponatur talis pœna, quam teneatur ſoluere infra 10. dies: & ſi non ſoluerit infra 10. dies, puniatur in quarto pluris, nam ex quo ſtatutum diſpoſitiue loquitur, quod condemnatus teneatur illam ſoluere infra 10. dies, illud quartum plus conſiderari non poteſt, vt pœna delicti, ſed eſt pœna contumaciæ; ſi non ſoluat, ſecus tamen eſt, vbi ſtatutum loquitur conditionaliter, vt quia dicit, ſi quis cõmiſerit falſum, puniatur tali pœna, quam ſi non ſoluerit infra 10. dies puniatur in quarto pluris, nam illud quartum plus cenſetur pœna delicti qualificati, quia ſi iſte condemnatus non ſoluat infra 10. dies, non debet in aliqua contumacia. Circa ſuos primos caſus aduerte ſecundum Ioh. de Imol. *in d. l. 2.* quia videtur, ꝙ Bartol. imponat legem verbis, & non rebus, contra *l. 2. C. commun. de legat.* quia regula tuta eſt, quod nõ curamus de modo,

modo, dummodo ſequatur effectus. Ex quo n. vtroq; caſu loco pœnę pecuniariæ ſubrogari videtur ipſa pœna capitalis, debet judicari crimen capitale, ex quo pœna capitalis ꝓ eo imponi poteſt, *arg. l. ſufficit. de cõdit. & demonſtrat.* nec probãt aliquid jura allegata per Bart. & primo text. *in l. 1. de in litẽ jurand.* quia ibi ob contumaciam non reſtituentis augetur cõdemnatio. Hoc n. eſt, quod ibi dicit textus: non n. pluris fit ꝑ hoc, ſed ex contumacia æſtimabitur vltra ei⁹ pretium: ſed in caſu noſtro pœna capitalis ſiue imponatur à lege, ſiue ſit imponẽda à judice, quia lex hoc expreſſe dicit: vtroque caſu videtur, ꝙ ex quo crimen poteſt eſſe capitale, quod non debeat interuenire procurator. Nec aliquid faciunt *l. quicunq; & l. ſi quis iniuriam.* quia ibi ſecundum ordinatã & regulatam diſpoſitionem nõ erat imponenda pęna corporalis, ſed extra ordinem & in ſubſidium, & talis malus euentus ſpectari nõ debet. Sed Imola & Moder. *in d. c. veniens.* qui eum formaliter ſequuntur, non reſpondent rationi Bartoli, quia vbi imponitur pœna cẽtum librarum, & ſi non ſoluerit infra 10. dies, puniatur capite illico, quod eſt contumax talis obligatio cenſetur nouata & transfuſa in pœnam capitis. *l. obligationum fere §. fin.* ſecus tamen eſt, vbi lex mandat ſolui; & ſi non ſoluat, imponit iudici, vt ipſum delinquentem pœna capitis afficiat, quia iſto caſu nõ eſt facta nouatio ipſo jure, quandoquidẽ eſſet poſſibile, vt judex ipſe illam pœnã non imponeret, nec eſt verum id ꝙ dicunt Imola & Moder. quod iſte caſus, vt quis efficiatur nõ ſoluendo, vt luat in corpore, non debeat ſpectari, quia malus euentus ad prouidendũ, ne judicium reddatur eluſoriũ, ſpectandus videtur. *l. generaliter. §. ſi quis ſeruo pignori dato. ff. de fideicom. libert.* Pro reſolutione dictorũ Bart. *in d. l. 2.* conſiderãdi ſunt aliqui caſus. Primus caſus eſt, vbi à ſtatuto venit imponenda pœna alternatiue pecuniaria vel capitalis tunc dicitur crimen capitale, vt Bart. dicit *in d. l. 2.* quia in diſpoſitione alternatiua vtrumq; eſt in obligatione. *l. cũ illud. ff. quando dies legat.* & ideo vbi in vna parte alternatiue eſt res diuidua, & in altera indiuidua, tota obligatio cenſetur indiuidua. Nec mihi placet id quod dicit Imol. hic, dum ait: ꝙ autem eſt electio judicis, & tunc erit capitale. Idem eſt, quãdo erit electio Rei, antequam eligat, quia dico ꝙ vbi imponitur pœna pecuniaria vel alia corporalis, quæ quidem corporalis eſt valde diſproportionabilis, credo, quod nõ poterit eligi illa pœna corporalis, ſed tãtum pecuniaria, *argum. l. ſi de interpretat. ff. de pœn.* & regula, *in pœnis. de reg. iur. in 6.* & per conſequens poterit interuenire ꝓcura-

curator. Secundus caſus eſt, vbi pro delicto pœna pecuniaria & corporalis imponitur, vt quia ſtatutum dicit; ſi quis fecerit furtũ, puniatur pœna dupli & fuſtigetur. nam iſto caſu nõ poterit interuenire procurator; & concludẽdum eſt, non quia illa qualitas, ꝙ fuſtibus cædatur, quæ nocet, ſpectari debet *leg. cum vir de vſucap. pro l. dona. & l. ſi quis in graui. §. fin. ad SC. Syllan.* & ita concludunt Moder. Senen. *in d. c. veniens. col. 17.* & vltra eos facit pulcher textus *in l. Pedius. §. 1. de arbitr. & in l. 2. §. à pupillo. ff. de vſucap. pro empto. cum ſimilib.* de quibus per Felin. *in c. 1. col. fin. de except. & in c. 1. col. 5. de re iudic.* Tu vero dic, ꝙ hic attẽditur pœna fuſtigationis, non vt noceat, prout dicunt Senenſ. ſed vt proſit. Et ſic vt judiciũ valeat, quo caſu quando concurrunt duæ cauſæ, vna quæ nocet, & altera quæ prodeſt: Si illa quę prodeſt, tendit ad validãdum actum, illa ſpectanda eſt. Ita tenet Iaſ. poſt gl. ibi *in l. ſi mater. col. 3. C. de inoffic. teſtam.* In hoc caſu igitur attenditur cauſa quæ nocet, quia reſpicit validitatẽ judicij. Tertius caſus eſt, vbi ſtatutũ dicit, ſi quis commiſerit tale delictum, plectetur pœna amputationis pedis, & ſi non ſoluat infra menſem cẽtum. nam ex quo pœna amputationis pedis eſt in obligatione, & pœna centum eſt in facultate ſoluẽdi, ſine dubio non poterit in tali crimine conſtitui procurator, cũ pœna corporalis ſit in obligatione, & pœna pecuniaria in facultate ſoluendi. Facit pulcher text. vltra alios *in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decẽ in mille. ff. de fideiuſſ.* Quartus caſus eſt, vbi ſtatutũ dicit, ſi quis cõmiſerit tale delictum, puniatur pœna centũ, & ſi non ſoluat infra menſem, amputetur ſibi manus, & Bart. cum quo tranſeunt cæteri *hic, & in d. l. 3. eod. tit.* concludit, ꝙ non poterit interuenire procurator, ꝓpter dubiũ: arbitrarer tamen ꝙ ſi accuſatus pręſtaret fideiuſſionẽ de ſoluendo pœnam pecuniariã, quod poſſit interuenire procurator, eodem modo ſi aliquis procuratorio nomine interueniret ſub conditione, ſi cõdemnatus ſoluat pœnã pecuniariam, alias habeatur pro non admiſſo. Et ita dicunt præfati Modern. *in d. c. veniens.* ſed illa cautela mihi non placet propter fragilitatem cautionis, vt vtar verbis Pauli *in l. qui ita §. 1. ff. ad SC. Trebell.* mihi non placet etiam ꝙ admittãtur ſub cõditione, quod ſi imponetur pœna corporalis, ꝙ habeatur ꝓ non admiſſo *arg. l. actus legitimi. ff. de reg. iur.* attẽto etiã quia hoc modo judiciũ poſſet reddi eluſoriũ, quod non eſt dicendum *arg. l. ſi prætor. ff. de jureiur.* Circa 2. quæſtionem Bartoli, ꝙ ſit officiũ excuſationis, elici poſſunt plures cõcluſiones. Prima ſit concluſio † quod ad allegan- 189
dum cauſas neceſſarias, quæ ipſum Reum, velit nolit, impediũt venire, admittatur quilibet, & ſine mandato

etiam

etiam ſine ſatisdatione rati. Quilibet ergo tam maſculus, quam fœmina, maior ſiue minor poteſt comparere ꝓ abſente, ad allegandum quod eſt infirmus, incarcerat⁹, vel alio impedimento neceſſario impeditus, quia iſta eſt allegatio meri facti; imo etiã infans admittitur, vt hic per Bald. poſt Innocẽt. *in d. c. veniens.* licet regulariter non poſſit eſſe in judicio. *l. quos prohibet. ff. de poſtuland.* & facit *l. non ſolũ. ff. de procur.* & cum Bartolo hic tranſeunt Innocent. Io. Andr. D. Anto. Abb. & Moder. *in d. c. veniens.* & idem Speculat. *in tit. de procur. v. 10. & in tit. de accuſat. verſ. ſi autem.* Amplia primo hanc concluſionẽ, vt etiam procedat, quando Reus eſt citatus, & quis defenſorio nomine cõparet, & allegat cauſas neceſſarias abſentię, admittitur etiam ſine ſatiſdatione de præſentando ipſum abſentẽ ceſſante impedimẽto neceſſario, ita tenẽt Guido de Suzar. & Bald. *in d. l. ſeruũ quoq;. §. publice. ff. de procurat.* mouetur per textum *in l. ſi cõſtante. §. quoties. ff. ſolut. matrim.* Et ſequitur Modern. *in d. c. veniens.* vt ſupra dixi. Ratio eſt, quia allegans
190 cauſas abſentiæ † non poteſt condemnari, nec contra eũ fieri executio, & ideo non tenetur cauere de judicatum ſoluendo, minus de præſentando ipſum Reum *l. liberto. in fin. de procur.* Secundo ampliatur iſta concluſio, vt etiã procedat, dato quod ſtatutum diceret † ꝙ lapſo termino 191
banni nõ recipiatur aliqua defenſio, nam hoc caſu etiam poterit allegari neceſſaria, & ꝓbabilis cauſa abſẽtię, ita dixit Bald. *in d. §. public. col. 7.* ſubdit tamen, ꝙ hæc non ſeruant aſſeſſores, quia ſtatuta ſunt multũ præciſa, ꝙ nulla defenſio admittatur, & quod talis poſſit in banno lapſo termino habeatur pro confeſſo, & cum ſtatutũ fingat eum confeſſum, contrafictionẽ probari nõ poteſt, *l. ſiue poſſidetis. C. de probat.* Verumtamen quia defenſio † eſt de jure naturali, 192
ſicut non poteſt tolli per principem *clem. paſtoralis. §. fin. de reiudic.* multo minus debere poſſit tolli ꝑ ſtatutũ facit *l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re milit.* quo fit vt ſaltem ope reſtitutionis in integrũ debet admitti. *l. fin. de in integr. reſtitut.* Imo videtur, ꝙ reſtitutione in integrum admittendus ſit talis excuſator, quandoquidem non poſſit dici contumax, attento quod neceſſaria & probili cauſa fuit impeditus comparere, & ſtatutum denegans defenſionem elapſo termino banni, videtur intelligendũ de plena defenſione, non autẽ de iſta, per quã adparebit bannitũ non fuiſſe contumacẽ. Secunda colligitur concluſio, ex dictis Bartoli, ꝙ ad allegandum
† excuſationes ꝓbabiles, quod Reus 193
nõ poteſt venire, quia in loco habet inimicitias, vel quod itinera nõ ſunt tuta, iuxta *l. de ætat. ff. ad SC. Trebel. & l.* ſcien-

Digitized by Google

ſciendum. §.1. de legat. nõ admittitur excuſator ſine mandato. Et eſt communis Dd. ſententia, vt hic per Imolam & alios cõmuniter, & *in d. c. veniens.* & poteſt etiam exemplificari iſta concluſio non ſolum, vbi accuſatus vel inquiſitus citantur ad locũ non tutum, ſed etiam vbi citãtur eo tempore, quo itinera non ſunt tuta, vt tradit Oldrad. *in conſil. 48.* incip.
194 *quaeritur.* Idem eſſet, vbi citaretur † ad locum peſtiferum, *argum. text. in leg. 2. §. penult.* ibi. *vel aliqua fortuita calamitas. ff. ſi quis caut.* per quẽ textũ fuit excuſatus Gregor. XII. quod ad concilium Piſanum nõ acceſſerit,
195 quia locus † ad quem quis citatur, debet eſſe ſecurus non ſolũ pro Reo, ſed pro teſtibus, aduocatis & aliis pſonis neceſſariis. *cap. ſiue de coniugij 23. q. 2.* Idẽ eſſet, vbi quis citaretur ad locum in quo timeret non poſſe cõſequi juſtitiã propter potentiam aduerſarij ſui, vt declarat Angel. *in diſputat.* incip. Bon. *dubio 4. & 5.* & facit text. *in c. ſtatutum §. cum autẽ: de reſcript. in 6.* Ad vnũ aduerte vltra An-
196 gel. quod Reus † citatus non excuſatur à cõtumacia propter hoſtilitatẽ, quę fit in territorio vnde habet trãſire, ſi tranſeũtes p illa loca ſunt ſoliti obtinere ſecuritates, quia eſt in culpa ipſe hoc idem non petẽdo, & prò iſta concluſione facit text. *in l. quibus diebus in princip.* vbi Bald. *de condit. & demõſtr. & in l. ſed & ſi per praetorẽ.* *§. ait praetor. ex quib. cauſ. maior.* quae dicit ꝙ impedimentũ † quod de faci- 197
li poteſt remoueri, non eſt juſtũ impedimentũ & ſecundum Moder. *in d. c. veniens. col. 37.* poſt Angel. *in d. diſputa.* incip. *Bononienſ.* ſi accuſatus vel inquiſitus citatus ad locũ nõ tutum, vbi haberet inimicitias capitales, excuſaretur, non comparens, eodem modo ſi concedens † ſaluũ conductũ 198
eſſet tyrannus, vel non ſoleret fidem datam obſeruare, quia hiſce principibus non eſt credendũ. Sed iſta cõcluſio ita declarata ſecundum Bald. & Imolam non videtur tuta, & videtur quod imo poſſit quilibet etiam ſine mandato adducere ſimiles cauſas probabiles, quod nõ eſt tutus acceſſus, quia negari non poteſt, quod huiuſcemodi cauſae nõ ſint nedũ juſtae, ſed etiã juſtiſſimae, vt dicunt jura per Bartol. adducta *in d. l. de aetate. ad SC. Trebell. & l. ſciendũ §. 1. ff. de legat.* attento maxime, quia non eſt pręſumendum, ꝙ citatus † ad locum non 199
tutũ, vbi habet inimicos capitales, velit ſe committere capitalibus inimicitiis, etiamſi haberet literas ſalui conductus, vt probari videtur *in c. accedẽs. el. 2. vt lit. non conteſtat.* Suadetur etiam iſta opin. vltra Bald. & Imol. per iſtum textum qui dicit, quod excuſationes abſentium ex ſenatuſconſulto judicibus allegantur: & clarius per textum *in d. §. publice.* q dicit: *Publice intereſt abſentẽ à quibuſtun-*

buſcunque defendi. facit *l. Reos. C. de accuſat.* quæ jura adducit Angel. *in diſputat. ſua.* incip. *Bononienſis. dubio 7.* pro qua etiam facit duplex ratio. nam vbi quis citatur ad locum non tutum, vel peſtiferum, & non compareat, præſumptio eſt, quod non velit ſe committere in manus inimicorum ſuorum ; non autem quod hoc faciat voluntariè. attento quod
200 contumacia † ſonat in delictum, vt gl. dicit *in l. filius. de interrogat. action.*
201 & delictum † non præſumitur niſi probetur, *l. quoties. §. qui dolo de probat.* Vltimo ſuadetur hæc opinio contra Bartol. & communem agendo per locum à vero ſimili. nam nul-
202 lus eſt ita inſipidus † qui non cupiat cruciatum corporis, vel mortis periculum declinare. Vbi ergo quis hujuſcemodi periculum allegat, præſumendum eſt, quod citatus vtiliter geſtum ratificabit. *argum. l. ſi pater. de donat.* dum dicitur, merces enim eximij laboris appellanda eſt, quod contemplatione ſalutis certo modo extimari non placuit: aut vero accuſatus veniẽs ratificabit geſtum & factum per hunc excuſatorem & tunc ſatisfaciunt intentioni judicis inquirentis vel accuſatoris: ſi vero noluerit ratificare, poterit quandocunq; hiſce excuſationibus renunciare. Et cum Bald. & Imola tranſeunt Moder. Senenſ. *d. c. veniens. col. 28.* & dicit Angel. *in d. c. diſput.* quod ex præmiſſis etiam confunditur tertia concluſio Bartoli, dum dicit, quod quis non poſſit † ſine mandato opponere exceptiones dilatorias & declinatorias, ſed hiſce rationibus facile poteſt reſponderi. nam ratio, quare nõ debeat admitti talis defenſor ſine mandato, colligitur ex *l. in eo. §. nemo de reg. jur. & in l. ſi ad defenſionem. judicat. ſolui.* nã intereſt actoris † con- 203
tra quem huiuſcemodi excuſationes opponuntur, vt talis excuſator habeat mandatum, ne judicium reddatur eluſorium. Sed tuendo opinionem Baldi, quæ mihi placet per textum *in d. §. publicæ.* Dic & iſtud, quod reddatur judicium eluſorium, non conſideratur, vbi allegantur exceptiones dilatoriæ ſeu declinatoriæ, quæ proponuntur ad litem cõteſtatam, vt quia accuſans eſt infamis, aut excommunicatus vel alias inhabilis: Si velles tamen tueri opinionẽ Bartoli, volo quod aduertas ad iſtum textũ, in quo ponitur regula, quod ad crimen publici judicij perſequẽdum, vel ad ſe defendendum, fruſtra procurator interuenit: poſtea ſubiicitur; ſed excuſationes abſentium iudicibus allegantur, quæ exceptio vt ſit de regula, debet intelligi, quod requiratur mandatum, & maxime quia de natura illius aduerſatiuæ, SED, eſt aduerſari his, quæ ſunt ejuſdem generis, gloſſ. *in l. mariti. de adult.* Si velles tamen tueri opinio-

O nem

Digitized by Google

nem Baldi, Imolæ & Moder. contra Bartol. & communem, volo quod habeas præ oculis textum, quē ponderat Aret. *in d.c. veniens. & in l.fi.ff. de requir. reis.* vbi dicit, quod ſi reus non comparet poſt citationem intra annum, vel non habeat qui eum defendat in cauſa capitali poſt annum confiſcantur eius bona. Ergo cum textus non poſſit intelligi de cauſis innocentiæ, intelligi debet de cauſis abſentiæ, in quibus admittitur ſimplex defenſor ſine mādato, & ſi quiſpiam ſubtiliter diceret, ille textus debet ſuppleri, vt intelligatur de defenſore cum mandato; replicari poteſt, quod talis non dicitur proprie defenſor ſed procurator *l. reos. C. de accuſat. & c. defenſor. 3. q. 1.* ſed etiam
204 † aliquando defenſor capitur pro procuratore, & pro tutore & curatore. *l.1. ff. qui pet. tut.* Item poteſt intelligi ille textus de defenſore cum cautione de judicatum ſoluendo, nec eſt conueniens, quod ibi procurator appelletur defenſor, ſicut aliquando etiam dicitur procurator, qui non habet mandatum. *l. judicatum ſolui §. 2. ff. judic. ſolui.* Secundo opinion. Bartol. & communi refragari videtur. nam vera eſt juris concluſio, quod in criminalibus vbi abſens condemnari poteſt, admittitur defenſor ſine mandato, etiam ad allegandum cauſas innocentiæ, ſeu cauſas cauſæ *dict. §. publice.* ſecundum communem intellectum. Ergo idem videtur dicēdum in cauſis capitalibus, vbi abſens condemnari non poteſt, probatur *in d. §. publice.* duplici ratione. Primo, quia textus *in 1. & 2. reſponſo.* permittit allegari cauſas innocentiæ in vno caſu, & cauſas abſentiæ in cauſa capitali. Secunda non, quia in cauſa capitali arguēdo per locum à communiter accidentibus agi poteſt de grauiori præjudicio, ſi non admittatur excuſator ad allegandum cauſas abſentiæ quam ſi non admittatur, ad allegandum cauſas innocentiæ in alio caſu, quia abſens † condemnari 205
non poteſt, eius bona confiſcantur poſt annum irreuocabiliter. *d. l. fi. de requir. reis.* Si ergo ſuccurritur accuſato vel inquiſito abſenti, qui abſens condemnari poteſt, vt cauſæ ſuæ innocentiæ allegari poſſint, vbi forte non agetur de priuatione totius patrimonij, longe magis & minus dubie debet ſuccurri abſenti, qui non poteſt condemnari, cuius omnia tamen bona publicari poſſunt, vt admittatur excuſator ſine mādato. Sed tuendo communem reſponderi poteſt, quod ſatis eſt, quod ſuccurratur abſenti, cuius bona publicari poſſunt, vt poſſit comparere cum mandato. Sed ſatis probatur iſta opinio in hoc textu, quod requiratur mandatum, ponderando vt ſupra dixi: & clarius *in d. ca. venienſ. de accuſ.* Retenta

tenta igitur opinione Bart. hic, quæ eſt communis, & quam tenet etiam hic Benedict. de Plumb. *col. 10.* quod ad proponendas exceptiones mere dilatorias admittatur excuſator cũ mandato; limitatur, vt non procedat ſecundum Aret. *in d. c. veniens. col. 12.* Vbi exceptio dilatoria ſeu declinatoria eſſet notoria, & idem dicit Aret. vbi talis exceptio contingeret ipſum crimen, allegando Angel. *in l. ſi filius. ff. qui ſatisdar. cog.* quia ſicut ipſe judex ex officio ſuo tenetur defendere accuſatũ, ita debet permittere, vt ab alio defendatur facit *l. cum maior. §. ſi libertus. de homin. liber.* vbi judex nemine petente debet abſoluere Reum. Bartol. tamen videtur infra velle, quod talis excuſator non ſit admittendus ſine mandato. Sed iuxta prædicta cadit dubitatio, quid ſi judex non admittat comparentem nomine abſentis, qui dicit, quod inquiſitus eſt in partibus longinquis, vel quod eſt abſens, vel infirmus, & ſe offerat hoc probaturum, per modo conſtat, & modo agatur, & judex recuſat recipere has probationes, an proceſſus ſit nullus. Et Bart. *extrauag. ad reprimendum. verſ. neglexerit.* tenet quod proceſſus eſt nullus, quia ſtat per judicem, quo minus certior fiat. allegat tex. *in c. interpoſita. de appellat.* & ſubdit, quod jus ſit ſaluum parti petenti reſtitutionem in integrum ob juſtam abſentiam, juxta *l. fin. de reſtitut. in integr.* & licet dictum Bartoli non probetur *in d. c. interpoſita.* vt in voce dixi, tamen ex dicto Bartoli habes cautelam, quod ſtatim † quod 206
quis commiſerit homicidium, vel delictum aliquod, in quo non poteſt procurator conſtitui, vt horteris eum, vt ad partes remotas proficiſcatur, & mittas aliquem ad allegandum cauſas abſentiæ ſuę, qui per modo conſtat, & modo agatur ſe probaturum offerat; qui ſi non admittatur à judice, proceſſus erit nullus etiam quod ex forma ſtatuti cõtumax habeatur pro confeſſo. Et hanc cautelam tradunt Moder. *in d. c. veniens. in 10. car. colum. 4. in ſecunda quæſt. princip.* Tertia colligitur concluſio ex dictis Bartol. quod exceptiones † quæ licet opponãtur ad 207
proceſſum, tangunt tamen crimen, non poſſunt opponi per procuratorem. Exemplum eſt ſecundum Bart. vt ſupra, cum opponat exceptionem rei judicatæ, vt puta non poteſt procedi, quia reus accuſatus jã fuit condemnatus, vel fuit abſolutus, vel nõ poteſt accuſari, quia occiſus ex forma ſtatuti poterat occidi. Ad has n. exceptiones proponendas procuratorem interuenire nõ poteſt. Primo ꝑ iſtum textum, qui generaliter dicit, ꝙ crimen publici judicii perſequũtur, ſed ex quo hæ exceptiones tangunt crimẽ, ꝑ eas fieri dicitur crimi-

nis executio, & iſta ſecundum Ioa. And. *in addit. ad Speculat. in titul. de accuſ. §. eſt verſ.* quid ſit bãnitus fuit originalis opinio Iaco. de Aret. quẽ Bartol. non citat, pro qua vt ipſe dicit, ita conſuluit Piſis cum Franc. Tigrino, & opinio Bartoli hic communiter recipitur, vt Imola hic dicit *col. 18.* & Moder. qui referunt Bartol. & Imolam formaliter *in d. c. veniens.* Sed iſta opinio communis non videtur tuta ſecundum Iacob. Butr. & Imolam *hic*; quę exceptiones, de quibus loquitur, ſunt mixtæ, id eſt, habent vim dilatoriæ exceptionis, & peremptoriæ, & ſic poſſunt opponi ad proceſſum & ad merita, & ideo dicuntur exceptiones litis finitæ, de quibus per gl. *in c. 1. de lit. conteſt. & in l. nam & poſtea. de jurejur.* & tradit Bar. *in l. quærebatur. ff. judic. ſolut.* vbi ergo procurator opponit non eſſe procedendum ad vlteriora, quia fuit judicatum illum eſſe ponendum in banno: & iſta eſt exceptio litis finitæ. Et ideo ſecundum Imolam hic

208 † in omni diſpoſitione debet ſpectari id quod principaliter agitur. *l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. petat.* & facit *l. non ſolum. §. fin. de procurat.* Cum ergo procurator non veniat ad publicum vel priuatum crimen perſequendum, ſed potius ad ipſam perſecutionem impediendam, videtur, quod ſit admittendus; quia finis debet conſiderari *l. & ſi non ſint. §. perueniamus. ff. de auro & argent. legat.* ſed replicari poteſt ex mente Aret. *in d. c. veniens. colu. 5.* quod licet huiuſcemodi actus opponendi exceptionem de ſe nõ tendat ad punitionem criminis, & ſic ad perſecutionem accuſationis porrectæ, quod tamen talis actus venit incidenter, vt pars judicii crimẽ, ſine dubio dicetur actus criminis factus ſuper crimine, & hoc videtur ſufficere, vt ad hoc crimen procurator conſtitui non poſſit, vt in hoc textu. Ergo ipſum iudicium criminis principaliter intentatum ſpectandum videtur vt dignoſcatur quid poſſet fieri in ipſo judicio. nam principaliter vbi quis † de delicto 209
inquiritur vel accuſatur, ibi principaliter tractatur criminale, & capitale iudicium. Ergo non debet conſiderari illud incidens, quod opponi poſſit exceptio declinatoria. Imo textus *in l. non ſolum §. fin. de procur.* per Imolam adductus probat contra eum nam ibi dicitur, quod quamuis cum agitur ciuiliter ad remouẽdum tutorem, in conſequentiam tutor criminaliter puniri poſſet. *l. 1. §. item ſolent. ff. de offi. præfect. vrb.* tum hoc quod in conſequentiam venit, ſpectari non debet; idem ergo dicendũ videtur, quod ſi iudicium principale eſt crimen, licet actus eidem iudicio incidens, tendat ad effectum ciuilem, ſicut exceptio ad repellendum accuſatorem: tamen tale judicium judi-

judicabitur vt criminale *argu.l.quoties.C.de jud.* Sed tuendo opinionem Imolæ, volo quod aduertas, quod in
210 communi † diſpoſitione finis debet conſiderari *l. etſi nō ſint. perueniamus de aur. & argent. legat.* & tradit Bartol. *in l. ambitioſa col. 4. ff. de decret. ab*
211 *ordin. facien.* ſed ratio finalis, † quare in cauſa criminali nō poſſit interuenire procurator, eſt, quia talis cauſa videtur magni præjudicij. Iſta ratio ceſſat, vbi agitur de opponendo exceptionem declinatoriā, quandoquidem agatur hic de faciendo, ne judicium criminale efficiatur eluſorium, & vt litibus & expēſis obuietur, & ne fruſtra agatur criminaliter & maxime quia textus noſter dicit, quod ad perſequendum judicium publicū fruſtra interuenit procurator, ſed ille qui opponit exceptionem declinatoriam, vult quod à tali perſecutione deſiſtatur; & ſi quiſpiam diceret, aduerte, quia textus noſter dum loquitur de perſecutione, videtur loqui in ipſo accuſatore, ſed in Reo non loqui de perſecutione ſed defēſione, & dicit, quod
212 † Reus non poteſt conſtituere procuratorem ad defendendum, ſed applicatione defenſionis venit exceptio declinatoria. *l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. verſ. aliis defenſ. ff. de judic.* & tradit Bald. *in l. quoniam Alex. ad leg. Iul. de adult.* Sed tu aduerte, quia defenſio proprie eſt illa, quæ crimen excludit, ſed illa quæ proceſſum retardat, non eſt proprie defenſio, vt eſt declinatoria. Ita Bald. *in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ.* & gl. *in c. 1. in gl. 3. de lite conteſt. in 6.* & tradit Felin. *in rubr. de except.* & Alber. *in ſuo dictio. verb. defenſ.* non videtur tamen recedendum ab opinione Bartoli hic, quæ communiter recipitur, vt concludit Aret. *in d. c. veniens. col. 6.* quia negari non poteſt, quod ex parte accuſatoris cum petat ſe admitti ad perſequendum: ergo diſpoſitio facta ſuper perſecutione criminis, habebit locum in caſu iſto. Idem videtur in Reo. Sed dicat Aret. quidquid velit, opinio Bartoli nō videtur tuta, quia in hiſce exceptionibus declinatoriis non agitur de punitione criminis, vt in ſimili dicit Bartol. *in l. ſolent ff. de aliment. & ciba. leg.* Retenta tamen opinione Bartoli, quæ eſt communis, quod exceptiones, de quibus Bartolus loquitur, non poſſint opponi nec in vim peremptoriæ, nec etiam in vim dilatoriæ: declaratur tamen huiuſcemodi concluſio. Primo vt non procedat, vbi talis † exce- 213
ptio eſſet notoria, quia ad eam opponendam procurator cōſtitui poſſet, quandoquidem judex etiam ex officio ſuo debet ſuperſedere in proceſſu, & libellum ipſum accuſatorium lacerare, ne litigetur ſuperinani proceſſu juxta gl. *in l. 1. de offic. aſſeſſor.* & facit gl. *in l. qui cum major. §.*

qui præſens de bon. quæ liber. & hæc le-
gis limitatio communiter recipi-
tur, vt Nell. dicit in *tract. bannit. in 2.
part. 2. temp. quæſt. 14.* ſed hæc limi-
tatio ſecundum Imolam hic poſt
Dn. Anton. & Salicet. per eum rela-
tos, non videtur tuta, quia hic tales
exceptiones opponuntur in vim ex-
ceptionis peremptoriæ, non debet
diſtingui, an ſint notoriæ vel non;
ſed ſolum debet diſtingui, an quis
has exceptiones proponat, vt ſim-
plex allegator, vel inſtructor; & iſto
caſu admittendus eſt; an vero vt pro-
curator; & iſto caſu eſt repellendus,
licet talis exceptio ſit notoria, quia
214 notorium † non releuat ab onere
proponendi, licet releuet ab onere
probandi, vt Bartol. dicit *in l. ſi ad-
ulterium cum inceſtu. §. idem Pollio-
ni. ff. de adult. & in clemen. appellan-
ti. de appellat.* Concludit ergo Dom.
Anton. quod ex quo quis non po-
teſt legitimare perſonam ſuam in
proponendis hiſce exceptionibus
peremptoriis etiam notoriis, non
eſt admittendus vt procurator. Nec
videtur tuta ratio Bartoli hic, quod
ex quo iudex ex officio ſuo poteſt
ipſum accuſatorem repellere, debet
poſſe conſtitui procurator, quan-
doquidem huiuſcemodi ratio con-
cludat, quod debeat admitti alle-
gator ſeu inſtructor, non autem
procurator. Item non eſt tuta ra-
tio Bartoli hic ex alio capite, vltra
alios, quia id quod iudex † poſſit 215
ſupplere defectum partis in oppo-
nendo exceptionem notoriam, cō-
cludit, vbi talis exceptio demon-
ſtrat accuſatorem non potiri iure
accuſandi vel agendi. Item proce-
dit eo caſu, vbi iudex ſi non ſupple-
ret vicem partis, cum aliena iactura
locupletaretur, vt Bartol. dicit ſu-
per gl. *ibi in verſic. apponendo.* Sic er-
go in caſu noſtro opponeretur ex-
ceptio, quod bannitus non audia-
tur, vel quod eſt præſcriptum accu-
ſationi porrectæ talis exceptio non
tolleret ius accuſandi ipſo iure, ſed
illud potius elideret, & cum hoc ca-
ſu non poſſet iudex vices partium
ſupplere, non poſſet quoque talis
exceptio per procuratorem propo-
ni, & cum poſſit ergo hoc caſu per
allegatorem & inſtructorem ſubue-
niri, non debet admitti procurator,
cum ſolum poſſit perſonam ſuam
legitimare. Sed ad hoc reſpondet
hic Ioan. de Imola, quem ſequuntur
Senenſ. *in dict. cap. veniens.* quod
ſpeciale eſt in notorio, quod admit-
tatur procurator, licet eius perſona
legitimari non poſſit, quia in noto-
riis ordo eſt † ordinem non ſeruare. 216
Sed replicari poteſt ex mente Aret.
in dict. c. veniens. quod ſic delictum
† qualitercunque & quocunque no- 217
torium non poteſt puniri per iudi-
cem

cem incompetentem Bartol. *in leg. magiſtratibus. ff. de judicat.* ita non debet admitti procurator, cuius perſona legitimari non poteſt. Sed replicari poteſt, quod eſt magna ratio diuerſitatis inter iudicem & procuratorem; quia abſurdum eſt, quod iudex incompetens & qui prorſus caret juriſdictione, iudicet: quia exceptio incompetentiæ iudicis nunquam cenſetur excluſa *clem. 1. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* non ſic eſt in exceptione non legitimi procuratoris; & ideo licet judex ſine mandato non poſſit ſupplere vices partis in notoriis, debet tamen poſſe quis hoc facere, vt procurator, vbi habet mandatum: attento maxime quia vbi exceptio eſt notoria, ceſſat finalis ratio prohibitiua, vt in criminalibus procurator interuenire non poſſit. Cogita ſuper prædictis, quia ſubtilia ſunt, & male, vt arbitror, diſcuſſa per Scribent. Quarta colligitur concluſio ex dictis Bartoli,
218 ꝙ vbi exceptio eſt † peremptoria, & opponitur in vim peremptoriæ, non admittitur procurator, quia ſi non admittitur ad plenam defenſionem, & ſic remouetur genus à proſecutione criminis: ergo & ſpecies iuxta *l. 1. in fi. ff. de ſuis legitim.* & hæc concluſio ampliatur hic per Bartol. vt procedat, ſiue dubietas ſit in facto, ſiue in jure: quia ſicut vbi eſt † dubium in facto, non poteſt 219
interuenire procurator; ita non poteſt interuenire, vbi eſt dubium ſuper iure. *leg. cum prolatis. ff. de re judicat.* & facit regula §. *quibus in 1. conſtitution. C.* & cum Bartol. hic tranſeunt communiter Scribent. Et ideo ſi aliquis † compareat pro ac- 220
cuſato, & proponat, quod accuſatus non interfecit illum de quo accuſatur, quia ea die qua dicitur illum fuiſſe interfectum, ipſe non erat Paduæ ſed Mediolani, adeo quod impoſſibile fuiſſet accuſatum in illo loco fuiſſe, admitti non debet, eodem modo non poteſt conſtitui procurator ad proponendum illum fuiſſe mortuum longe anteriori tempore, quam ea die, qua dicitur interfectus, juxta gloſſ. *in leg. is qui reus de public. iudicat.* nec mirum, quia iſta exceptio eſt mere peremptoria. Et idem, vt Bartol. & Scribent. dicunt, eſt in exceptione mixta, vt ſupra dixi, etiam vbi eſt dubietas in facto vel in iure, ideo non poteſt conſtitui procurator † ad op- 221
ponendum, quod interfectus erat bannitus, quia à pari procedunt, excludere crimen directe, vel aliquid deducere, per ꝙ crimẽ indirecte excludatur. Difficultas huius caſus cõſiſtit in videndo, an exceptio banni † 222
declinatoria, an vero ſit perẽptoria, ita ꝙ poſſit opponi vtroque modo, vt ſu-

vt ſupra dixi,& Ioan. de Imol. hic dicit verba ſtatuti debere conſiderari. Vbi enim ſtatutum dicit, bannitus non audiatur, vel querela oppoſita pro bannito occiſo non audiatur, & hoc caſu ſine dubio hęc exceptio habet vim declinatoriæ, vt ex dictis Bartoli elici videtur *in l. nam poſtea in princ. ff. de jurejur. & in l. cum Lex in fin. de fidejuſſor.* Sed aduerte, quia Bald. relatus per Aret. *in c. veniens.* videtur velle quod vbi ſtatutum dicit, bannitus nōn audiatur, non paratur aliquo modo exceptio perem-
223 ptoria quia exceptio† quę repellit agentem, & reſpicit qualitatem perſonæ agentis, judicanda eſt potius exceptio declinatoria, quam peremptoria, vt Bald. dicit *in l. filius veteri.* ad finem commenti. de procurat. & tradunt communiter interpretes *in l. exceptionem. C. de except.* & ideo Aret. ſatis impertinenter tangit plene illum articulum, an & quando exceptio inducitur per ſtatutum, cenſeatur denegatum jus agendi ipſo iure, vel ope exceptionis. Sed tota difficultas conſiſtit, quādo ſtatutum di-
224 cit,† quod bannito denegetur audientia in criminalibus. Et ſecundum Bartol. *in d. l. nam poſtea. & in d. l. cum lex.* videtur, quod ipſi bannito tollatur ius agendi ipſo iure, & per conſequens, quod hoc caſu paretur exceptio mere peremptoria, quæ cum tangat crimen principaliter, nō poterit proponi per procuratorem, ſed imo videtur, quod talis exceptio debeat dici declinatoria, quia iſta verba, *non audiatur*, videntur inducere declinatoriam, non peremptoriam. *clem. conſtitutione de elect.* Dicitur enim *in d. clem. conſtitutione.* quod licet ille qui non ſeruat diſpoſitionem *c. vt circa de elect. in 6.* non debeat audiri ad proſequendam communē cauſam electionis. ſi tamen aduerſarius patiatur deducta probari, talis probatio valet, & ipſa electio cancellari debet; & tamen ſi per illa verba, *non audiatur*, pararetur exceptio peremptoria; non valeret probatio: minus eſſet caſſanda electio. Et ſi dicatur, prout ſentit Aret. quod ibi ius in judicio deductum principaliter reſpiciebat eccleſiam, vnde non potuit parari exceptio, quæ tolleret & perimeret jus ipſius eccleſiæ: Ideo paratur exceptio, quæ ipſam perſonam repellit. Replicari poteſt quod conſtitutio illa non fundat ſe ſuper hoc, quod jus deductum reſpiceret fauorem eccleſiæ; & ideo poteſt dici ad illā *clem.* quod licet dicatur, quod non eſt poſtmodum in perſecutione negotij audiendus, tamen vltra Procedit Papa I. Quod ſi fiat probatio per aduerſarij confeſſionem vel alio modo legitime, Papa mandat illam non infirmari. & ſic procedit Papa declarando quod per illud verbum, *non audiatur*, non paretur exceptio perem-

peremptoria,alias pararetur,niſi di-
cas tuendo ſolutionem Aret. quod
nulla alia ratione ibi Papa hoc deter-
minat , niſi vt ipſi eccleſiæ faueat.
Iuxta hanc concluſionem Bartoli ſe
offert pulcra dubitatio ſecundum
225 Bald. *hic*. Pone , ſtatuto cauetur †
quod accuſatus vel inquiſitus de cri-
mine capitali non poſſit proponere
aliquem exceptionem vel defenſio-
nem , niſi compareat perſonaliter,
an iſto caſu erit aliquod remedium,
ſi velit proponere per procuratorē
exceptionem banni , vel aliam exce-
ptionem quæ ſit notoria , dic *vt hic*
per eum. Circa quæſtio. Bart. de Ra-
uagenſe Bonon. habes ex eius dictis,
226 quod in examinatione † exceptio-
nis, quod quis non fuit rite cancella-
tus de banno, non poteſt interueni-
re procurator; & ideo cum eſſet oc-
ciſus D. Rauagenſis Bonon. eius filij
accuſarunt occiſores, fuit exceptum
quod erat bannitus , & quod pote-
rat impune occidi: Fuit replicatum,
quod erat cancellatus de banno: ſed
fuit iterum triplicatum, quod non e-
rat rite cancellatus, de Bartol. quod
conſultum fuit, quod in iſta non po-
terat interuenire procurator, etiam
quod examinaretur corā alio judice.
Et hæc fuit opinio Iacobi de Belc.
quia iſta examinatio fit ad finem cri-
minis excludendi, & ad ipſius crimi-
nis deciſionem. facit ſecundum Bar-
tol. *l. arbitro. & l. ſi arbitro. ff. qui ſa-*
tis dar. cog. & leg. fin. ff. quib. appell. non
licet & authen. ad hæc C. de judi. Sed
iſta iura non bene probant opinio-
nem Iacob. de Bel. & Bartol. & maxi-
me quia variis modis intelliguntur,
vt idem Barto. dicit. *in l. in ambiguo.*
ff. de rebus dubiis. Et ideo ſecundum
Bald. hic videtur tutior opinio Iaco.
Butr. quod imo quando exceptio
venit † examinanda ſeorſum à cri- 227
mine , quod poſſit interuenire pro-
curator, per *iura per eum adducta*, &
primo per *l. 2. & l. præſes C. ad l. Flau.*
de plag. in quibus juribus examina-
tio quæſtionis proprietatis tēdebat
ad excluſionem criminis plag. & ta-
men poteſt in cauſ. interuenire pro-
curator. *l. de fide. C. de falſ. & l. 2. C. ad*
l. Flau. de plag & facit textus vltra a-
lios *in l. aduerſus. C. de furt.* vbi in a-
ctione furti poteſt interuenire pro-
curator , licet remedium tendat ad
excluſionem judicii criminalis. Sed
poteſt dici, quod in *d. l. 2. C. ad l. Flau.*
de plag. cauſa rei vendicatæ ſecundū
Imolam erat mere pecuniaria. Idem
in d. l. de fide. vbi in accuſatione † fal- 228
ſi ciuiliter porrecta admittitur pro-
curator. Eodem modo in † actione 229
furti ciuiliter mota poteſt interue-
nire procurator. Licet in quęſt. Bar-
tol. exceptio illa, quod fuerit rite bā-
nitus , vel non rite , vel cancellatus,
non videtur habere aliam naturam,
niſi vt excludat vel includat delictū.
Idem Ioan. de Imola diſtinguit duos

caſus: Primus caſus eſt, quando quis agit principaliter rei vendicatione contra illum qui debet ſeruum adduxiſſe, & hoc caſu poteſt interuenire procurator, quia licet ex hoc caſu poſſit ſequi deciſio criminis: tamen non agitur principaliter ad hũc finem, ſed ad finem pecuniarium, vt ipſe ſeruus reſtituatur; Aut vero 230 ſecundum Imol. † quæſtio opponitur per viam exceptionis; vt in hoc exemplo accuſato te crimine plagii, quod mihi ſurripuiſti ſeruum, tu excipis de dominio; & ſic quod ſeruus eſt tuus, & ſic quod non eſt commiſſum plagium: & iſto caſu poteſt ſaluari opinio Iacob. de Bell. & primo caſu procedit opinio Iacob. Butr. eſt verum, quod cum Iacob. de Bel. & Bartolom. hic tranſit Salicet. *in dict. leg. reos. colum. 3. & in dict. leg. 2. C. ad l. Flau. de plag.* Sed tu conſidera, quia videtur verior opinio Butr. ſimpliciter per text. *in d. l. de fide. C. de furtis.* nam vbi agitur ciuiliter pro falſo aut furto, talis cauſa licet ſit ſeparata à deciſione criminalis cauſæ procurator admittitur, tamen per illam cognitionem poteſt ſequi deciſio criminis, *leg. 2. §. hoc edicto. ff. vi bonor. raptor. & leg. inde Neratius §. ſi dolo. ff. ad leg. Aquil.* vel ſaltem inferri præjudicium iudicio publico. *leg. inter. ff. eod. titul. cum ibi notat.* Ergo verior videtur opinio contra Bartolum; non recedo tamen à Bartolo. Circa vltimam † quæſtionem 231 Bartoli habes concluſionem, quod in cauſis criminalibus vbi non poteſt interuenire procurator, ſi interueniat, licet non opponatur, tamen proceſſus eſt nullus, & fuit opinio gloſſ. *in quamuis. C. de adult.* & gloſſ. Ioan. Andr. *in c. 1. de judic.* & ibi Ioan. de Fant. Idem dicit Diu. Abbas *in c. veniens. de accuſat.* & dicit Aret. *in d. c. veniens. colum. penult.* vnum ſingulare verbum, quod iſta opinio eſt communior, quam tenuerunt etiam Dynus & Salicet. *in d. l. quamuis. C. de adult.* & Bald. *hic. & in l. ſeruum. §. publice. ff. eod. titul. & in leg. 2. C. qui accuſ. non poſſ. & in d. l. reos. C. de accuſ.* & hanc opinionem dicit veriorem Alexand. *in leg. ita demum. C. de procurat.* Pro iſta opinione ſtringit primo iſte text. ſubtiliter inducendo, & primo *in principio*, dum dicit, *ad crimen publicum perſequendum.* nam perſecutio † eſt perfecta 232 ſecutio. *argum. l. ædificia §. prædixiſſe. ff. de verb. & rer. ſignificat. & in l. vrbana prædia. §. pernoctare. ff. de verb. ſignific.* Ergo datur intelligi, procurator prohibetur, vt in publicis iudiciis non poſſit intereſſe, nec in principio, nec in medio, nec in fine iudicii, ſuadetur, quia textus vtitur dictione, *fruſtra*, quæ ſignificat actum pro ipſo iure nullum, vt pro-

probari videtur non cauillando literam *in l. verbis ciuilibus de vulg. & pup.* vbi Iaſon pulchre, & *in c. quia fruſtra. de vſu & in l. ſieo. & in l. cum donationis. C. de tranſact.* adeo quod ponderando iſtum textum *in ver. ad crimen perſequendum. & in verſ. videtur quod lex reſiſtat interuētui procuratoris.* iuxta *l. cum lex C. de fideiuſſor.* Ergo videtur quod geſta per procuratorem etiam quod per partem non fuerit oppoſitum, ſint ipſo iure nulla & maxime ſecundum Barto. hic, quia militat illa potiſſima ratio, quia diligentius accuſans & accuſatus ſuas proſequuntur, & ideo lex requirit, quod accuſans & accuſatus ſint præſentes coram conſpectu ipſius iudicis, vt ex eorum ſermonibus, conſtantia & trepidatione poſſit veritas criminis dignoſci, & intelligi. Suadetur iſta opinio alia ratione ſecundum Aretin. *in c. veniens. circa finem.* dicitur *in capit. ve-*
233 *niens.* quod iudex † non reciperet procuratorem in cauſa criminali, & ſic per illam negatiuam poſitam ante verbum poteſt denegari videtur potentia ipſi iudici recipienti procuratorem in cauſis criminalibus. Faciunt notata per Bartolom. *in leg. cum lex. de fide inſtrumentor. & in l. ſum quoque. de hæred. inſtitut.* Ergo neceſſario dicendum eſt quod proceſſus ſit nullus. Cum ergo lex non velit poſſe cognoſci de crimine ſiue de cauſa, vbi partes ſunt abſentes: ergo ſi proceſſum fuerit à procuratoribus vſque ad ſententiam ſine Reorum præſentia, conſtat notorie non fuiſſe cognitum de cauſa, prout natura cauſæ requirit, & ſuadet. Ergo huiuſcemodi proceſſus videtur agitatus ſine cauſæ cognitione: ergo ſententia lata ſuper eo † erit ipſo iu- 234
re nulla, vt lata ſine cauſæ cognitione, iuxta *leg. ex ſtipulatione. C. de ſent. & interlocut. omni iudicat. & l. fin. C. commun. per epiſcop.* & pro iſta opinione videtur caſus *in ca. ſi quando 2. quæſt. 6.* iuncta *leg. 1. in princip. de aſſert. toll.* Dicit enim lex *in cap. ſi quādo.* quod cauſa criminalis & cauſa ſtatus † prohibetur agi per procu- 235
ratorem & ſic parificat iſtas duas cauſas. Sed in cauſa ſtatus textus dicit *in princip. l. 1.* quod penitus prohibetur per procuratorem comparere ſeu litigare: ergo videtur, quod iudicium ſit nullum in vtroque caſu. nam dictio, *Penitus,* importat actum eſſe nullum ipſo iure, vt *leg. ſolutum. §. ſi in ſortem. in fine. ff. de pignor. action.* iuncta *leg. ſi non ſortem princip. de condit. indebit.* bene facit gl. notab. *in verb. penitus in cap. Romana §. in vniuerſitate. de ſent. excommunicat. in 6.* contrariam tamen opinionem tenuit gloſſ. Bartol. quam ibi ſequuntur Innocent. Hoſtienſ. & Io. Mo. *in dict. ca. 1. de iud. in 6.* quam opinionē ſecutus eſt etiam

Digitized by Google

Archidiac. *in c. qui generaliter. de procurat. in 6. & in c. reos. 3. quaeſt. 5.* & Oldrad. *in conſ. 129.* Angel. *hic*, & Ioan. de ligna & Cardin. *in dict. cap. veniens.* vbi etiam Felin. hanc ſententiam amplectitur. & dicit Bartol. *in l. poſt mortem. §. fin. de adopt.* quod ſi
236 ea † quæ non poſſunt fieri per procuratorem, & fiant: ſi non opponatur, valent, allegat gloſſ. *in §. ſi quis ergo. verſ. fit igitur licentia in authent. quibus mod. natural. offi. legit.* & illud dictum Bartol. ſequitur Roman. *in conſil. 281.* & iſti patres reſpondent ad iſtum textum & ad text. *in c. veniens.* & ad alia iura ſupra adducta quod fruſtra interuenit procurator, ſi opponatur exceptio, iuxta notata *in leg. vniuerſa. Cod. de precib. imperat. offer.* & eodem modo poteſt reſponderi ad *dict. ca. veniens.* ponderatum per Aret. quod judex non poteſt recipere procuratorem parte ſcilicet opponente, & eodem modo poteſt reſponderi ad *leg. de aſſert. toll.* Sed non eſt recedendum à communi opinione quia licet aliquando dictio, *fruſtra*, non importet nullitatem ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt ex textu vltra alios hic *in leg. ſi Titius. in fine. de fideiuſſ. & in leg. 1. de non numer. pecun.* tamen iſtud eſt verum, vbi ſubiecta materia hoc patitur; de proprietate tamen ſermonis dictio, *fruſtra*, importat nullitatem ipſo iure, vt Dd. cōmuniter dicunt *in dict. cap. veniens.* & Iaſon. *in dict. leg. verbis ciuilibus.* & ſemper ſtat firma illa potiſſima ratio, † quod lex abhorret, 237
quod iudex cognoſcat de crimine publico ſeu capitali in abſentia accuſatoris & accuſati: Quo caſu confunduntur omnes diſtinctiones Dd. in hac materia, quæ ſunt tot, quot capita hydræ quarum prima fuit Iacob Butr. quod ſi procurator interueniat ex parte accuſatoris, valebit proceſſus, ex quo non fuit oppoſita exceptio. Secus ſi interuenerat ex parte accuſati, quia non pot. ſt abſens damnari, non poterit etiam procurator præſens, quia non deliquit, niſi forte dicatur ſecundum Iacob. Butr. quod ex quo non fuit oppoſita exceptio ante litem cōteſtatam, ſequitur quod abſens dānari poterit, quia regula tuta eſt, quod dato vno incōuenienti ſequuntur plura *l. ratas. C. de reſcind. vend.* & iſta prima diſtinctio non eſt æqua: quia ſemper militat ratio, quod lex † vult examinari 238
cauſa capitalis in pręſentia accuſatoris & accuſati. Secunda fuit diſtinctio Bartoli, quæ eius opinionem reuocauit, quæ non differt ab opinione Iacob. de Bel. quod ex parte accuſatoris valet proceſſus; Ratio, quia pars & iudex poteſt remittere accuſatori pœnam calumniæ, & ſolum propter pœnam calumniæ introductum eſt, quod non poſſit procurator interuenire, ſed ipſe principalis admitti

admitti debeat: ſi vero ex parte Rei tũc poteſt interuenire, niſi poſt cauſæ concluſionem. Et profectò Bartol. rectè mutauit opinionem, quia videtur ſecundum Imolam inepte intellexiſſe text. *in l. quamuis. C. de adult.* qui loquitur, quando interuenit procurator ex parte accuſatoris, non autem ex parte accuſati. Secundo maledicit Bartol. dum vult,
239 quod iudex & pars † poſſint remittere pœnam calumniæ, quia hæc remiſſio eſſet contra publicam vtilita-
240 tem, quæ ſuadet † calumniam & maleficia puniri. *le. ita vulneratus. ad le. Aquil.* & facit optime id quod legitur & notatur *in l. diuus. ad SC. Syllan. & in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de*
241 *pact. & l. jus publicum.* & pro hoc † etiam facit, quia licet nihil fuerit dictum in primo judicio de calumnia, tamen poſtea de illa poteſt queri per viam accuſationis, vel inquiſitionis etiam ex interuallo, vt plene notat. *in l. 1. §. 1. ad SC. Turpill. & in l. qua nõ probaſſe. C. de calumniat. & in l. athletas. §. calumniator. de infa.* Et pro iſta opinione vltra alios facit text. *in l. fallaciter. C. de calumniat.* vbi fallaciter & per calumniam accuſationibus non prodeſt nec publica abolitio, nec priuata: imo nec ſpecialis indulgentia principis. Si ergo nõ pro-
242 deſt † nec ſpecialis indulgentia principis, neſcio quomodo poterit pars & iudex remittere calumniam accuſatori facit text. *in l. abolitio. C. de abolit. & in l. fallaciter eod. tit.* Suadetur hæc opinio contra Bartol. quia licet in crimine † priuato poſſit quis re- 243
mittere iniuriam quoad actionem ciuilem, non tamen poteſt paciſci de non accuſando criminaliter, vt Bart. dicit *in l. inter omnes. §. recte de furt.* faciunt notat. per Felin. *in c. 1. colu. vlt. extra de præſumpt.* & per Iaſon. *in l. fin. in 4. notab. C. de furt.* & tradit idem Bart. *in l. 1. §. vſque adeo.* per illum textum *ff. de iniur.* & ſentit Aret. licet prædicta non adducat *in d. c. veniens. col. antepen.* Tertia fuit deciſio Dominorum de Rota *deciſ. colu.* quam refert hic Imol. & Alex. poſt eum *in d. l. ita demum.* quia dicunt, quod vbi non opponitur exceptio contra procuratorem quod tenet proceſſus, vbi abſolutoria venit ferenda in fauorem abſentis, quia abſens fauori ſuo renunciare poteſt. Sed diſtinctio, cum qua ſimpliciter tranſit Ioann. de Imol. confunditur ex ſupradictis, quia calumnia † quæ 244
tendit ad vindictã publicã, remitti non poteſt facit textus *in l. qui cetu. §. vacantem. ad l. Iul. de vi publica.* Item militat illa ratio, quod crimen publicum ſeu capitale, debet diſcuti in præſentia accuſatoris & accuſati, alias nõ poteſt valere ſententia, quia videtur lata ſine cauſæ cognitione, vt in ſimili dicit Bartol. *in extrauag. ad reprimendum. in ver. ſummarie.*

245 vbi ſi iudex † in iudicio plenario dicat ſe ſummarie cognouiſſe de cauſa, & ferat ſententiam, talis ſententia vti lata ſine cauſæ cognitione eſt nulla. Quarta fuit diſtinctio D. Anton. de Butr. *in d. c. veniens.* qui conſiderat duos caſus. Primus caſus eſt, vbi ſententia non poteſt ferri contra abſentem, prout non poteſt regulariter in cauſis capitalibus, & iſto caſu vult D. Anton. quod ſi admittatur procurator quod proceſſus ſit nullus, quia fruſtra interceſſit, nec ſuppletur hic defectus ex litis conteſtatione, quia non ceſſat cauſa prohibitiua conſtitutionis procuratoris, faciunt notat. ſecundum eum *in l. qui ſtipendia. Cod. de procurat. & in c. in noſtra.* & in iſto primo caſu bene dicit Dn. Anton. *in dict. cap. veniens colum. antepenult.* Secundus caſus eſt ſecundum eum, vbi poteſt procedi in abſentem, & tunc valet iudicium, quia tunc nõ eſt defectus, niſi ſolennitatis, id eſt, cau-
246 tionis non præſtitæ † quæ ſolennitas poteſt remitti *leg. Pomponius. §. rati de procurat.* ſed de Anton. præſupponit ſecundum Imol. hic, quod ratio quare ex parte rei non poſſit interuenire procurator, ſit illa, quia procurator non poteſt legitimare perſonam ſuam præſtando cautionem iudicato ſoluendo, & tamen iſta non eſt potiſſima. Quare ex parte Rei non poſſit interuenire procurator. Sed tenendo opinionem Dn. Anton. tu dic, quod ex quo abſens poteſt damnari, ceſſat illa principalis ratio prohibitiua conſtitutionis procuratoris, quæ eſt, quod in præſentia accuſatoris & accuſati cauſa agitari & diſcuti debeat, & ſi dicatur, nonne ipſi melius defendẽt per ſe quam per alium, quia imputet ſibi qui inſtituit procuratorem, & non venit ad ſe defendendum, melius eſt quod per aliquem defendatur, quam per nullum; ex quo deliberat abſens eſſe, & ſic poteſt defendi iſta opinio contra Imolam & ſequaces. Quinta fuit diſtinctio Ioa. de Imol. hic, quæ eſt longior *§. Callimachus.* qui in effectu conſiderat duos caſus, in quib. tenet & valet iudicium: Primus eſt, quando procurator ex parte accuſatoris fuit admiſſus, & probauit plene crimen, ſeu delictum contra accuſatum præſentem. Secundus caſus eſt, quando procurator interuenit ex parte accuſati, & plene probauit innocentiam ipſius Rei accuſati contra ipſum accuſatorem præſentem. & in hiſce duobus caſibus iudicium non redditur. Ratio horum caſuum eſt, quia licet hi procuratores, à principio admitti non debuiſſent; quia tamen repulſi non fuere, per eos crimen liquidatum fuit; videtur quod ſit ferenda ſententia, nec curandum ſit, quod alius diligentius & curioſius liquidare po-

re potuiſſet, quandoquidem ſuffici-
enter crimen ſit liquidatum. *argum.*
l. Gallus. §. *ſi eius de liber.* & *poſthum.*
quia vndecunq; crimina clareſcant
247 † punienda ſunt. *c. in eccl. 24. qu. 3.* &
ſuadetur hæc opinio per notat per
Bartol. *in l. poſthumus* §. *ſi quis ex his.*
de inoffic. teſtam. poſt Innocent. *in c.*
in noſtra de procurat. & *in c. cauſam.*
quæ qui filij ſint leg. vbi concludunt,
248 quod vbi ſententia † lata pro vno in
cauſa, in qua agens non petit ſibi ali-
quid dari vel fieri, ſed ſolum aliquid
fieri à Iudice, vel declarari, prodeſt
omnibus, & ſic ſi feratur ſententia
249 pro procuratore † accuſantis prode-
rit accuſatori, & Reipubl. & omni-
bus, eodem modo lata in fauorem
procuratoris accuſati. Sed iſta di-
ſtinctio non placet, Aretin. *in dict. c.*
veniens. colu. penult. quia licet in pri-
mo caſu fuerit plene crimen liquida-
tum, vt condemnatoria ſequi poſſit,
& in ſecundo caſu etiam conſtet de
innocentia Rei, vt abſolui poſſit, ta-
men non videtur in primo caſu, vbi
procurator fuit admiſſus ex parte
accuſatoris cōtra reum præſentem,
quod poſſit plene conſtare de inno-
centia ſeu nocentia ipſius Rei, quan-
doquidem ſi accuſatus ipſe præſens
fuiſſet, ex eius ſermone, & ex con-
ſtantia & trepidatione facile potuiſ-
ſet deprehendi de Innocentia ipſius
250 Rei, & confutari † calumnia, & falla-
cia ipſius accuſatoris: eodem modo
ex parte Rei, ſi reus fuiſſet præſens,
ex conſtantia & trepidatione potuiſ-
ſet crimen detegi, quod ob eius ab-
ſentiam occultatum, & celatum fuit,
& hoc ſaltem procederet quoad ſu-
mēdum aliquod iudicium, ob quod
potuiſſet torqueri & veritas erui: er-
go ſtat ſemper firma illa potiſſima &
ſingularis ratio, quod lex abhorret,
quod in abſentia accuſatoris vel ac-
cuſati crimina diſcutiantur. Sed tu-
endo opinionem Imol. poteſt dici,
quod principalis ratio, quare in cri-
minalib. non poſſit interuenire pro-
curator, videtur illa potiſſimum, ne
iudicium eluſorium reddatur: Quæ
ratio in hiſce duobus caſibus per I-
molam traditis ceſſare videtur. Ceſ-
ſat enim in primo caſu, quando pro-
curator † accuſatoris plene proba- 251
uit crimen contra reum præſentem,
contra quem ſententiam executio-
ni mandari poterit, & etiam ceſſare
videtur in ſecundo caſu, quando ex
parte procuratoris accuſati: quia ex
quo probatum eſt de innocentia
ipſius accuſati, poterit accuſans, qui
eſt præſens condemnari de calum-
nia, quam calumniam videtur com-
miſiſſe eo ipſo, quod non probauit.
leg. 1. C. de calumn. & profecto pro
opinione Imolæ videtur eſſe ca-
ſus, vt ipſemet dicit *in leg. quam-
uis. C. de adulter.* quem ſtrictius
indu-

Digitized by Google

induco. nam in principio dicitur, quod oportet in crimine adulterii præſentiam accuſatoris præcedere: tamen quia conſtabat Mariam vxorem viatoris adulterium cum Iuliano commiſiſſe; mandat Imperator Diocletianus ipſam condemnari, ex quo conſtabat de delicto, non obſtante exceptione, quod citaretur viator eius maritus. Ratio eſt, quia conſtabat de delicto, & ſic delictum erat liquidatum contra ipſam Mariam vxorem, & ſi dicatur, aduerte, quia textus dicit, non putamus viatorem deputatum ad excubias limitis reuocandum. & ſic videtur, quod ibi potuerit cōdemnari Maria vxor viatoris, quia ipſe viator erat abſens cauſa Reipubl ſed iſta non eſt potiſſima ratio illius *l. quamuis*. Sed quia erat liquidatum negotium ex parte procuratoris. Item conſtabat de cōfeſſione habita à Maria per tormenta, & erat concluſum in cauſa, & iſtis tribus concurrentibus valuit ſentētia lata contra dictam adulterā: mihi tamen magis placet opinio Aret. ꝙ non poſſit dici liquidatum crimen; & quod requiratur pręſentia vtriuſque, & ideo non videtur recedendū à cōmuni ſententia, quod iudicium ſit ipſo iure nullum. Poſſet tamen ſaluari opinio Imolæ in duob. caſib. Primo, in caſu *d. l. quamuis. Cod. de adult.* item quando de crimine conſtaret per ſpontaneam cōfeſſionem Rei, antequam vlla præceſſiſſent tormenta, vel metus torturæ, quia illo caſu † etiamſi totum iudicium 252 eſſet nullum, tamen poſſet referri ſententia tanquam ſuper notorio, vt notat Innocent. *in c. qualiter & quando. de accuſat.* & Bartolus *in l. ſi confeſſus ff. de cuſtod. reor.* & pro hac limitatione videtur eſſe caſus *in l. ait prætor. §. permittitur. de minor.* quem textum ſecundum Aret. n. *in dict. ca. veniens.* dicit ſingularem Bald. *in l. 2. in fin. C. de re iudic.* nam confeſſus † 253 non poteſt opponere de ineptitudine libelli, nec de alio iuris ordine nō ſeruato; & videtur caſus *in c. Piſanis. de reſtitut. ſpoliat.* Sed aduerte, quia contra Aretin. videtur caſus *in d. l. quamuis.* vbi etiam † confeſſus per 254 tormenta non poteſt opponere, ꝙ non potuit interuenire procurator, ſed ibi, vt ſupra dixi, concurrebant plura. Quantæ vtilitatis & ſubtilitatis huiuſcemodi *§. publice dict. l. ſeruum quoque ff. de procurat.* elicitur ex dictis Pauli de caſtro *hic in 2. colu.* & Bald. *in fine ſui commenti.* & aliorum, quos *in l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iudic.* & pro ipſius clariori intellectu eſt præmittendum, quod principium huiuſce *§. publice.* loquitur † de cauſis pecuniariis, in quibus 255 quis non cogitur perſonaliter comparere, niſi ſubſiſtente cauſa *l. fin. C. de procurat. & c. 1. de iudicat. in 6.* in quibus cauſis regulariter procura-

tor

tor admitti poteſt. *l.2.§.vſus. eod.tit.* in hiſce tamen cauſis aliquando quis cogitur per procuratorem comparere. *leg.penult.& authentic. omnino. Codic.eod. tit.* Verſiculus vero, *nam & in capitalibus.* loquitur in cauſis capitalibus, de quibus *in leg.2. & in l.captiuus.digeſt.de pœn.& in leg.edicto.§.rei cauſa. digeſt. de bonor.poſſeſſ.* quarum capitalium quædam proueniunt ex judicio publico, quæ-
256 dam ex judicio priuato ; & hiſce † cauſis capitalibus procurator conſtitui non poteſt, ſiue proueniant ex judicio publico, de quo loquitur textus *in leg. penult. §. ad crimen digeſt. de public. iudic.* & textus vltra alios *in leg. de fide. Codic. ad leg. Cornel. de falſ.* & textus *in l.tunc conuenit. Codic. de accuſat. & in leg. reos. eod. titul.* De cauſa vero capitali proueniente ex delicto priuato poſſet intelligi textus *in leg.1.§.1.& 2.reſponſo ff. quand. cauſ. appellat. per alium agi pot.* qui non diſtinguit inter cauſam capitalem prouenientem ex judicio publico vel priuato, & communis eſt, quod etiam in delictis priuatis, vt infra dicam, procurator conſtitui non poſſit. Et eſt notan-
257 dum, quod in hiſce † cauſis capitalibus, vbi agitur de pœna capitis abſens damnari nõ poteſt, etiam quod ſit lis conteſtata. *leg.1.Cod.& digeſt.de requir.reis.& l.abſentem.§.1.* vbi Bartol. *ff.de pœn.* Sed vbi quis non com-

paret, peruenitur ad annotationem bonorum, cuius formam tradit Bartol. *in d.l.1. de requir.reis.* Secundo præmittendum eſt, quod pro quolibet crimine † capitali, tam publico 258
quam priuato, poteſt agi tam ciuiliter quam criminaliter *l. qui nomine. & l.hodie.ff.ad l.Corn.de falſ. & l.fi.de priuat. delict. & de furt.* Et ſicut de jure in † crimine publico requiritur 259
inſcriptio ad talionis pœnam, ita requiritur in crimine priuato *l. fin. C. de iniur. & d. l. fi.de priuat. delict.* & ideo videbimus infra, quod vbi pro 260
crimine † tam publico quam priuato pœna pecuniaria imponitur, ſiue pœna ſit applicanda parti ſiue fiſco, quo caſu dicitur cauſa criminalis *l.3.* vbi gl.Bartol. & cęteri. *ff.de ſepulchr. violat.* & tradunt Moder. *in rubric. Cod.de iudic.& extra eodem.* quod in hiſce cauſis judicium per procuratorem agitari poteſt. *Verſiculus* vero *3. huiuſce §. publice.* intelligitur in cauſis non capitalibus, vt in pœna relegationis, & remotionis ab ordine, & de aliis, de quibus *in l. cognitio.ff.de vari.& extraordin.cognit.& in leg.moris. digeſt. de pœn.* & ideo infra videbimus, an in iſto tertio genere includitur pœna corporis afflictiua, vt quando plebeius flagellis cæditur vel fuſtibus ſubiicitur, iuxta *leg.cap.in princip. in 2. reſponſ.digeſt. de pœn.* Quartum genus cauſarum addit gl. *in l. non ſolum. §.fin. eod. tit.*

Quintum addit Alber. hic *col. fin.* de quo ſecundum eum loquitur textus *in l. ſed & hæ §. & patronus. ff. eod. tit. & in l. non ſolũ §. fi. eod. tit.* Sed tu dic, quod iſtud quintum genus ſatis includitur in illo genere, quod æſtimationem lædit, de quo loquitur textus *in l. penu. de variis & extraordin. cognit.* Vltimo præmittendum eſt, quod textus noſter pluribus modis legitur, vt hic per Odofred. Alber. & alios pleroſque antiquos, communiter tamen recipitur intellectus gloſſ. quod principium loquatur in cauſis pecuniariis. Secundum vero reſponſum in capitalibus. Tertium in cauſis non capitalibus, in quibus ſententia contra abſentem ferri poteſt. Tu cõſidera circa principium huiuſce *§. publice.* intelligendo eum, quod loquatur in allegante
261 † cauſas abſentiæ, quænam poterit eſſe ratio dubitandi: ad quod dic, quod videbatur dicendum, quod non deberet admitti quis ſine mandato, ex quo in hiſce cauſis procurator conſtitui poteſt, & imputandum videbatur abſenti, qui procuratorem non dimiſit *l. abſens. eod. titul.* vel ſaltem videbatur, quod eſſet ad-
262 mittendus † mediante cautione de judicato ſoluendo, quam etiam locupletiſſimus qui defendere vult, præſtare tenetur: *l. qui proprio. §. qui alium. ff. eod. tit. & l. minor etiam. eod.*
263 *tit.* attento etiam quia defenſor † qui non ſatiſdat, condemnari non poteſt. *l. liberorum. in fine de negot. geſt.* Contrarium tamen hic dicitur, quod † à quocunque abſens defendi 264 poteſt; nec mirum, quia jura prædicta loquuntur, vbi quis vult plene defendere & ſuſcipere in ſe telam judiciariam, ſed textus noſter loquitur de illis tantummodo, qui allegant cauſas abſentiæ, ad quas paſſim etiam inhabiles admittuntur, vt hic dicit gl. magna *ad finem.* Circa ſecundum reſponſum faciebat dubium & videbatur, quod ex quo in hiſce cauſis remouetur omnis procurator & defenſor, qui plene defendere vult debet etiã remoueri quilibet alius defenſor, qui cauſam abſentiæ adducere intendit, per regulam quæ habet, quod à quo remouetur genus, remouetur quælibet eius ſpecies. *l. chorus. ff. de legat. 2. & l. 1. ff. de ſuis & legit.* Contrarium hic deciditur, & ratio decidendi eſt, quia in allegãte cauſas abſentiæ ceſſant rationes prohibitiuæ conſtitutionis procuratoris, de quibus plene dixi *in d. §. ad crimen.* Circa tertium reſponſum faciebat dubium, quia videbatur, quod etiam in hiſce cauſis non capitalibus, ex quo per eas læditur hominis æſtimatio, non deberet poſſe conſtitui procurator. *argum. l. juſta ff. de manumiſſ. vindict. & l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. & l. ſi iſti quidem ff. quod metus*

metus cauſa. attento etiam quia tex. *in l.1.in 1.& 2. reſponſ.ff. quand. cauſ. appell. per alium agi poſſ.* videtur ſolum velle, quod in cauſa pecuniaria procurator conſtitui poſſit, vt patet ibi, *ſin autem pecuniaria* ſit & ibi, *ſed ſi ea cauſa ſit, ex qua ſolet ſequi condemnatio vſque ad relegationem.* intelligendo quod dictio, *vſque*, ſtet incluſiue, vt Bartol. dicit *col.2.* Sed ratio decidendi colligitur ex vna ratione quæ adducitur, quod ideo in cauſis capitalibus procurator conſtitui non poteſt, quia ſententia poſſet reddi eluſoria contra *l. ſi præt. ff. de judic.* Sed iſte intellectus communis non videtur tutus per locum à ſufficienti partium numeratione. nam intelligendo hunc textum *in principio* in allegante cauſas abſentię, & eodem modo verſiculum, *nam & in capitalibus*, non video, quomodo poſſit intelligi textus *in 2. reſponſ.* in allegante cauſas cauſæ, quia illa dictio, *itaque*, eſt continuatiua præcedentium: & ideo huic textui accommodatur ſecũdus intellectus per Mart. Salic. Iac. de Raue. & Petr. de Bellapetr. quos citat hic Bartol. & hunc intellectum ſequuntur Cyn. & Alber. *in l. reos. Cod. de accuſat.* ſed iſte intellectus non recipitur communiter ex duplici capite: & primo ſecundum Bartol. quia verba textus huic intellectui refragari videntur, quandoquidem allegare cauſas innocentiæ ſit plenarie defendere. *l. is qui reus ff. de public. judic.* Sed tuendo hunc intellectum dici poteſt, quod ſatis dicitur excuſare innocentiam ille, qui excuſat abſentem à contumacia, quandoquidem contumax habeatur pro nocente ſeu delinquente, iuxta *l. omne delictum in princip. de re milit.* Secundo obijcitur huic intellectui, quia ſi iſte vltimus verſiculus intelligeretur de allegante cauſas abſentiæ, decideretur hic caſus minus dubius. Si enim quis admittitur in cauſis capitalibus ad allegandum cauſas abſentiæ, longe magis & minus dubie debet admitti in cauſis non capitalibus, in quibus abſens condemnari poteſt. Sed tuendo hunc intellectum reſponderi poteſt, quod videbatur dicendum, quod ex quo in hiſce cauſis non capitalibus procurator conſtitui poteſt, quod non deberet admitti quis ad allegandum cauſas abſentiæ. Tertius datur intellectus per Dynum, quod iſte textus intelligatur generaliter in quibuſcunque cauſis tam capitalibus quam non capitalibus, in quibus abſens condemnari poteſt: ideo ſecundum eum in terminis *l. lege Cornel. §. conſtitutio. & leg. ne diu. Codic. de pœnult. & in extrauag. ad reprimẽdum.* vbi abſens condemnari poteſt: admitti poteſt procurator, qui poteſt prodeſſe & nocere Domino:

& cum iſto intellectu trãſeunt nonnulli antiqui, quos citat Imola *in l. penult.§.ad crimen.col.vlt. de public. iud.* & Modern. Senen. qui tranſcribunt dicta Imolæ *in c. veniens. col.28. de accuſat.* ſed Bartol. non recipit hunc ſenſum, vt per eum *in d.§.crimen col.2. & in d. extrauag. ad reprimendum. in verb. legitime.* cuius tamen fundamentis reſpondet Imola *in d.§. ad crimen.* ſed dicam infra *in vltimo notabili.* Quartus intellectus accommodatur per Bart. *hic*, quod iſte textus non loquatur in procuratore, ſed in defenſore ſine mandato, & in omni genere cauſarum de mundo, vt patet ibi, *à quibuscunque defendi*, quaſi dicat, non curo cum mandato vel ſine, & vt patet ibi, *quẽuis verba pro eo facientem*, quaſi dicat, non curo, an habeat mandatum, vel ſit ſine mandato, & an ſit maſculus vel fœmina, quia admittitur vt excuſator innocentiæ, qui poteſt prodeſſe ipſi accuſato vel inquiſito, vt non nocere: & pro iſto intellectu facit ſecundum Bartol. quia ſi
265 judex † in cauſis, in quibus proceditur, ad diffinitiuam etiam lite non conteſtata tenetur ipſe ex ſuo officio inquirere veritatem. *auth. qui ſemel.* ibi, *perquiſita verita. C. quomodo & quando iudic.* & idem eſt in cauſa appellationis, in qua non requiritur litis conteſtatio. *l. ampliorem. C. de appell.* idem in caſu iſto. Et pro iſto intellectu ponderando iſtum textũ *in verb. æquum & ordinarium eſt.* quaſi velit dicere, quod licet procurator in cauſis capitalibus non poſſit conſtitui, tamen æquum & ordinarium eſt admittere quempiam excuſantem abſentem, qui condemnari poteſt: & hoc eſt, quod voluit dicere textus *in l. reos Codic. de accuſat.* dum dicit: *leges publicorum judiciorum non ſolum per defenſorem* † ſed 266
etiam per procuratorem defendi permittunt vt tantum defendat, non autem vt noceat, attento maxime, quia etiam in criminalibus, vbi quis eſt præſens ac confeſſus & condemnatus, tenetur judex ex officio inquirere veritatem. *l. 1.§. ſi quis vltro ff. de quæſt.* Ergo longe magis hoc dicendum videtur in abſente. *leg. ſi non defendantur. ff. de pœn.* & facit pulcher textus, vbi videtur eſſe caſus vltra alios *in l. fin. ff. ad l. Iul. de annon.* vbi licet mulier non admittatur ad accuſandum *l. Iul. de annon.* admittitur tamen ad inſtruendum præfectum annonæ, facit textus *in l. amplius puto.* ibi, *adire prætorem. & judicare rem prout ſe habet. ff. de fideicomm. liber.* & hunc intellectum ſibi aſſcribit Salicet. *in l. reos. col. 11. Cod. de accuſat.* & cum iſto intellectu hic tranſit Paul. de Caſtro qui dicit, quod iſte talis ſolum admittitur ad excuſandum: nec ſubiicit de ſententia; & cum iſto intellectu tranſit etiam D. Anton.

Anton. Roſ. *in conſil. 49. col. 2. inter conſil. Cepoll.* Sed huic intellectui contradicit Angel. hic, quia Bartol. videtur ſentire, quod non poſſit admitti † quis vt procurator: & tamen in contrarium obſtat iſte textus, ibi, *quemuis*, & ibi, *à quibuſcunque defendi.* qui videtur innuere, quod etiam quis vt procurator poſſit admitti. Sed reſponderi poteſt, quod Bart. etiam fatetur procuratorem debere admitti ad informandum ipſum iudicem de innocentia accuſati vel inquiſiti. Sed replicari poteſt, quod tunc non poteſt dici, quod admittatur vt procurator, ex quo in ſe non ſuſcipit telam iudiciariam. *argum. c. ſuper. de re iudic. & l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffic. teſtam.* Secundo moue-
267 tur Angel. nam † procurator non poteſt interuenire, vt tantum prodeſſe valeat, vt Imola tradit *in c. conſtitutus. extra eod. tit.* Sed ad hoc reſpondet Aret. *in cap. veniens. de accuſat.* quod licet non poſſit talis procurator conſtitui ab homine, tamen poteſt à lege admitti, vt poſſit prodeſſe, & non nocere, vt in ſimili de tutore tradit Bart. *in l. tutor. qui repertorium. ad finem. ff. de adminiſtr. tutor.* facit *l. 2. C. de accuſat.* Tu conſidera: aut pars aduerſa non contradicit huic excuſatori; & iſto caſu procedet opinio Bartoli; aut vero contradicit, & tunc videtur, quod teneatur cauere iuxta *l. qui proprio. §. alium. & l. min. ff. eod. tit.* & facit textus *in l. 2. §. pen. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* vbi non debet admitti procurator, per quem conditio aduerſarij efficiatur deterior, & hoc vltra alios. Eſt verum, quod intellectui Bartol. multum refragatur iſte textus, dum dicit, *quemlibet admitti*: & ſic etiam procuratorem, facit regula, *l. ſi is qui ducenta. §. vtrum ff. de reb. dubiis.* & ſic videtur, quod ſi habeat mandatum, quod debeat admitti, tanquam defenſor; attento maxime, quia non videtur, quod poſſit nocere Domino ſecundum Imolam, niſi habeat ſpecialiſſimum mandatum, ſed dic, quod non eſt inconueniens reſtringere iſtam dictionem, *quemuis*, vt non comprehendat procuratorem; cuius factum regulariter præiudicat Domino: & ſi dicas, contra Bartol. eſt caſus *in extrauag. ad reprimendum* ibi, *perſonaliter vel legitime non comparuerit*: & non dixit perſonaliter tantum. Nam ad hunc textum reſpondet Bartol. quod dum dicit, *legitime* refertur ad vniuerſitatem, quæ in cauſa criminali per procuratorem comparere poteſt, ſed facile fuiſſet imperatori hoc, quod Bartol. ſentit, exprimere. Sed replicari poteſt, quod non eſt conueniens; quod ex quo illud verbum, *perſonaliter*, non poteſt referri, niſi ad ſingulares perſonas: quod illud verbum, *legitime*, refe-

ratur ad vniuerſitatem tantum: attento maxime, quia textus *in leg. inter accuſatorem. ff. de public. judic.* videtur innuere, quod ſit ſuſcepta cognitio, quod abſens poſſit condemnari, ſiue ſit Reus, ſiue actor: & tamen vult, quod ſola defenſio detur: & idem probatur *in §. ad crimin. ad fin.* ibi, *& ſic juſtam rationem habeant, cur ſententiam differant:* & ideo credo, quod poſſit etiam accommodari nouus intellectus ad hunc textum, & conſiderandum eſt, quod licet in cauſis capitalibus abſens pœna capitis damnari non poſſit, vt dicit text. *in l. abſentē in princ. de pœn. & in verſ. verum ſi quid grauius irrogandum fuiſſet, tamen abſentem qui citationi & edictis præſidum non obtemperat, condemnari oportet*, dicit text. *in d. l. abſentem*, nec iſta ſunt cōtraria, quia ſolum condemnatur ad pœnā, quæ æſtimationē lædit. Dico ergo, ꝙ vbi abſens poteſt condemnari, ſiue cauſa ſit capitalis ſiue non capitalis ſiue ciuilis, dummodo non agatur de pœna capitis, poteſt interuenire quis, & tanquam procurator, & tanquam inſtructor. Et iſte intellectus differt ab intellectu Dyni, qui voluit, quod etiā, vbi abſens poteſt condemnari pœna capitis, quod poſſit interuenire procurator: & in hiſce terminis poſſet intelligi text. *in l. reos. C. de accuſat.* Alius poteſt accommodari intellectus: & conſiderandum eſt, quod per locum *à ciuilibus ad criminalia* arguitur, vt probatur *in d. l. abſentem.* ibi, *ſecundum morem priuatorum judiciorum.* Sed in cauſis ciuilibus poteſt reus aſſumere in ſe onus probandi, vt demonſtret actorem experiri ſine actione. *l. ſi pupilli. §. Iulianus. de negot. geſt.* Dico ego, quod quilibet debet admitti ad excuſandam innocentiam Rei, quod accuſator vel inquiſitor non habet jus accuſandi vel inquirendi, nec iſto caſu videtur quod judex poſſit dicere, quod velit habere præſentiam accuſati vel inquiſiti, vt videat, qua fronte, & quo animo loquatur, attento quod proceditur ſolum ad excluſionem proceſſus, & quaſi per viā extraordināriā: & hoc eſt, quod vult dicere textus *in c. veniens. de accuſat.* vbi vult, quod admittatur procurator ad excludendum accuſatorem, qui fuerat confeſſus ſe per calumniā accuſaſſe: magis tamē placet præcedens intellectus. Datur alius textus ad hunc textum per Angel. hic in quadam *ſua repetitione*, quem referunt quidam Moder. *in c. veniens. de accuſ.* & vult,
268 † quod vbi reus eſt abſens ex juſta cauſa, quod tunc poteſt interuenire procurator ad plenam defenſionē, quia publice vtile eſt abſētem à quibuſcunq; defendi, ita loquitur textus hic. Sed vbi quis eſt abſens ex injuſta cauſa & latitat, tunc non poteſt

inter-

interuenire procurator; ita loquitur textus *in §. ad crimen.* In primo vero caſu loquitur etiam textus *in l. reos. C. de accuſat.* Et ſi dicatur, quod licet ſit abſens ex juſta cauſa, ex quo non poteſt condemnari, videtur quod non poſſe procurator, ex quo ex tali interuētu nullus poteſt ſequi effectus. Replicari poteſt, quod euitabit annotationem bonorum, ſed tu dic, quod iſte intellectus confunditur per textum *in §. crimen in fin.* qui vult, quod poſſit ſubeſſe juſta cauſa, quæ habeat euitare annotationem bonorum, & tamen generaliter dicit, quod crimine publico perſequendo non interuenit procurator. Notatur primo ex hoc textu ibi, *publice vtile eſt* abſentes à quibuſcunque defendi, quod ex quo intereſt Reipublicæ, vt abſentes

269 defendantur † nemo poteſt condemnari ſecundum Angelum, niſi ſibi detur terminus ad defenſam *leg. 3. & l. deſertorem. §. ſi ad diem. digeſt. de re milit.* & eſt textus cum gl. *in l. 1. ff. de fur. balne.* & tradunt Bartol. & Imol. *in l. cuſt. §. 1. de public. judic.* Et dicit Salicet. *in leg. 2. de cuſtod. reor.* quod practica totius mundi eſt, vt

270 ſponte confeſſus † mittatur ad carceres, & aſſignetur ſibi terminus ad allegandum quidquid velit, ne condemnetur, & ſi nullam faciat defenſionem inter terminum, videtur perſeuerare in illa confeſſione. Dixit tamen ſingulariter Bald. *in l. à procedente. Cod. de dilation.* quod vbi delictum eſt notorium, quod judex poteſt denegare talem dilationem ac interloqui talem dilationem non eſſe dandam, & eum condemnare & mittere ad furcas. Et ſecundum Angel. hic male faciunt Aſſeſſores, qui faciunt inquiſitum vel accuſatum confiteri delictum; Deinde præfigunt terminum octo dierum ad faciendum ſuas defenſiones: deinde faciunt eos renunciare hiſce defenſionibus, quia non poſſunt iuxta gl. *in l. pactum inter hæredem. ff. de pact.* vbi plene Moder. facit *l. non tantum de appellat.* vbi Bartol. Angel. tamen de Aretin. *in tract. ſuo malefic. in verb. qui judex.* ſtatuit terminum ad eorum defenſionem poſt Angel. *in l. cuſtodias. digeſt. de public. judic.*
diſtinguit † quod aut conſtat reum 271
nullam habere defenſionem, vt quia forte eſt inſignis latro, & tunc poteſt renunciare, ex quo jus defendendi non habet, & nil aliud ſit, niſi quod citius moritur; aut vero conſtat ipſum habere defenſionem, & tunc non tenet renunciatio, & in hiſce terminis poteſt intelligi textus *in l. adulterum. Cod. de appell. & in l. non tantum eod. tit.* ibi enim conſtat eum habere defenſiones, ex quo ducebatur ad patibulum infra tempora data ad appellandum. In dubio tamen concludunt omnes, quod

quis

Digitized by Google

quis poſſit renunciare ſuis defenſionibus per gloſſ. *in leg. 1. de furt. balne.* quæ hoc mihi non probat, & videtur magna reſtrictio ad gl. *in l. pactum inter hæredem. ff. de pact.* quæ indiſtincte dicit: quod quis non poteſt renunciare ſuis defenſionibus; mihi placet id, quod dicit ſingulariter Innocent. *in ca. quoniam Abbas de offic.*
272 *deleg.* quod quis † poſſit renunciare termino, non autem defenſioni. Notatur ſecundo, ibi; *nam & in capitalib.* hic eſſe text. pro illa regula, quod ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt: ergo de quo magis. Nam ſi in capitalibus cauſis defenſio datur, longe magis debet dari in cauſis pecuniariis, facit *authen. multo magis. Cod. de SC. eccleſ.* Notatur tertio ex hoc textu ibi, defenſio datur,
273 quod ad † allegandum cauſas abſentiæ facti, vtputa quod accuſatus vel inquiſitus eſt detentus in vinculis, admittitur non ſolum procurator, ſed etiam defenſor quilibet, tam maſculus quam fœmina, etiam ſine aliqua ſatisdatione, vt patet ibi, *à quibuſcunque defendi.* Sed opponitur ſecundum Alber. hic, & videtur quod illa dictio, *à quibuscunq;*, debeat reſtringi ad perſonas habiles. *l. 1. de SC. eccleſ. & l. vlt. gradatim. §. 1. de mun. & honor.* ſed ipſe reſpondet, quod ad allegandum cauſas abſentiæ, & ad informandum ipſum judicem de impedimento facti, quilibet indiſtincte admittitur. Sed difficultas conſiſtit ſecundum Angel. poſt Innocent. relatum per Bartol. *in §. ad crimen.* an admittatur quilibet † ad 274
allegandum cauſas abſentię juris, vtputa quod accuſatus vel inquiſitus non poteſt venire, quod non eſt locus tutus; & hic diſtinguendum eſt ſecundum Angel. Aut enim cauſæ juris quæ allegantur, apparent ex actis, & ſine dubio cum ſint notorię, adduci poſſunt, quia judex ex officio ad hoc adſtringitur etiam parte non petente, vt gl. dicit *in l. vbi pactum de transaction.* Si vero cauſæ abſentiæ juris non ſint notoriæ, non admittitur excuſator ſine mandato, vt ſi vellet dicere, vt dixi, quod locus nõ eſt tutus accuſato, vel quod judex non eſſet competens ipſius accuſati, vel quod eſſet excommunicatus. Et ratio huius concluſionis eſt ſecundum Angel. quia veroſimiliter quis ignorare poteſt, an accuſatus vel inquiſitus velit vti hiſce exceptionibus. Item vt Bartol. dicit *in §. ad crimen.* eſſet poſſibile, quod impeditus impedimento loci non tuti, non obſta. hoc impedimento compareret, & ideo videtur, quod ad has allegationes non debeat quiſpiam admitti ſine mandato: ſed ſecundum Imolam poſt Bald. *in d. §. ad crimen.* Iſta opinio Angel. hic non eſt tuta. Primo, quia non eſt veroſimile, quod abſens velit ſe exponere periculo,

Digitized by Google

culo, licet poſſit, quia exponens ſe periculo etiam inuitus defendi poteſt. *l. non tantum de appellat.* & ideo vbi aliquis allegat iſtam exceptionem loci non tuti, vel incompetentiæ judicis non videtur quod illam allegat contra voluntatem abſentis, quia vbi abſens non comparet, præſumptio eſt, quod velit illas exceptiones adduci poſſe, ne incidat in delictum contumaciæ: ergo ſatis præſumendum eſt, quod non admittatur contra voluntatem citati. *arg. l. liberi. §. fin. de negot. geſt.* & ideo idem Angel. in quadam *ſua diſputatione.* incip. *Bonon quidam* tenet quod imo quilibet excuſator admittatur etiam ad allegandum cauſas juris, qui non præjudicant ipſi accuſato vel inquiſito, qui eas adducendo gerit negotium Dn. vtiliter, iuxta *l. qui vtiliter, de negot. geſt.* quo caſu, aut Dominus geſta per hunc excuſatorem ratificabit: & tunc conſtabit de voluntate Domini; aut vero non habebit ratum, & ſic poterit quandocunque renunciare huic exceptioni declinatoriæ oppoſitæ per excuſatorem. Sed iſta conſideratio Angeli non videtur vera, & conſide-
275 randum eſt, quod regulariter † defenſor ſine mãdato non admittitur. *d. l. liberi. §. fin. & l. tot.* vbi Bartol. *ff. eod. tit.* & vbi admittitur, tenetur cauere de judicato ſoluendo; & ratio potiſſima huiuſce concluſionis eſt, ne judicium reddatur eluſorium, quia intereſt eius, contra quem cauſæ abſentiæ juris allegantur, vt allegans habeat mandatum. Mihi tamen placet opinio contra Angel. hic. primo per iſtum textum, qui vult, quod vbi abſens poteſt condemnari, poſſit quis innocentiam ſuam excuſare; ergo longe magis debet quis admitti ad allegandum cauſas abſentiæ juris in cauſis capitalibus, quia niſi reus excuſetur, confiſcabuntur omnia eius bona poſt annum irreuocabiliter. Si ergo ſuccurritur de æquitate abſenti eo caſu, quo poteſt condemnari, vt eius innocentia poſſit excuſari, quo caſu ſæpenumero agitur de minori præiudicio, quam ſit confiſcatio omnium bonorum, longe magis hic videtur ſuccurrendum, & iſta opinio ſecundum Aret. probari videtur *in l. fin. circa medium. ff. de requir. reis.* vbi textus dicit, quod ſi reus non comparet infra annum poſt citationem, vel non habeat, qui eum defendat in cauſa capitali, poſt annum confiſcantur eius bona. Et ſi quiſpiam diceret, aduerte, quia ille textus debet ſuppleri, quod veniat cum mandato, replicari poteſt, quod ſi haberet mandatum, non vocaretur ſimpliciter defenſor. Cum ergo ille textus non poſſit intelligi de allegante cauſas cauſæ, ſeu innocentiæ, debet intelligi de quibuscunq; cau-

ſis tam iu[illegible] quam facti, & ita etiam intelligendus videtur textus *in §. ad crimen. in fin.* & textus noſter hic. Notatur quarto ex iſto textu quod
276 vbi † abſens poteſt condemnari, ibi poteſt interuenire procurator. Et ideo ſecundum Dynum relatum hic per Bartol. & per Alber. *col. 10.* vbi de iure cõmuni in cauſa capitali ſententia poteſt ferri contra abſentem, ibi poteſt interuenirè procurator, & ſic in caſu *leg. nec diu. Cod. de pœn. & in extrauag. ad reprimendum.* & in caſu *l. lege Cornelia. §. conſtitutum*
277 *ad leg. Cornel.* in quibus abſens † damnari poteſt, poterit interuenire procurator. Idem eſt, ſi ex forma ſtatuti, vel ex conſuetudine ſecundum Dynum quis poſſet abſens cõdemnari, haberetur que pro confeſſo & conuicto; & hanc opinionem amplectitur Imola *in dict. §. ad crimen.* qui dicit, quod ita communiter tenetur & referunt Moder. *in cap. veniens. col. 28. de accuſat.* Sed contraria opinio quæ videtur crebrior ſecundum Iaſon. *in leg. 2. qui teſtam. fac. poſſ.* videtur etiam verior, quod in cauſis capitalibus, vbi agitur de pœna maiore relegatione, dato, quod abſens poſſit condemnari ſiue ex diſpoſitione iuris communis, ſiue ex forma ſtatuti aut conſuetudinis, nullo modo poſſit interuenire procurator. Quæ quidem opinio probari videtur lege, ratione & auctoritate. Et primo per textum *in l. pen. §. ad crimen de public. iudic.* vbi dicitur ſimpliciter ad crimen publici iudicij perſequendum fruſtra interuenit procurator. Sed huic textui reſpondetur, quod licet ſimpliciter loquatur, debet tamen diſtingui & declarari per alias leges. Sed replicari poteſt, quod nullibi repellitur, quod abſens in cauſa capitali de iure Digeſtorum ſeu Pandectarũ poſſit condemnari, niſi in caſu *l. lege Cornelia. §. conſtitutum*, qui textus vult, quod ſerui, qui ſpadonem interfecerunt, licet vltimo ſupplicio ſint puniendi: abſentes tamen condemnari poſſunt. Cum ergo ille ſolus caſus reperiatur, non eſt veroſimile, quod includatur in regula *§. noſtri.* Item poteſt dici ad illum textum dum dicit de abſentibus quoq;, tanquam lege Cornelia teneantur, pronunciandum eſt, vt ſit pronunciandum perinde, ac ſi eſſent præſentes vſque ad relegationem, vt ibi ſentit gl. *in ſecundo intellectu.* Vel poteſt dici, quod ille textus non loquitur de abſentibus, vt ſint puniendi tanquam lege Cornelia teneantur, ſcilic. pœna corporali, ſed ſolà pœna confiſcationis bonorum, quia abſens non poteſt deportari, minus eſt præſumendum, quod iſta regula trahatur ad *l. nec diu. C. de pœn.* quia non poteſt I C. diuinare de illo textu, minus de *extrauag. ad reprimendum.*

drm. in verb. legitime. vt ibi Bartol. dicit. Secundo obiicitur contra opinionem Dyni per Bartol tex. *in l. inter accuſatorem de public. judic.* vbi inter accuſatorem & accuſatum etiam ſuſcepta cognitione, & ſic lite conteſtata excuſatio pro abſente juſtis rationibus admittitur, quia textus generaliter loquitur & vult, ꝙ ſola excuſatio juſtis rationibus admittatur: & tamen ille textus videtur loqui, vbi abſens poteſt condemnari: dum dicit, *nec per triduum per ſingulos dies ter citatus condemnetur.* Ergo textus noſter neceſſario debet intelligi, & idem probari videtur *in d. l. penul.* dum dicit, *ſed excuſationes abſentium ex SC. judicibus allegantur.* ſubdit textus, *& ſi juſtam rationẽ habeant*, ſententiam differunt. Et pro veritate pro iſta opinione contra Dynum videtur eſſe caſus de cauſis capitalibus, *in d. c. veniens. & in c. ſuper hic. de accuſ.* vbi quando agitur de pœna depoſitionis ab ordine, non admittitur procurator, quia cauſa eſt criminalis. Sed ad iſtum textum reſpondet Imola, quod pœna depoſitionis ab ordine de jure canonico cenſetur pœna criminalis & ratio eſt ſecundum Moder. *in dict. cap. veniens. col. 28. in 13. quæſt.* quia depoſitio ab ordinibus eccleſiaſticis eſt magna pœna, quia quis non deponitur ab ordine niſi ex grauiſſimo crimine *ca. 1. diſt. 81.* ſed ob hoc non tollitur contrarium, quia illa ſententia depoſitionis ab ordinibus ſacris in abſentem ferri poteſt, & tamen non poteſt interuenire procurator. Suadetur hæc opinio contra Dynum ſecundum Bartol. *in d. extrauag. ad reprimendum. in verb. legitime.* nam in cauſa appellationis † 278
etiam in criminalibus ferri poteſt ſententia in abſentem. *l. fin. §. illud de temp. appell.* & tamen in cauſa appellationis, nõ poteſt interuenire procurator. Sed replicari poteſt ſecundum quoſdam Moder. *in d. c. veniens.* quod ille textus loquitur, vbi in cauſa principali non poterat procedi contra abſentem; nihil mirum ergo ſi idem eſt in cauſa appellationis, quæ cenſetur eiuſdem naturæ. Sed ſi in cauſa principali potuiſſet procedi contra abſentem, etiam cauſa appellationis poſſet per alium agi; ſed ille textus non patitur hunc ſenſum, quia ſolum facit differentiam inter cauſam pecuniariam & capitalem; & abſolute dicit, quod cauſa capitalis per alium agi non poteſt, nec diſtinguit inter abſentiam & præſentiam, & late dicam de intellectu *illius l. 1.* Vltimo ſuadetur hæc opinio pulchra ratione, nã videtur abſurdum, ꝙ in cauſa capitali admittatur procurator, qui nõ ſolum poteſt prodeſſe, ſed etiã nocere Domino. Sed ad hoc reſpondet Imola, quod per eius dictũ non præjudicabitur Domino,

niſi habeat ſpecialiſſimum manda-tum, vt in ſimili dicitur in matrimonio, in quo requiritur mandatum indiuiduum; attento maxime quod factum procuratoris tendens ad delictum, Domino non præjudicat *l. ſi procurator de condit. indeb.* & erit magis vtile admittere procuratorē, licet poſſit in aliqua particula nocere, quam relinquere ipſum abſentem indefenſum, & maxime vbi judex eſt omnino proceſſurus contra abſentem argum. textus *in l. non ſolum. in fin. ff. de procurat.* vbi quando judex deliberat omnino procedere contra abſentem, admittitur quis ſine mandato ad remouendam cauſam ſuſpecti tutoris. Sed replicari poteſt, quod ſi iſta ratio eſſet vera, deberet etiam admitti in cauſis capitalibus, in quibus abſens condemnari non poteſt, quia melius eſſet eum defendere, licet in aliqua parte poſſit ſibi nocere, quam eum indefenſum relinquere. Item vt dicit Bartol. melius eſt, vt quilibet admittatur, qui poſſit tantum prodeſſe, non autem nocere. Eſt verum, quod pro opinione Dyni multum ſtringit textus *in d. extrauag. ad reprimendum*, dum dicit, *perſonaliter* vel *legitime*, cui textui non ſatisfacit ſolutio Bartoli ſecundum Imolam dicentis, quod ille dicitur comparere, qui perſonaliter comparet, ſi eſt ſingularis perſona, vel per procuratorem ſi eſt vniuerſitas, quia illa verba, *perſonaliter vel legitime*, videntur pariformiter referri tam ad ſingulares perſonas, quam ad vniuerſitatem. Sed replicari poteſt, quod ex quo illa verba, *perſonaliter* non poſſunt referri ad corpus, collegium vel ad vniuerſitatē, neceſſario ſunt referenda ad perſonas ſingulares, cum verbum *legitime*, ad collegium vel vniuerſitatem, vt Bartolus ſentit, proprie referri poſſit, quia regula *l. egi nam hoc jure de vulg. & pupill. ſubſtit.* procedit, vbi poteſt pariformis determinatio cogita. Notatur vltimo ex hoc textu ibi, *æquum & ordinarium eſt admittere*, hic eſſe tex. quod judex non poteſt dicere † procuratori, quod vult, quod 279
principalis perſonaliter compareat quia melius nouerit veritatem, quia quod quis poſſet comparere per procuratorem eſt ordinarium, & æquum, contrarium tamen tenet Bartol. hic: reprobata opinione Jacob. Butr. qui volebat, quod ſi procurator haberet ſpecificum mandatum, ad ſic reſpondendum, quod judex non poſſet deſiderare, quod principalis compareret, nam contra Jacob. ſtringit iſte textus qui vult, quod ſit æquum & ordinarium admittere procuratorem: huic ergo æquitati & juris ordini non poteſt judex derogare, ſed vt ſupra dixi, Bartol. *hic & in l. fin. Codic. de procurat. &*

Digitized by Google

rat.& in l.2.§.defendi.ex quib.cauſ. in poſſeſ.eat. tenet, quod imo poſſit cogi principalis ad reſpondendum, quia ob eius præſentiam veritas magis percipi poterit, quæ per tremorem, ruborem, pallorem & ſimilia percipi ſolet. Sed ſecundum Baldum diſtinguendum videtur inter judicium criminale & ciuile. nam in judicio criminali, in quo torturæ locus eſſe poteſt, poteſt cogi principalis comparere, & in hiſce terminis loquitur textus *in l. de minore §. tormenta.digeſt.de quaſtion.* ſed vbi non eſſet locus torturæ; ex quo procurator habet ſpecificum mandatum, Dominus videtur loqui per organum procuratoris. *leg. qui autem in fin.digeſt.de conſtit.* ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis ita dicit Bal.hic. Et iſta opinio fuit de mente Bartol. licet Bald. non dicat *in leg. qui bona. §.qui alieno.colum.vltim.* vbi facit differentiam inter judicium criminale & ciuile; & vult, quod in criminali teneatur comparere perſonaliter: quia ex aſpectu, voce, colore & trepidatione poterit judex melius ſe informare ab ipſo principali & opinio Bartol. *in d. §. qui alieno.* recipitur communiter ſecundum Alex. & Moder. *in leg. fin. Cod. de procurat.* & probari videtur ex illo textu, vbi vnicuiq; permittitur per procuratorem reſpondere, niſi ſubſiſtente cauſa, & tradit Raph. Fulgoſ. *in conſ.244.* Mihi placet diſtinctio, quam ſentit Bal.hic, quod ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis, dummodo non agatur de tortura, non poſſit cogi principalis cõparere per hunc textum, qui generaliter loquitur, & per textum *in dict.leg.fin.* niſi ſubeſſet juſta cauſa, vt puta quia procurator eſſet infamis vel rixoſus, vt Modern. tradunt *in d.l.fin.* Circa gl. *in verb: publice.* colligitur concluſio, quod intereſt Reipublicæ † 280 quamplurimos ad defendendam ſuam cauſam admitti. Sed tu aduerte quia jura allegata in gl. non probant hoc, nam textus *in l.in prouinciali.§. fin.cum l.ſeq.* bene probat, quod ſi ædificetur in publico, quod omnes ciues nunciare poſſunt: quia intereſt Reipublicæ quamplurimos ad ſuam cauſam admitti. Sed textus noſter non loquitur de intereſſe publico principaliter, ſed ipſius abſentis: ſicut etiam loquitur textus *in l. exigendi.Cod.de procurat.* Item textus *in l.1.in fin.ff.quod cuiuſque vniuerſ.* Loquitur de defenſore † qui te- 281 netur ſatisdare de rato vel de judicato ſoluendo, iuxta *leg. qui proprio §.qui alium.& l.minor.ff.eod.tit.* ſed textus noſter loquitur de defenſore allegante cauſas abſentiæ, qui non tenetur ad aliquam ſatisdationem, vt eſt gl. ſingularis *in l. in eodem.§.nemo ff.de reg.iur.* ſed alij defenſores tenentur ſatisdare, dato quod ſint locuple-

Digitized by Google

cupletiſſimi. *d. l. minor*. Sed tu conſidera, quia gl. *in d. l. in eodem §. nemo.* loquitur in allegante cauſas abſentiæ in cauſa criminali, vbi agitur de vtilitate publica, vt Bartol. dicit *in l. vbi pactum col. penult. de tranſact.* Ideo vide Decium omnino *in d. l. in eodem. §. nemo. ff. de reg. iur.* & dic,
282 quod intereſt Reipublicæ † hic ſecundario, principaliter tamē intereſt ipſius abſentis à quocunq; defendi, alias ſi principaliter intereſſet Reipublicæ vt hic ſentit Angel. poſſet procurator inuitus conſtitui, & tamen non poteſt. *l. filiusfamilias. §. inuitus. eod. & l. inuitus. C. eod.* & ideo officium procuratoris eſt priuatum autoritate & vtilitate, licet ſecus ſit in officio tutoris & curatoris: quod eſt publicum autoritate, & vtilitate priuatum. *l. ſi quis magiſtratus. ff. de muner. & honor. & inſtitut. de excuſat. tutor.* nec eſt inconueniens, † quod principaliter interſit priuatorum, principaliter à quibuſcunque defendi, & ſecundario Reipublicæ, ſicut in ſimili dicitur, quod intereſt principaliter ne quis re ſua male vtatur, ſecundario Reipublicæ, vt ita Reipubl. onera ſubire poſſit. §. *pen. inſtit. de iis qui ſunt ſui vel alien. iur. & in §. eos. in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffr.* ſic etiam principaliter intereſt mulierum dotes earum conſeruari, ſecundario Reipubl. *l. 1. & 2. de iur. dot. & l. 1. ſolut. matr.* gl. *in verb. datur.* poteſt diuidi in quinque partes principales. In prima parte opponitur contra text. in ſecundo diſtinguendo tria genera cauſarum opp. reſoluit, & contra primum genus opponit tribus modis. In tertio diuidit ipſum textum. In quarto format vnam quæſtionem. In quinto intelligit hūc textum, quando quis poteſt plene defendere, ſed tantum vult allegare cauſas abſentię. Secunda ibi, *ſed vt tollas.* Tertia ibi, *& ſecundum hoc.* Quarta ibi, *ſed in quem ſententia dabitur.* Quinta & vltima ibi, *vel ſi vis, dicas.* Ex hac gl colligitur prima concluſio, quod in cauſis capitalibus regulariter non poteſt conſtitui procurator *l. pen. §. ad crimen de public. judic.* qui textus licet loquatur in publico judicio capitali priuato, vt probatur *in l. 1. an per alium cauſ. appellat.* vbi non diſtinguitur crimen publicum à priuato, ſed ſolum qualitas pœnæ, & videtur eſſe caſus ſecundum Imol. *in dict. §. ad crimen. colum. 2. in leg. vnica. Codic. vt omn. judic. tam civil. quam mil. in verſ. quod ſi intra 50. dierum numerum.* nam in principio illius legis ſit mentio de furto, vt patet ibi, *ſuper furtis aut criminibus querimoniam commouendi.* & tamen *in verb.* accuſationem, dicit; *accuſationem vero ſuper criminibus factam debet ipſe officialis per ſe proſequi.* Sed reſponderi poteſt, diſputatiue tamen.

283 men, quia proprie † inſcriptio ad pœnam talionis habet locum in criminibus publicis, in quibus eſt determinata pœna, & in quibus cadit proprie ſimilitudo [illegible] ij. *l. ſi cui. digeſt. de accuſat. & leg. ſin. Codic. eod. tit.* & ita tradit Alber. *in leg. in priuatis. digeſt. ad SC. Turp.* & ſi dicatur, quod etiam in priuatis delictis habet locum, & maxime in furto, vt probari videtur *in leg. fin. digeſt. de furt.* dico, quod ille textus reſpondet huic difficultati, dum dicit, quod non ſit inſcriptio quaſi in publicum judicium, ſed vt temeritas gentium extraordinaria pœna coerceatur, & ideo ibi non cadit proprie pœna talionis. Idem probatur ſecundum Imolam *in leg. 3. Cod. vqi ſenator. vel clariſſ.* ibi, *omne crimen publicum priuatumue* cui tamen non per procuratorem reſponderi liceat. Sed ad illum textum poteſt reſponderi, quod non infertur, ex hoc, quod regulariter in priuatis delictis non poſſit conſtitui procurator, & ideo Angel. relatus per Imolam. *in dict. §. ad crimen. colum. 2.* vult quod in crimine publici judicij etiam quando pro crimine eſt imponenda pœna pecuniaria, ſiue ſententia poſſit ferri in abſentem, ſiue non, non poſſit conſtitui procurator. Primo per illum textum, qui loquitur indiſtincte, & ideo ipſe intelligit textum noſtrum in crimine capitali priuato, vt in illo poſſit interuenire procurator, vt ſententia poſſit ferri in abſentem, & ideo ſecundum eum in crimine publico ſiue poſſit ferri in abſentem, ſiue non: vt probat textus *in dict. §. ad crimen.* non poteſt conſtitui procurator. Item ſecundum eum in crimine priuato bene fit diſtinctio, an ſit imponenda pœna maior relegatione, & non poſſit procurator conſtitui, an vero minor, & poſſit. Sed in crimine publico ſiue agatur de pœna capitali, ſiue de alia pœna relegationis, vel minore, vel etiam de pœna pecuniaria, prout agitur in pleriſque delictis publicis, vt *§. fin. Inſtit. de publ. judic. & in l. 1. ad leg. Iul. de annon.* & de reſiduis non poteſt conſtitui. Et pro opinione Angel. pondero tres textus vltra alios primos, textus *in l. de fide. Cod. ad leg. Cornel. de falſ.* qui textus proprie loquitur in criminibus publicis. Habent enim † huiuſcemodi 284
crimina, neſcio quid ſpecialitatis, patet *in l. qui crimen publicum. qui accuſ. non poſſunt.* vbi proprie pœna talionis fuit introductum pro crimine publico, & probatur *in l. fin. de furt.* & ideo † non permittitur mu- 285
lieri accuſati de crimine publico. *l. de crimin. C. qui accuſ. non poſſ.* & ideo damnatus † de crimine publico 286
non.

non poteſt amplius accuſare. *l. qui publico judicio. ff. de public. judic.* & ex delicto publico damnatus etiam efficitur infamis, non ſic eſt in omnibus priuatis delictis. *l. infamem. ff. de publ. judic.* & ideo non dicitur publicum judicium, niſi expreſſe à lege cautum ſit *l. 3. ff. de prauar.* & pœna Turpill. de qua ibi *in §. fin.* ſolum habet locum in publicis judiciis. Ego tamen credo, quod opinio Angel. ita confirmata non ſit vera, per text. *in leg. tunc conuenit. Cod. de accuſat. & leg. 2. Cod. qui accuſar. non poſſ.* qui proprie vult, quod in ea cauſa non ſit admittendus Procurator, vbi eſt neceſſaria ſubſcriptio in crimen; ſecus eſt vbi agitur de cauſa pecuniaria, facit text. *in leg. 2. Codic. qui accuſar. non poſſ.* ſed hic eſſet indaganda

287 ratio, † quare primo ex parte accuſatoris non poſſit conſtitui procurator; & dicit hic Alber. *colum. 7.* poſt Bartol. *in §. ad crimen.* quod ex parte accuſatoris eſt, quaſi non probat, punitur ſimilitudine ſupplicij. *d. l. ſi cui. de accuſat. & leg. fin. eod. tit.* & ideo debet detineri in pari cuſtodia *leg. 2. de cuſtod. reor.* ſed ex quo hodie non ſeruatur de conſuetudine eſſet videndum, an correcta ratione legis, cenſeatur correcta lex, de quo plene dixi *in dict. §. ad crimen.* illa ſemper mihi viſa fuit vera ratio tam ex parte actoris, quam ex parte rei, quam aſſignat IC. *in leg. 1. de requir. reis.* qui dicit, quod rationem patitur, quod abſens eo non audito damnetur, & ideo lex vult, quod non admittatur procurator, vt judex accuratius poſſit indagare veritatem criminis inſpiciendo accuſatorem & reum in faciem, vt videndo quo colore, quo tremore & pallendo loquatur, vt hic dicit Bald. *col. pen.* & hæc ratio, vt dixi, probatur *in dict. leg. 1.* ſed iſta ratio non militat ex parte accuſatoris, quia amplius non punitur pœna talionis, ſed poteſt dici, quod lex quantum poteſt, videtur reſtringere facultatem accuſandi. *leg. ſi cui de accuſat. & l. fin.* ibi, *ne innocentiam feriamus*, & ideo vult, quod ipſemet accuſet, non autem per procuratorem, & ideo in accuſatore deſiſtente habet locum pœna, de qua *in leg. 3. de prauaric.* de quo tamen plene ſcripſi *in dict. §. ad crimen.* vbi vltra alios poſui, 30. ampliationes ad hanc regulam, & forte etiam 30. limitationes. Gl. tamen hic ponit tres. Prima eſt, vt non procedat in caſu *l. Lucius ff. de appellat.* vbi pro ſeruo condemnato in cauſa capitali poteſt Dominus appellare & cauſam appellationis proſequi; & ratio eſt, dicit gl. quia comparet pro ſuo intereſſe proprio. Sed iſta ſolutio non videtur tuta, per text. *in leg. ſi non defendantur. ff. de pœn. & in l. 2. digeſt. de exhib. reis.* & ideo gl. *in l. ſi ſeruus. de ſtatu homin.* dicit.

dicit, quod Dominus poteſt bene
288 miniſtrare † probationes ipſi ſeruo
eum defendendo, ſed judicium eſt a-
gitandum cum ipſo ſeruo; & pro
iſta ſolutione facit text. *in l. 2. Cod.*
de accuſat. ibi, *vt poſſit pro eo competẽ-*
tes allegationes afferre, ſed finis diſtin-
guitur ſecundum principium *illius*
legis, vt ibi declarat Salicet. vere ta-
men videtur, quod pro ſeruo ſi Do-
minus citatus pro ſuo intereſſe non
vult eum defendere, ſed relinquere
fortunam judicio, poterit vel à ſe-
ipſo defendi, vel à quocunque, *d. l.*
ſi non defendantur, & l. ſerui. ff. de ap-
pellat. & ideo Imola *in dict. leg. Lu-*
cius. dicit, quod ideo ab alio poteſt
defendi ſeruus, quia debet dicere
cauſam in vinculis. *dict. leg. 2. de cu-*
ſtod. reor. ſed iſta ſolutio Imolæ non
videtur, quia in caſu *l. 1. quand. cauſ.*
appellat. vult quod in cauſa capitali
non poſſit conſtitui procurator ad
proſequendam appellationem, &
tamen eſt neceſſe fateri, quod ex
quo fuit cõdemnatus in cauſa prin-
cipali, quod erat præſens, aliter in
ipſum non potuiſſet ferri ſententia
d. l. abſentem. de pœnis. Imola dicit,
quod ibi arripuit fugam. Tu dic bre-
289 uiter, quod ex quo ſeruus † regula-
riter non poteſt eſſe in judicio nec
in ciuili, nec criminali, ſi non de-
fendatur à Domino, poteſt ſe ipſum
defendere, & ſi ſe ipſum non defen-
dat, poteſt ab alio defendi. Iſtam ta-
men ſecundam ſolutionem, quod in
caſu *l. Lucius.* poſſit interuenire
procurator, quia erat incarceratus,
voluit Bartol. *in dict. leg. 2. de cuſtod.*
reor. & tamen *in dict. leg. 1. an per a-*
lium cauſ. appellat. dicitur quod non
admittitur procurator, & ideo in-
fert hic Bald. retenta ſolutione glo.
quod ſtante ſtatuto quod pater te-
neatur ſoluere condemnationem fi-
lij: quod ſtatutum valet, licet ſit ini-
quum, quod pater pro ſuo intereſſe
poterit interuenire pro filio in cau-
ſa criminali. Et idem dicunt Angel.
& Imola *in dict. leg. Lucius.* Secun-
da colligitur couclusio ex hac glo.
quod vbi ex crimine † publico vel 290
priuato venit imponenda pœna re-
legationis vel remotionis ab ordi-
ne, poteſt interuenire procurator.
Ratio eſt, quia abſens relegari pot-
eſt: ergo & in tali cauſa procurator
conſtitui. Et hæc eſt communis
Dd. opinio, & probatur etiam *in*
leg. 1. digeſt. an per alium cauſ. appellat.
vbi dicitur: *ſin autem cauſa ſit non*
pecuniaria ſed capitalis, non poteſt per
procuratorem agi. nam ibi appella-
tione *pœna capitalis* ſecundum Bar-
tol. hic intelligitur de pœna capita-
li ſtricte ſumpta. Verſiculus vero,
ſed in ea, loquitur de pœna damna-
tionis in metallum, & deportationis
vſque ad relegationem, excludendo
ipſam relegationem, & dato mil-
lies, quod principium illius textus

S intel-

intelligeretur de pœna capitali large, ſecundum Ryc. & Bartol. de Salic. ille textus poſſet intelligi de aliis pœnis, quæ ſunt mediæ inter pœnas capitales & relegationem: ſicut pœna fuſtium & flagellorum, & damnatio in opus publicum ad tempus; de quibus *in l. capitalium digeſt. de pœn.* ſed replicari poteſt quod illæ pœnæ *in dict. leg. capitalium* ſecundum ordinem literæ poſtponuntur ipſi relegationi, vt patet ibi, *veluti relegatio ad tempus, vel in perpetuum.* Ergo pœnæ relegationis videtur reputari maior, & ideo videtur verior intellectus Bartol. quod ibi illa dictio, *vſque*, ſtet incluſiue, quia hæc eius eſt propria natura, ſecundum Bartol. *in l. Sempronius §. patrono. colum. vltim. de leg. 3.* & niſi ſtaret incluſiue in illo textu ſequeretur quod caſus relegationis non tam clare decideretur ſicut caſus; vbi agitur de pœna capitali, vel agitur ad pœnam pecuniariam pro crimine, & tamen poterat magis dubitari de cauſa relegationis quam de aliis cauſis, quia de capitalibus aperte erat deciſum, eodem modo de cauſis pecuniariis, vt in hoc textu in principio. Ergo eſt neceſſe dicere, quod dictio, *vſque*, ſtet incluſiue, prout eſt propria natura; ſuadetur hęc opinio ſecundum Bartol. quia pro injuria imponi poteſt pœna relegationis. *leg. fin. de iniur.* juncta *leg. fin. Codic. eod. tit.* Sed ad hunc textum dantur plures ſolutiones, quas retulit *in dict. §. ad crimen. de publ. judic.* Mihi placet illa ſolutio, quam tradit Cynus *in dict. leg. fin. Codic. de iniur.* quod licet regulariter, vbi agitur de imponendo pœnam relegationis ex crimine publico vel priuato poſſit conſtitui procurator, non poteſt † tamen in cri- 29 1
mine injuriarum, licet ſit priuatum delictum. *argum. leg. prætor edixit. digeſt. de iniur.* attento etiam quod aliquando pro injuria imponitur pœna capitalis, vt *in dict. leg. prætor. §. 1. de iniur. & in leg. 2. in fin. ad leg. Cornel. de ſicar. & in leg. 1. Codic. de famoſ. libel.* & ideo dicitur *in leg. qui iniuriarum.* quod aliquando imponitur pœna exilij, vel relegationis, nil mirum, ſi non poteſt interuenire procurator, & ſi dicatur, aduerte, nam in caſu *leg. 3. in fin. de ſicar. & l. lege Cornelia §. ſin autem. cum l. ſeq. de iniur.* vbi pro injuria imponitur pœna capitalis, cenſetur crimen publicum. Replicari poteſt, quod etiam grauiter animaduertitur pro crimine injuriarum, etiam quod ſit crimen priuatum; vt ſi quis faciem alicuius luto ſpurcauerit, vel aquas, fiſtulas, lacus, quidue aliud ad iniuriam publicam contaminauerit, poteſt etiam imponi pœna capitis pro crimine injuriarum. *leg. ſæcularis. §. ſunt quidam.* Si velles

tamen

tamen tueri opinionem Jacob. de Aret. poſſes dicere, quod non conſideratur qualitas delicti, ſed qualitas pœnæ. *dict. leg. 1.* niſi replices quod hic concurrit, & qualitas delicti, & etiam pœnæ, ſed hac ratione attenta idem eſſet in furto, vbi aliquãdo etiam imponitur pœna mortis. *leg. capitalium.* §. *fam. digeſt. de pœn.* & tenendo hanc opinionem ad hunc textum, juxta *leg. abſentem* poteſt reſponderi, quod non ſequitur, abſens poteſt condemnari; ergo poteſt interuenire procurator, patet *in §. ad crimen de public. iudic.* vbi poteſt ferri ſententia in abſentem, & tamen non interuenit procurator, nec dicatur, quod ille textus intelligitur de ſententia annotationis bonorum quia hęc ſolutio diuinat. Stat ergo ſimiliter quod abſens poſſit relegari, & tamen in cauſa relegationis non poſſit interuenire procurator, vt eſt caſus expreſſus *in dict. leg. 1. an per alium cauſ. appell.* Hactenus de poteſtate procuratoris & defenſoris in cauſis criminalibus: ſequitur poſtea citatio.

Margaritæ Criminales.

Procurator an in cauſis criminalibus ſit admittendus Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 32. num. 132.* quid in criminibus priuatis. *d. loco.*

Procurator cur in criminalibus non admittatur. Jul. Clar. *§. fin. q. 31.*

Procurator an admittitur in caſibus, in quibus contra mortuum procedere poteſt. Jul. Clar. *§. fi. q. 32. 140.* Quid ſi reus ſit carceratus. *d. loco.*

Procurator allegans ſaltem cauſas abſentiæ an admittatur. Jul. Clar. §. *vltim. quæſt. 32. 141.* Quid ſi proponat Reum eo in loco habere capitales inimicitias. *d. loco.* Vel opponat exceptiones contra perſonam accuſatoris vel judicis *allegat. loc.*

Procurator in cauſa nullitatis admittatur. Jul. Clar. *§. fin. q. 32. 142.*

Procurator an pro accuſatore interuenire poſſit. *d. loc.*

Contra Procuratorem ſi non fuerit oppoſitum, an proceſſus valeat. Clar. *d. loco.*

Contra Procuratorem præſentem, vel Dominum abſentem an ſentẽtia ferenda ſit. Clar. §. *fi. q. 32. 142*

Procuratoris confeſſio an Domino noceat. J. Clar. §. *vlt. quæſt. 54. 195.*

Procurator an cum libera pacem facere poſſit. J. Clar. *§. fin. q. 58. 206.*

Defenſor in criminalibus an admittatur. Joan. Bapt. Baiard. §. *homicidium quæſt. 32. 143.*

Defendere licet ſocium itineris, & amicum §. *homicidium.* Joh. Bapt. Baiard. 54.

Defenſiones latroni famoſo denegari poſſunt. I. B. Baiard. *q. 49. 191.*

Defenſio quãdo in judicio ſit deducenda, ac probanda, & quomodo I. B. Baiard. §. *homicidium. fol. 56.*

Procurator in judicio mandatum

 habere

Digitized by Google

intelligeretur de pœna capitali large, ſecundum Ryc. & Bartol. de Salic. ille textus poſſet intelligi de aliis pœnis, quæ ſunt mediæ inter pœnas capitales & relegationem: ſicut pœna fuſtium & flagellorum, & damnatio in opus publicum ad tempus; de quibus *in l. capitalium digeſt. de pœn.* ſed replicari poteſt quod illæ pœnæ *in dict. leg. capitalium* ſecundum ordinem literæ poſtponuntur ipſi relegationi, vt patet ibi, *veluti relegatio ad tempus, vel in perpetuum.* Ergo pœnæ relegationis videtur reputari maior, & ideo videtur verior intellectus Bartol. quod ibi illa dictio, *vſque,* ſtet incluſiue, quia hæc eius eſt propria natura, ſecundum Bartol. *in l. Sempronius §. patrono. colum. vltim. de leg. 3.* & niſi ſtaret incluſiue in illo textu ſequeretur quod caſus relegationis non tam clare decideretur ſicut caſus; vbi agitur de pœna capitali, vel agitur ad pœnam pecuniariam pro crimine, & tamen poterat magis dubitari de cauſa relegationis quam de aliis cauſis, quia de capitalibus aperte erat deciſum, eodem modo de cauſis pecuniariis, vt in hoc textu in principio. Ergo eſt neceſſe dicere, quod dictio, *vſque,* ſtet incluſiue, prout eſt propria natura; ſuadetur hæc opinio ſecundum Bartol. quia pro injuria imponi poteſt pœna relegationis. *leg. fin. de iniur.* juncta *leg. fin. Codic. eod. tit.* Sed ad hunc textum dantur plures ſolutiones, quas retulit *in dict. §. ad crimen. de publ. judic.* Mihi placet illa ſolutio, quam tradit Cynus *in dict. leg. fin. Codic. de iniur.* quod licet regulariter, vbi agitur de imponendo pœnam relegationis ex crimine publico vel priuato poſſit conſtitui procurator, non poteſt † tamen in crimine injuriarum, licet ſit priuatum delictum. *argum. leg. prætor edixit. digeſt. de iniur.* attento etiam quod aliquando pro injuria imponitur pœna capitalis, vt *in dict. leg. prætor. §. 1. de iniur. & in leg. 2. in fin. ad leg. Cornel. de ſicar. & in leg. 1. Codic. de famoſ. libel.* & ideo dicitur *in leg. qui iniuriarum.* quod aliquando imponitur pœna exilij, vel relegationis, nil mirum, ſi non poteſt interuenire procurator, & ſi dicatur, aduerte, nam in caſu *leg. 3. in fin. de ſicar. & l. lege Cornelia §. ſin autem. cum l. ſeq. de iniur.* vbi pro injuria imponitur pœna capitalis, cenſetur crimen publicum. Replicari poteſt, quod etiam grauiter animaduertitur pro crimine injuriarum, etiam quod ſit crimen priuatum; vt ſi quis faciem alicuius luto ſpurcauerit, vel aquas, fiſtulas, lacus, quidue aliud ad iniuriam publicam contaminauerit, poteſt etiam imponi pœna capitis pro crimine injuriarum. *leg. ſecularis. §. ſunt quidam.* Si velles tamen 291

tamen tueri opinionem Jacob. de Aret. poſſes dicere, quod non conſideratur qualitas delicti, ſed qualitas pœnæ. *dict. leg. 1.* niſi replices quod hic concurrit, & qualitas delicti, & etiam pœnæ, ſed hac ratione attenta idem eſſet in furto, vbi aliquãdo etiam imponitur pœna mortis. *leg. capitalium.* §. *fam. digeſt. de pœn.* & tenendo hanc opinionem ad hunc textum, juxta *leg. abſentem* poteſt reſponderi, quod non ſequitur, abſens poteſt condemnari; ergo poteſt interuenire procurator, patet *in §. ad crimen de public. judic.* vbi poteſt ferri ſententia in abſentem, & tamen non interuenit procurator, nec dicatur, quod ille textus intelligitur de ſententia annotationis bonorum quia hęc ſolutio diuinat. Stat ergo ſimiliter quod abſens poſſit relegari, & tamen in cauſa relegationis non poſſit interuenire procurator, vt eſt caſus expreſſus *in dict. leg. 1. an per alium cauſ. appell.* Hactenus de poteſtate procuratoris & defenſoris in cauſis criminalibus: ſequitur poſtea citatio.

Margaritæ Criminales.

Procurator an in cauſis criminalibus ſit admittendus Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 32. num. 132.* quid in criminibus priuatis. *d. loco.*

Procurator cur in criminalibus non admittatur. Jul. Clar. *§. fin. q. 31.*

Procurator an admittitur in caſibus, in quibus contra mortuum procedere poteſt. Jul. Clar. *§. fi. q. 32. 140.* Quid ſi reus ſit carceratus. *d. loco.*

Procurator allegans ſaltem cauſas abſentiæ an admittatur. Jul. Clar. §. *vltim. quæſt. 32. 141.* Quid ſi proponat Reum eo in loco habere capitales inimicitias. *d. loco.* Vel opponat exceptiones contra perſonam accuſatoris vel judicis *allegat. loc.*

Procurator in cauſa nullitatis admittatur. Jul. Clar. *§. fin. q. 32. 142.*

Procurator an pro accuſatore interuenire poſſit. *d. loc.*

Contra Procuratorem ſi non fuerit oppoſitum, an proceſſus valeat. Clar. *d. loco.*

Contra Procuratorem præſentem, vel Dominum abſentem an ſentẽtia ferenda ſit. Clar. §. *fi. q. 32. 142*

Procuratoris confeſſio an Domino noceat. J. Clar. §. *vlt. quæſt. 54. 195.*

Procurator an cum libera pacem facere poſſit. J. Clar. *§. fin. q. 58. 206.*

Defenſor in criminalibus an admittatur. Joan. Bapt. Baiard. §. *homicidium quæſt. 32. 143.*

Defendere licet ſocium itineris, & amicum §. *homicidium.* Joh. Bapt. Baiard. 54.

Defenſiones latroni famoſo denegari poſſunt. I. B. Baiard. *q. 49. 191.*

Defenſio quãdo in judicio ſit deducenda, ac probanda, & quomodo I. B. Baiard. §. *homicidium. fol. 56.*

Procurator in judicio mandatum

habere debet, vt interrogato reſpõdere poſſit, vel Domini ratificatio ſequi debet. I. B. Baiard. *§. falſum. fol.24.*

A Procuratore interrogatus reſpondere non tenetur. *d. loco.*

Procurator non admittitur in ſtatu eccleſiaſtico in cauſa ſanguinis; niſi reo in carceribus conſtituto. Io. B. Baiard. *quaſt.32.144.*

Procurator in cauſa criminali nõ auditur, ſed pecuniaria, & quando admittitur. I. B. Baiard. *d.q.32.n.9.*

Procurator an pro accuſatore admittatur, *d.loc.n.10.*

Procurator an in cauſa iniuriæ criminaliter mota interueniat, *d. loc.n.12.*

Procurator non admittitur in delicto, cuius pœna eſt arbitraria, antequam pecuniaria declaretur. *d.loc. n.13.*

Procurator ad declinandum forum admittitur. I. B. Baiard. *q.33.n. 10.fol.146.*

Procurator generalis in cauſa criminali ad omnes cauſas comparere nequit *d.q.33.n.11.*

Procurator ſine ſpeciali mandato, an judicem ſuſpectum allegare poſſit Baiard. *q.43.n.8.162.*

Procurator an pacem facere poſſit, Baiard. *q.58.n.48.206.* & an conditionem apponere valeat. *d.l.n.49.*

Procurator etiam pro minore nõ admittitur. Baiard. *q.32.n.3.143.*

Defenſor non dicitur fautor hæretici, illum defendens, ne lædat à priuato, vel qui illi in judicio patrocinatur credens juſtam habere cauſam. Ioan. Nicol. Aret. *de hæret. not. 45.n.1.*

Defendens hæreticum, vel aduocans pro hæretico, an ſit hæreticus. Ludouic. Carerius *de hæret.n.19.*

Defenſio legitima ſemper eſt ſeruanda Bonic. *de accuſ.num.38.*

Defenſio eſt de jure naturali & nemini deneganda, quantumcunq; excomunicato & criminoſo. Gond. *de hæret.q.2.n.1.*

Defenſio competit fideiuſſori ex quocunque Rei facto, etiam ex quo reo non competit. Nellius de bannit. *in 1.part.temp.2.n.67.*

Defenſio bannito non denegatur. *d.loco.n.68.*

Defenſio cuilibet eſt permiſſa, etiam brutis. Nellius *de bannit.p.3. temp.1.n.4.*

Defenſio ex juſta cauſa tolli poteſt, Nell. *d.loco.part.2.temp.2.n.2.*

Defenſio honoris ſui omnibus permiſſa eſt. Hippol. *c.9.n.4.*

Defenſio nemini deneganda eſt ante pœnę impoſitionẽ. Bell. *li.3.c.9.*

Defenſiones Rei an poſt concluſionem in cauſa audiendæ. Hippol. *in §.occurrunt.n.3.*

Defenſio Rei ex informationib. ipſis aliquando decerpi poteſt. Battand. *in regul.77.n.6.*

Defen-

Digitized by Google

Defenſor quę articulanda habeat neceſſe.*d. loco.n.10.*

Defendere ſe Reus ad ſententiam vſque poteſt. Battand. *in regul. 12. n. 13. & reg. 14. n. 2.*

Defenſor differt à procuratore. Batt. *reg. 18. n. 5.*

Defenſiones ante torturam aut condemnationem admittédæ. Batt. *reg. 24. n. 1. & 3.*

Defenſiones Rei princeps tollere non poteſt. Batt. *reg. 22. n. 7.*

Defenſor allegans de Innocentia Rei abſentis, an in cauſa capitali interuenire poſſit. Marian. Socin. Sen. *in conſil. incip. quæ ſupra copioſiſſime n. 1.* & Thom. Doccius *in con. incip. omnipotentis Dei poſtulato. alias, ſtatuto ciuitatis. n. 1.*

Defenſor cum cautionibus, ſeu ſatisdationibus in cauſa capitali legitime audiri debet Berardus de Narnea, *in conſ.* incip. *licet per prædictos. n. 1.*

Defenſor volens oſtendere de innocentia Rei, accuſati vel inquiſiti de crimine capitali, admittendus eſt, licet ipſe reus defenſioni ſuæ renunciauerit, etiam poſt ſuam veram confeſſionem in judicio factam. Baptiſta D. Ioannis Bellantibus Senen. *in cõſ. incip. Materia primi dubij. n. 2.*

CAPVT IV.

DE CITATIONIBVS.

SVMMARIA.

1. *Citatio cuiuslibet judicij fundamentatum, principium ac primum præparatorium eſſe debet.*
2. *Appellatio in criminalibus quando locum habet, & quando non.*
3. *Definitio citationis quæ.*
4. *Partes citationis quæ.*
5. *Citationis ſpecies quæ.*
6. *Diuiſio Citationis quæ.*
7. *Realis quæ; & quæ verbalis.*
8. *Hæc eſt vel priuata, aut publica.*
9. *Priuata quæ.*
10. *Publica quæ.*
11. *Citatio alia peremptoria, alia dilatoria.*
12. *Citationis origo vnde.*

Digitized by Google

13. *Citatio in cauſa capitali quando fieri debet.*
14. *Citatio vt ad Rei domum fiat ſufficit: & vnica peremptoria. n. 15.*
16. *Nemo inuitus de domo ſua extrahi poteſt.*
17. *Domus cuique ſua eſt refugium tutiſſimum.*
18. *Forma citationis in cauſa homicidij.*
19. *Homicidium dicitur humani corporis peremptio.*
20. *Homicida, quod alij fecerit ſemper expectat.*
21. *In delicti. ſemper præſumptio eſt, quod delinquens habuerit animum nocendi, & offendendi.*
22. *A.B. antea minatus eſt C.D. occiſo, quod ipſum ſua manu occidere aut ſaltem offendere vellet.*
23. *Qui alium aggreſſus eſt, præſumitur in dolo fuiſſe.*
24. *Confeſſio propria militat aduerſus A. B.*
25. *Reſpondens qualificate, ſe homicidium commiſiſſe ad ſui defenſionem, non poteſt ordinaria pœna vltimi ſupplicij affici.*
26. *Offenſor in dubio, non præſumitur defenſor, niſi hoc probet.*
27. *Veritas facti euidens ſemper quærenda, & inuenta attendi debet.*
28. *Mulier in cauſa criminali teſtis eſſe nequit, imo de jure ciuili illa in cauſa criminali bene poteſt eſſe teſtis.*
29. *Nec de jure Canonico mulier prohibetur eſſe teſtis in cauſa criminali.*
30. *Hæc valent in caſu, vbi mulier examinatur ad probandum innocentiam & defenſionem Rei.*
31. *Teſtimonium fœminarum quando præfertur virorum teſtimonio.*
32. *Ad probandam defenſionem admittuntur etiam teſtes minus idonei.*
33. *Teſtis vnius inhabilitas ſuppletur ex alterius habilitate.*
34. *Numerus ſupplet defectum teſtium.*
35. *Vnicus teſtis quando ſufficit ad probandam defenſionem & innocentiã* Rei.
36. *An etiam dubia probatio & non plene concludens quid operetur pro defendendo Reo.*
37. *Judex ſuper innocentia & defenſione Rei teſtem interrogare debet, non tantum de articulis ſpecificatis, ſed etiam de toto negotio.*
38. *Judex ex officio quærere debet probationes innocentiæ & defenſiones Rei, etiam nemine hoc petente.*
39. *Si quis alium ferro ſe petentẽ occiderit, tunc nõ is videtur injuria occiſus.*
40. *Baculo aliquem percutiens, an de vulnere lethali teneatur, & præſumatur eum habuiſſe animum occidendi.*

41. De-

41. *Defenſionis neceſſitas, eiusq; moderamen, quomodo probanda.*
42. *Ad probandum, aliquem in vita diſcrimine fuiſſe, ſufficit armorũ terror.*
43. *Occidens aggreſſorem ſuum in defendendo, non tenetur de occiſo nec maleficium committere dicitur.*
44. *Æſtimatio eius, vtrum homicidium factum ſit animo deliberato: relinquitur judicis arbitrio.*
45. *Præſumptio non eſt facienda in meliorem partem.*
46. *Homicidium voluntarium eſt, quod dolo malo committitur, animo occidendi.*
47. *Vt quis pœna ordinaria puniatur, neceſſe eſt, quod occidendi voluntas directo per ſe feratur in homicidij actum.*
48. *Lata culpa dolo non æquiparatur in cauſa homicidij.*
49. *Exceſſus inculpatæ tutelæ quãdo ex culpa & nõ dolo proceſſiſſe præſumitur.*
50. *Turbatus non poteſt ſemper habere ſtateram in manibus.*
51. *Excedens modum defendendo, punitur mitiori pœna, non ordinaria, ſine vlla diſtinctione.*
52. *Defenſionis formam ſi quis excedit, is etiam de jure ciuili ad mortem condemnari debet.*
53. *Sufficit quoq; ad excuſandum aliquem, ſi ipſe probabiliter defenſionem eſſe neceſſariam exiſtimauerit.*
54. *Arbitrio judicis æſtimandum relinquitur, an exceſſus defenſionis ſit magnus vel modicus.*
55. *Iudices ſolẽt propter talem exceſſum defenſionis ſtatuere pœnam vel temporalem, vel pecuniariam.*
56. *Quarta pars pœnæ bonorum, quæ parti aduerſæ adiudicari debet, per ſe ſolet juſta cauſa pœna mitiganda.*
57. *Præſumptio doli & offendendi quando eſt contra delinquentem.*
58. *Cum dubitatur, vter expugnãtibus fuerit author rixæ, tunc præſumitur, illum eſſe authorem, qui prius taliter alteri minatus eſt.*
59. *Minantem nequaquam licet ex interuallo offendere.*
60. *Teſti vnico & ſingulari nulla fides eſt habenda.*
61. *Is non dicitur defenſor, ſed potius aggreſſor, qui primo aggreſſore ſuo diſcedente, eum ſponte ſequitur & vulnerat.*
62. *Forma citationis peremptoria contra reum in cauſa homicidij.*
63. *Homicidium eſt humani corporis peremptio.*
64. *Homicidij diſtinctio qua.*
65. *Quando quis animum occidendi habuerit, vel non, hoc probari debet.*

66. *In-*

Digitized by Google

66. *In dubio delictum prauusq; animus delinquentis præſumitur, donec aliter de veritate conſtet.*
67. *Percuſſio in capite ſecundum Hippocratem eſt lethalis.*
68. *Quando dubitatur: quiſnam commiſerit maleficum, id tunc imputari ſolet aggreſſori ſeu prouocanti.*
69. *Lata culpa quando dolo æquiparatur.*
70. *Delictum quando dicitur voluntarium.*
71. *Vulnerans alium quãdo puniri debet vt homicida doloſus & voluntarius.*
72. *Pœna legis Corneliæ de ſicariis qualis olim fuerit, & quæ hodie.*
73. *Sententia Pittaci Mitilenæi, quod ebrietas à delicto non excuſat.*
74. *Qualitatas ebrietatis ſemper inſpicienda eſt.*
75. *Ebrius an furioſo ſit ſimilis.*
76. *Pœna ebrietatis leniri non debet, & quando.*
77. *Delictum à non ebrio committi, ſemper præſumitur: quæ quidem probatio perdifficilis eſt n. 78.*
79. *Forma citationis peremptoriæ in cauſa injuriarum verbalium & realiũ.*
80. *Is qui alteri verum crimen exprobrauerit praua intentione, ab actione quidem injuriarum liber non eſt.*
81. *Is actione injuriarum puniri non debet, qui extra judicium alteri conuitium dixerit.*
82. *Is actione injuriarum puniendus eſt, qui in judicio adverſariũ perſtrinxit.*
83. *Judex actus fruſtratorios admittere non debet.*
84. *Judices difficulter ad reuocatoriam condemnationem deſcendunt.*
85. *Priuilegium R. vult neminem poſſe aliquem ciuem horum propter verba injurioſa criminaliter conuenire.*
86. *Actio injuriarum ad reuocationem an ſit criminalis.*
87. *In libello injuriarum ſeu petitione obſeruari debet, vt æſtimatio fiat certa.*
88. *Forma ſalui conductus* für gewalt zum Rechten / *alicui conceſſi propter commiſſum homicidium.*

EXpoſitis perſonis, quæ neceſſario ac incidenter in foro interuenire debent ac poſſunt, ſequitur nunc de proceſſu judicij, huiuſque citatione vt diſpiciamus. Proceſſus eſt forma quædam procedendi in cognoſcendis cauſis forenſibus. *§. penult. Inſtit. de ſatisdation.* Eſtque ordinarius vel extraordinarius Ordinarius proceſſus eſt, quo ſolemni juris ordine cauſarum controuerſiæ, in judiciis rite & ordinarie pertractan-

tractantur Marant. *in tit. de ordin. jud.part.4. diſt.9.n.1.* Extraordinarius eſt, in quo hæc ſolemnis procedendi forma non ſeruatur, ſed ſummarie ſine ſtrepitu & figura judicij proceditur, Marant. *part.4. diſt.9. n. 1. tit. de ord. jud.* Extraordinarie & ſummarie proceditur in cauſis leuibus, tam ciuilibus quam criminalibus. Lanfranc. de Oriano *in Cle. ſæpe n.20. de cauſ. deleg. & ſumm.* Demum initium proceſſus criminalis ſtatim fit à citatione. Hinc citatio-
1 nem † cuiuslibet judicij principium fundamentum ac primum præparatorium eſſe debere optime notandum eſt, ſecundum Bartol. & Angel. *in l. in ius vocare. digeſt. de in ius vocan.* tex. *in §. vlt. Inſtit. de pœn. temer. litig. & in c. quoniam contra extr. de prob.* tex. *in Cle. paſtoralis.* & ibi com. Canon. *de re iud.* tex. *in l. de vnoquoque. digeſt. eod. tit. & in l. nam ita diuus. digeſt. de adopt.* Dd. *ad rubric. digeſt. & Cod. de in ius. vocan.* Socin. latiſſime *in tract. de citat. art.2. in princip.* Specul. *in §.1. eod. tit.* exacte Hippol. *in repetit. d. l. de vnoquoque per diſcurſum.* adeo vt omnis actus judiciarius contra non citatum celebratus, regulariter ipſo jure nullus ſit, per *jura allegata.* & late Dd. *in Clem. paſtoralis de re judic.* Afflict. *in deciſ. 307.n.29. & l. prolatam 4. Cod. de ſent. & interlocut. omni iudic.* Et quod in quolibet actu citatio requiratur, etiam in notoriis, vide latiſſime Philip. Portium *lib.1. commun. opinion. concluſ. 43.* ideo in praxi diligenter ab aduocatis partium animaduertendum, an citatio aliquo vitio laboret, ita vt citatum ad comparendum non obliget: citatio enim inualida nullum producit effectum, nec conſtituit aliquem in mora, adeo vt ſuper tali citatione procedatur, proceſſus & ſententia nulla ſint, text. *in cap. fin. de feriis,* gl. *in c. de cauſis, in verb. venire. de offic. deleg. & in cap. veniens. in verb. propter de accuſ.* gl. notab. *in l. ſi accuſatorib. in verb. eundem. Codic. de accuſat.* Afflict. *in deciſ. 369.* incip. *in pleno conſ. 16.* Felin. *in c. illud nu. 5. de præſumpt.* Roland. *in conſ. 68.* incip. *viſo proceſſu num. 14. & 18. vol.2.* Dd. *in leg. 2. digeſt. ſi quis in ius vocan. non ier.* Vnde iniquum foret, imo naturæ contrarium in cauſa quadam abſq; citatione procedere, & ad partis petitionem aliquem inaudita cauſa condemnare velle, quod tunc nullitas eſſet, à qua nullitate in cauſa criminali, juxta Joac. Mynſing. *in obſ. 42. cent. 4.* ad Cameram imperialem, item Andr. Gail. *lib.1. obſ.1. n.27. & ſeq.* cum alias in criminalibus † id prohibitum ſit 2
appellari poſſit, vide ordinat. Camer. *part.2. tit.28. §.* Jtem nach dem auch. 5. & in lege publica Imperij in Comitiis Auguſtan. 1530. *§.* Jtem als jetzt etlich zeit. vnde quoque dici ſolet:

audiatur & altera pars. Nam pars aduerſa citari debet, ad audiendum, quod opponere velit. *l. diui Seueri. 1. digeſt. de requ. reis & abſentibus dam-*
3 *nand.* Et ſic citatio † eſt vocatio rei, quem coram ſiſti opus eſt, mandato judicis legitime facta ad judicium, juris experiundi cauſa *§. vlt. Inſtitut. de pœn. temer. litigant. leg. 1. digeſt. de in jus vocand. leg. fin. Codic. eod. tit. l. de vnoquoque. digeſt. de re judic. leg. fin. Cod. de exhib. reis. Cod. quoniam.* vbi gl. & Canoniſt. *in verb. citationes. de probat.* Omnes autem, quorum intereſt, & quorum cauſa agitur, citandi ſunt *l. ſi quando. Cod. de teſtib. l. nam ita. digeſt. de adopt. c. 2. extra de teſtib.* Principalis quidem ante litem conteſtatam: poſt litem vero etiam eius procurator; nam tunc factus eſt litis Dominus text. in *c. non indiſcrete de procur. in 6.* Quinam in jus vocari prohibentur, vide proceſſum ciuilem *in tit. de citatio. n. 9. cum 5. ſeqq. fol. 179.* Item, citationis legitimæ, vt ea valeat, requiſitæ ſunt octo, & quænam, vide quoque d. proceſſum ciuilem *in tit. de citation. num. 17. cum 13. ſeq. fol. 180. & ſeqq.* Deinde citatio neceſſaria eſt in omnibus cauſis, litibus ac terminis judicialibus, vbicunque aliqua cognitione opus eſt. *l. in cauſa §. 1. digeſt. de minoribus. leg. 1. §. ex eo. digeſt. quæ ſentent. ſine appellat. leg. 4. Codic. de dilat. l. ea quæ. Codic. quom. & quand. judex.* Citatio item efficit litis pendentiam, quæ operatur, vt ea pendente, nihil innouetur. Latè *in tit. extra vt lite pendent. & in Clem. cum lite. eod. titul.* Soc. *in tract. de citation. artic. 31. num. 4.* Ad hoc vt lis pendere dicatur, ſex ſunt cognitu neceſſaria: Primo, quod citatio emanarit, deinde quod à judice competente; tertio, quod ad citatum peruenerit, aut per eum fecerit, quominus perueniret, quarto, quod ex tenore citationis plene cognoſcere potuerit citatus, qua de re futura ſit controuerſia; quinto, quod citatio ſit apta; ſexto, quod nuncius eam legitime & ſufficienter inſinuauerit, text. *in Clem. cum lite.* vbi gl. in fine, & eleganter Zabarella, *tit. vt lite pendent. nil innouet.* Partes citationis † vſitatæ con- 4
ſtituuntur tres. Socin. *in tract. citation. artic. 4.* Præceptio judicis. *cap. 1. §. contrahentes de foro compet. in 6. c. prudentiam cum c. ſeq. extra de offic. deleg. l. contumacia. 53. digeſt. de re judic.* Marant. *in ſpecul. jur. c. de citation. num. 51.* Verbalis citatio, quam nuncius exequitur & eiuſdem nuncij relatio. Marant. *in ſpecul. tit. de citation. num. 55.* Hieron. Schurff. *in conſil. 33. num. 3. cent. 1.* quæ niſi ex actis appareat, non valet citatio. Specul. *in titul. de citation. §. ſequitur. num. 11.* Bald. & Salicet. *in leg. fin. Codic. de feriis.* Vtrum autem nuncio

cio

cio hac in re credatur, necne, alia quæſtio eſt; in qua communiter placuit, ei tanquam jurato, & de ſuo officio teſtificanti credi, donec contrarium oſtendatur, Bartol. *in leg. 1. §. cura. digeſt. de offic. præfect. vrb.* Jaſon. *in §. quadrupli. Inſtit. de action. gl. 2. in c. cum à nobis. de teſtibus, & c. quoniam 11. in verb. duas.* Vbi vide Lanfran. de Oriano *extra de probat.* Socin. late *in tract. Citation. artic. 12. & ſeq.* Species citationum
5 † alij ſex ponunt, Marant. *part. 6. ca. de citation. num. 50.* alij plures. Socin. *in tract. de citation. artic. 3.* Com-
6 muniter diuiditur citatio † in rea-
7 lem & verbalem. Realis † dicitur apprehenſio perſonæ, ſeu eſt, vbi perſona capitur, & ad judicem trahitur, ne facinoroſus admonitus fugam arripiat. *c. ſi clericus. de ſent. excommun. in 6. authen. qua in prouincia. Codic. vbi de crimin. agi oportet.* Jaſon. *in l. pleriq; num. 33. digeſt. de in ius vocand. & in leg. penult. num. 7. digeſt. de juriſ. & in §. ſi vero quis.* vbi Jacob. Cujac. *in authen. vt nulli jud.* Marant. *in ſpec. tit. de ord. jud. part. 6. c. decid. n. 58.* de qua ſola edictum agere, multis argumentis doceri poteſt *l. 2. l. pleriq; 18. digeſt. de in ius vocan.* Hæc non fit à quibuſuis, ſed maioribus tãtum judicibus, habentibus ſaltem mixtum imperium, & ordinariam juriſdictionem. *§. ſi vero. cum §. ſeq. in auth. de exhib. reis.* Socin. *in tract. de citat. art. 4. n. 7. cum ſeqq.* text. *in auth. qui ſemel. Cod. quem & quand. iud.* Et quæ regulariter fieri poteſt in cauſis criminalibus, quandoq; etiam in ciuilibus. In criminalibus vt recte fiat, ſaltem præcedere debet aliqualis de delicto informatio, quæ ex indiciis arbitrio judicis ſumitur. Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 12. num. 2.* & Jul. Clar. *in §. fin. quæſt. 28. lib. 5. ſent.* Verbalis, quæ fit verbis, vel in faciẽ, vel ad domum. Citatio verbalis in faciem eſt, quando reus coram & in faciem ad judicium per nũcium vocatur. *l. pleriq; digeſt. de in ius vocand. l. ceſſante l. ea qua l. tres. Codic. quom. & quand. judex. c. cum dilecti in verb. viua voce extra de dolo & contum.* Citatio verbalis ad domum eſt, quãdo quis viua preconis voce ad domum, ſi vel contumacia abſit, vel latitet, in judicium vocatur, *l. ſed et ſi & l. ſatis. digeſt. de in ius vocand. l. fin. Cod. de feriis. l. ceſſante. Cod. quom. & quand. iudex l. pleriq; ff. de in ius vocand.* Ea † aut eſt priuata, aut publi- 8
ca. Priuata † eſt, cum quis priuatim 9
ad domum citatur Jaſon. *in l. pleriq; 18. num. 33. ff. de in ius vocand. l. ea qua C. quom. & quand. in d. l. de vnoquoque §. 1. digeſt. de re iudic.* Publica † 10
quæ publice fit, aut affixis citationis literis. Bartol. *in extrauag. ad reprimendum. in verb. edictum.* Felin. *in c. quoniam. §. porro. vt lite non conteſtat.*

audiatur & altera pars. Nam pars aduerſa citari debet, ad audiendum, quod opponere velit. *l. diui Seueri. 1. digeſt. de requ. reis & abſentibus damnand.* Et ſic citatio † eſt vocatio rei, quem coram ſiſti opus eſt, mandato judicis legitime facta ad judicium, juris experiundi cauſa *§. vlt. Inſtitut. de pœn. temer. litigant. leg. 1. digeſt. de in jus vocand. leg. fin. Codic. eod. tit. l. de vnoquoque. digeſt. de re judic. leg. fin. Cod. de exhib. reis. Cod. quoniam.* vbi gl. & Canoniſt. *in verb. citationes. de probat.* Omnes autem, quorum intereſt, & quorum cauſa agitur, citandi ſunt *l. ſi quando. Cod. de teſtib. l. nam ita. digeſt. de adopt. c. 2. extra de teſtib.* Principalis quidem ante litem conteſtatam: poſt litem vero etiam eius procurator; nam tunc factus eſt litis Dominus text. in *c. non indiſcrete de procur. in 6.* Quinam in jus vocari prohibentur, vide proceſſum ciuilem *in tit. de citatio. n. 9. cum 5. ſeqq. fol. 179.* Item, citationis legitimæ, vt ea valeat, requiſita ſunt octo, & quænam, vide quoque d. proceſſum ciuilem *in tit. de citation. num. 17. cum 13. ſeq. fol. 180. & ſeqq.* Deinde citatio neceſſaria eſt in omnibus cauſis, litibus ac terminis judicialibus, vbicunque aliqua cognitione opus eſt. *l. in cauſa §. 1. digeſt. de minoribus. leg. 1. §. ex eo. digeſt. qua ſentent. ſine appellat. leg. 4. Codic. de dilat. l. ea qua. Codic. quom. & quand. judex.* Citatio item efficit litis pendentiam, quæ operatur, vt ea pendente, nihil innouetur. Latè *in tit. extra vt lite pendent. & in Clem. cum lite. eod. titul.* Soc. *in tract. de citation. artic. 31. num. 4.* Ad hoc vt lis pendere dicatur, ſex ſunt cognitu neceſſaria: Primo, quod citatio emanarit, deinde quod à judice competente; tertio, quod ad citatum peruenerit, aut per eum fecerit, quominus perueniret, quarto, quod ex tenore citationis plene cognoſcere potuerit citatus, qua de re futura ſit controuerſia; quinto, quod citatio ſit apta; ſexto, quod nuncius eam legitime & ſufficienter inſinuauerit, text. *in Clem. cum lite.* vbi gl. in fine, & eleganter Zabarella, *tit. vt lite pendent. nil innouet.* Partes citationis † vſitatæ conſtituuntur tres. Socin. *in tract. citation. artic. 4.* Præceptio judicis. *cap. 1. §. contrahentes de foro compet. in 6. c. prudentiam cum c. ſeq. extra de offic. deleg. l. contumacia. 53. digeſt. de re judic.* Marant. *in ſpecul. jur. c. de citation. num. 51.* Verbalis citatio, quam nuncius exequitur & eiuſdem nuncij relatio. Marant. *in ſpecul. tit. de citation. num. 55.* Hieron. Schurff. *in conſil. 33. num. 3. cent. 1.* quæ niſi ex actis appareat, non valet citatio. Specul. *in titul. de citation. §. ſequitur. num. 11.* Bald. & Salicet. *in leg. fin. Codic. de feriis.* Vtrum autem nuncio

cio hac in re credatur, nec ne, alia quæſtio eſt; in qua communiter placuit, ei tanquam jurato, & de ſuo officio teſtificanti credi, donec contrarium oſtendatur, Bartol. *in leg. 1. §. cura. digeſt. de offic. præfect. vrb.* Jaſon. *in §. quadrupli. Inſtit. de action. gl. 2. in c. cum à nobis. de teſtibus, & c. quoniam 11. in verb. duas.* Vbi vide Lanfran. de Oriano *extra de probat.* Socin. late *in tract. Citation. artic. 12. & ſeq.* Species citationum
5 † alij ſex ponunt, Marant. *part. 6. ca. de citation. num. 50.* alij plures. Socin. *in tract. de citation. artic. 3.* Com-
6 muniter diuiditur citatio † in rea-
7 lem & verbalem. Realis † dicitur apprehenſio perſonæ, ſeu eſt, vbi perſona capitur, & ad judicem trahitur, ne facinoroſus admonitus fugam arripiat. *c. ſi clericus. de ſent. excommun. in 6. authen. qua in prouincia. Codic. vbi de crimin. agi oportet.* Jaſon. *in l. pleriq; num. 33. digeſt. de in ius vocand. & in leg. penult. num. 7. digeſt. de juriſ. & in §. ſi vero quis.* vbi Jacob. Cujac. *in authen. vt nulli jud.* Marant. *in ſpec. tit. de ord. jud. part. 6. c. decid. n. 58.* de qua ſola edictum agere, multis argumentis doceri poteſt *l. 2. l. pleriq; 18. digeſt. de in ius vocan.* Hæc non fit à quibusuis, ſed maioribus tãtum judicibus, habentibus ſaltem mixtum imperium, & ordinariam juriſdictionem. *§. ſi vero. cum §. ſeq. in auth. de exhib. reis.* Socin. *in tract. de citat. art. 4. n. 7. cum ſeqq.* text. *in auth. qui ſemel. Cod. quem & quand. iud.* Et quæ regulariter fieri poteſt in cauſis criminalibus, quandoq; etiam in ciuilibus. In criminalibus vt recte fiat, ſaltem præcedere debet aliqualis de delicto informatio, quæ ex indiciis arbitrio judicis ſumitur. Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap. 12. num. 2.* & Jul. Clar. *in §. fin. quæſt. 28. lib. 5. ſent.* Verbalis, quæ fit verbis, vel in faciẽ, vel ad domum. Citatio verbalis in faciem eſt, quando reus coram & in faciem ad judicium per nũcium vocatur. *l. pleriq; digeſt. de in ius vocand. l. ceſſante l. ea quæ l. tres. Codic. quom. & quand. judex. c. cum dilecti in verb. viua voce extra de dolo & contum.* Citatio verbalis ad domum eſt, quãdo quis viua preconis voce ad domum, ſi vel contumacia abſit, vel latitet, in judicium vocatur, *l. ſed et ſi & l. ſatis. digeſt. de in ius vocand. l. fin. Cod. de feriis. l. ceſſante. Cod. quom. & quand. iudex l. pleriq; ff. de in ius vocand.* Ea † aut eſt priuata, aut publi- 8
ca. Priuata † eſt, cum quis priuatim 9
ad domum citatur Jaſon. *in l. pleriq; 18. num. 33. ff. de in ius vocand. l. ea quæ C. quom. & quand. in d. l. de vnoquoque §. 1. digeſt. de re iudic.* Publica † 10
quæ publice fit, aut affixis citationis literis. Bartol. *in extrauag. ad reprimendum. in verb. edictum.* Felin. *in c. quoniam. §. porro. vt lite non conteſtat.*

Maran.*part.6.c.de citat.num.82.* aut per præconem Bald. & Dd. *in l.fin.§. cum igitur.digeſt.de jure deliber.& in auth.ſi omnes.C.ſi minor.ſe abſt.in.*Marant. *ſæpe dict.loco n.98.l.2.* vbi gl. & Dd.*de decurion.li.10.* Citatio etiam
11 † alia eſt peremptoria, alia dilatoria. Peremptoria eſt, quæ in ſe particulam,*peremptorie,* & tantum temporis, quantum aliæ tres citationes, continet.*l. ad peremptorium 68. cum l.ſeq.digeſt. de judic.* Sic dicta quod proteruitas & malitia contumacis non parentis per eam conuincatur & perimatur. *l. contumacia.* vbi Zaſ. *ff. de re iud.* Socin. *in tract. de citat. artic.27.* Dilatoria eſt, quæ citatum non prius contumacem reddit, quā tribus vicibus emiſſa ſit. *l. conſentaneum.8.Cod.quom.& quan.iud.* Ori-
12 go citationis † eſt ex jure naturæ: eſt enim defenſionis ſpecies. *Clem. paſtoralis de re iudic.* Panormit. *in c. cum olim. extra de re iudic.* Hieron. Schurff.*in conſ.9.num.6.cent.1.* Vn-
13 de citatio † perſonaliter fieri debet in cauſa capitali, *l. de minore. §. plurium.*& ibi Bartol.*digeſt. de quæſtion.*
14 eaque ad domum † rei in criminalibus ſufficit. *leg.1.* ibi, vt poſſit innoteſcere eis, &c. *digeſt. de requir.reis.* Alex. *in leg.4.§. prætor ait. digeſt. de*
15 *damn. infect.* & vnica ſaltem † peremptoria, per *l. abſentem digeſt. de pœn. l. peremptorium cum ſeq. digeſt. de judic. l. conſentaneum. Cod. quom.* *& quand.judex.* Felin.*in c.conſuluit. colum. 4. verſ. ad audiendam ſententiam.extra de offic.delegat.* Præterea ad hoc, vt citatio valeat, quid ea continere debet: Item quomodo aliquis citari ſoleat, latius vide proceſſum ciuilem *hoc loco*, vbi me breuitatis ergo remitto. Demum reus quoque citandus eſt ad audiendum, quid de crimine à ſe commiſſo dicat *leg. 1. ff. de requirend. reis.* licet eiuſmodi citatio in criminalibus nō adeo neceſſaria ſit, verum judex reum, ne forſan admonitus fugam arripiat, in continenti comprehendere, imo potius ipſum quoque inuitum de domo extrahere poteſt, per gl. *in l. nemo de domo.digeſt. de regul.iur. l.lex Cornelia §. domum. digeſt. de iniur.leg. 2.* §. *habitare ff. de his qui deiecer.vel effuder.* Bald. *in leg. 1.* §. *3.ff. nautæ,caupon.ſtabul.l. hoc jure §.ſtabula.*vbi gl. Caſtrenſ. & Bald. *in quibus cauſ.pign.tacit.contrahit.argum. l.quis ſit fugitiuus. §. idem Cælius.* ibi glo.*ff. de ædil.edict.l.fin.*& ibi Bald.ac alij *ff. de ſeru. vrban. prædior.* quod alias in cauſis ciuilibus non procedit: neminem † enim inuitum de 16
domo ſua extrahi poſſe docet text. *in l.plerique ff.de edend. l.ſed et ſi 21.ff. de in ius vocand.* Quia ſua † cuique 17
domus eſt tutiſſimum refugium vnde qui extraheret, vim dicerētur facere & injuriam. gl. *in l. plerique* & ibi Zaſ. *digeſt. de in ius vocand.* Exceptio-

ceptiones denique contra citationes depromi ſolent à perſona citantis & citati *leg.3.* vbi Bartol. *digeſt. ne vis fiat ei.* Dd. *in leg.2. digeſt ſi quis in ius vocand. leg.2. & per tot. tit. digeſt. de in ius vocand.* à deficientibus requiſitis, à loco non ſatis tuto, & inhoneſto, à tempore inſolito, vel die feriato. *c. ex parte de appellat. Clem. paſtoralis, de ſent. cap.4. extra vt lite non conteſt. l. quidtamen. §. ſed ſi in aliquem locum inhoneſtum. ff. de recept. arbitr. leg.1. digeſt. de feriis. l. ſi. Cod. eod. tit. leg.2. ff. ſi quis in ius vocat. non ier.*

18 Forma † citationis contra homicidam reum: Jch Caius Sulpitius deß H.R.R. Gericht Schultheiß zu W. thue dir Seio Mæuio hiemit zu wiſſen / daß der erbar Lucius Titius Oberſter Weltlicher Richter allhie / durch ein Supplication dem Gericht zu erkennen gegeben hat / nach dem jüngſten verſchienen Dienſtag den N. Tag / Monats N. kurtzhin nach Mittag / vngefährlich vmb zwey Vhrn / auff offenem Marck allhie / zwiſchen dir an einem / vnd Weilandt N. N. am andern Theil / ſich ein Schlägerey zugetragen / darinnen du gedachten N. N. mit einem Weydmeſſer ohne einige genugſame Vrſach dermaſſen geſchlagen / daß er alsbald auff der Statt todt blieben / du aber alsbald flüchtig vnnd Stattreumig worden / vnd noch biſt. Dieweil dann ein ſolche Miſſethat vngeſtrafft nicht zu laſſen / ſo were ſein von tragenden Ampts wegen embſich fleiſſige Bitt / dich durch ein offene Citation zu erforderen / auff einen gewiſſen Tag in der Perſon allhier zu erſcheinen / daſelbſt ſein Oberſten Richters peinliche Klag gegen dir / ſolches Todtſchlags halben / anzuhören / ꝛc. Welche Citation dann jhme alſo erkannt worden. Demnach ſo citire vnnd erfordere ich dich hiemit / in krafft dieſes / alſo vnnd der geſtalt / daß du auff N. Tag ſchierſtkünfftigs Monats N. welchen Tag ich dir für den erſten / andern vnnd dritten oder letzten Termin peremptorie hiemit benennt vnd angeſetzt haben will / alsdann / als deß H. Röm. Reichs vnd dieſes Stattgericht allhie in eygener Perſon erſcheinen / obermeltes durch dich begangenẽ Todtſchlags halb peinliche Klag gegen dir fürbringen / anzuhören / deine Entſchuldigung vnd Defenſion, ob du einige hetteſt / in Recht fürzubringen / vnnd darüber rechtlicher Erkanntnuß gewertig ſeyn ſolleſt / dann du erſcheineſt alsdann oder nicht / ſo wirdt nichts deſto weniger in deinem Vngehorſam mit der peinlichen Klag / vnd andern gegen dir verfahren / vnd darauff nach befindung der Sachen / was recht iſt / vnd dieſer Statt vnnd Gerichtsordnung

Digitized by Google

vermag/ ergehen vnd erkannt werden/ darnach du dich gewißlich zu richten: Geben/ ꝛc.

Antequam ſuperior Citatio in cauſa homicidij promulgaretur, hęc quæſtio juris interim mota fuit, ſic incipiens: Videtur prima facie dicendum, quod N. N. Pœna homicidij ordinaria ſit afficiendus. Ante omnia enim certum eſt & conſtat, quod N.N. in perſona N.N. homicidium commiſerit, nam & N.N. fatetur, & omnes fere teſtes deponunt, quod A.B. ſclopeto ſeu bombarda C.D. in capite ſic percuſſerit, quod paulo poſt A. B. fuerit mortuus, & ita homicidium eſſe commiſſum apparet ex definitione
19 † homicidij, quod dicitur humani corporis peremptio, ſecundum D. Auguſtin. *in lib. 19. contra Fauſtum cap. 23.* & text. *in cap. homicidium. de pœnitent. diſt. 1.* Nec refert, quod percuſſus non ſtatim eodem in loco, & eadem hora, ſit mortuus, nam ex quo intra modicum tempus obijt, dicendum adhuc eſt, ipſum ex illis percuſſionibus deceſſiſſe, per ea quæ late tradit Nicol. Boeri. *in deciſion. ſuis quæſtio. 323. numer. 11.* & Jacob. Menoch. *in libr. 2. de arbitrar. judic. quæſtion. & cauſ. centur. 3. caſu 275. numero ſecundo.* & faciunt quæ ſcribit Bartholom. Cæpolla *in crimen conſil. 29.* Nec refragatur etiam A. B. quod (vt Chyrurgi dicunt) C. D. eodem in loco capitis habuerit vnam cicatricem veteris cuiuſdam vulneris, atque ideo videatur eſſe dubium, an ex iſta recenti percuſſione mortuus ſit, an vero ex illa antiqua. Nam reſpondetur, quod nihilo minus dici debeat, A. B. homicidij ipſius eſſe reum, quandoquidem nullo modo ipſi licuerit, C. D. ſic percutere, cum ſcire potuerit, vulnus aliud alij mortiferum eſſe ſolere, vt in eo, qui ſeruum ægrotum leuiter percuſſerat, egregie reſpondit Vlpian. *in leg. qua actione. §. ſi in colluctatione. verſ. ſed ſi quis ſeruum. digeſt. ad leg. Aquil.* Porro homicidium eſſe grauiſſimum & atrociſſimum delictum nemo ambigit, & teſtatur hoc Socin. *in conſil. 157. numero 11. volum. 2.* & Aymon. Crauett. *in conſil. numero 9.* & Angel. *in conſil. 217.* & inhorribilia crimina hoc connumerat Joan. Bernard. Diaz. *in canonica praxi cauſar. criminal. in verb. homicida.* Itaque A. B. prædictus, tanquam homicida, pœna vltimi ſupplicij, ſiue mortis, videbatur affici ac ple-
cti debuiſſe. Ait enim lex, † ho- 20
micida quod alij fecerit, ſemper expectet: *in leg. nemo. Codic. de epiſcop. audient.* Nam etſi olim pœna legis Corneliæ de ſicariis alia fuiſſe videatur, quemadmodum colligitur ex *leg. 3. §. fin. digeſt. ad leg. Cornel. de*

nel. de ſicar. tamen hodie pœna homicidij eſt vltimum ſupplicium, vt inquit Ægid. Boſſius *in tractatibus Criminalibus titul. de homicid. numero 107.* & habetur per Alber. Gandin. *in tract. maleficior. titul. de homicid. numero quarto.* Et in Germania noſtra receptum eſt, vt homicidæ gladio caput amputetur, quod cautum eſt etiam in Ordinationibus Imperij ſuper pœnalibus judiciis. *articul. 137.* His ſecundo accedit quod idem A. B. non poteſt dicere, ſe non habuiſſe animum occidendi C. D. nam in hoc ei non creditur, cum præſumptio
21 ſit contra ipſum: ſemper enim † in delictis præſumitur, quod delinquens habuerit animum nocendi, & offendendi, per ea quæ notat gloſſ. 1. *in leg. ſi non conuitij.* & ibi Dd. *Codic. de iniur.* & Florian. de S. Petro *in leg. 1. §. cum arietes. digeſt. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dicat.* & Bartol. Cæpolla *in crimin. conſil. 29. numer. 4.* & occidens præſumitur non defendendi ſui cauſa, ſed dolo occidiſſe, *leg. 1. Codic. ad leg. Cornel. de ſicar.* facit text. *in cap. 1. de præſumpt.* & not. per Bartol. *in leg. Aurelius. §. penultim. digeſt. de liberal. leg.* & Bald. & Joann. de Imola *in leg. decem. digeſt. de verbor. obligat. cum ſimilibus.* Confirmatur hoc tertio, quia vt habetur in 5. articulo partis accuſantis, & eſt probatum per quartum, 5. & 6. teſtes.
A. B. antea † minatus eſt C. D. 22
occiſo, quod ipſum ſua manu occidere: aut ſaltem offendere vellet; Ex quo contra A. B. oritur præſumptio, quod animo deliberato & præmediato C. D. occiderit, vt per Alberic. de Roſat. *in tract. ſtatutor. part. 3. quæſtion. 64.* & Ægid. Boſſi. *in tit. de homicid. numero 68.* & Blanc. *in leg. fin. numero 179. digeſt. de quæſtion.* & Jaſon. *in tract. malefic. tract. 7. cap. 1. numero 10.* & Jacob. Menoch. *in libr. 2. de arbitrar. judic. quæſtion. & cauſ. cent. 4. caſu 36. numero 39.* Itaque omnino pœna ordinaria homicidij in hunc A. B. ſtatuenda videtur, per ſupradicta. Quarto, eo fortius contra A. B. eſt præſumendum, quod is antea quoque Auguſtæ vnum occidit, ſicut ponitur in 6. articulo viduæ, & ita nunc quoque animum occidendi habuiſſe videtur, per *regul. ſemel malus.* cum ibi notat. *de regul. juris. in 6.* Quinto arguitur A. B. dolus etiam ex eo quod ipſe primus C. D. aggreſſus eſt, verbis contumelioſis eum prouocando ad pugnam, quemadmodum probatur ex depoſitione 2. teſtis, ad articulos, viduæ ſecundum & tertium. Ergo maleficium hoc ipſi aggreſſori eſt imputãdum, per ea

quæ

quæ ſcribit Cæpoll. *in dict. crimin. conſil. 29. numero 7. & conſil. 29. numero 2. & conſil. 43. numero 6. & conſil. 41. numero 3.* & qui alium aggreſ-
23 ſus † eſt, præſumitur in dolo fuiſſe, per ea quæ notat Florian. de S. Petro *in leg. ſcientiam. §. qui cum aliter. digeſt. ad leg. Aquil.* niſi enim dolum præſumeremus, tunc oporteret præſumi, quod aggreſſor fuerit fatuus, aut furioſus, quod in homine non præſumitur, niſi probetur, *leg. codicillos. Codic. de Codicill.* & habetur per Cæpoll. *in dict. crimin. conſil. 29. numero 7. & conſil. 28. numero 5. & 6. & conſil. 43. numero 6.* & conſequenter eiuſmodi aggreſſor, & doloſus homicida, pœna ordinaria videtur plectendus eſſe, per ea quæ ſuperius adducta ſunt. Sexto, aduerſus A. B. militat propria
24 eius confeſſio † quæ licet qualificata, eo ſcilicet quia A. B. dicit, ſui defendendi cauſa C. D. ſe percuſſiſſe, tamen ſcinditur in hoc caſu eius confeſſio, eique ſtatur contra confitentem, quoad hoc, quod percuſſerit, nec creditur qualitati defenſionis adiectæ, ex quo præſumptio juris eſt contra occidentem, quod ſcilicet occiderit, juxta tradita per Bartol. *in leg. Aurelius. §. idem quæſit digeſt. de liber. legat.* Nec obſtat, ſi dicatur, iſtam cõfeſſionem ita qualificatam ſaltem hoc operari, quod reus non poſſit pœna capitis puniri, per ea quæ habentur apud Abbat. *in cap. auditis. colum. penult. de præſcript.* vbi dicit, quod qualificate reſpondens, † ſe 25
homicidium commiſiſſe ad ſui defenſionem, licet præſumptionem juris contra ſe habeat, & ideo ipſe defenſionem probare teneatur, tamen etiamſi in probatione defecerit, non poſſit ordinaria pœna vltimi ſupplicij affici: quod refert & ſequitur Alexand. *in leg. non ſolum. §. ſciendum. digeſt. de noui oper. nunciat.* & Felin. *in cap. afferte mihi gladium col. penultim. de præſumpt.* & Jaſon. *in leg. vt vim colum. 3. in fine digeſt. de juſtit. & jur.* & Decius *in leg. 1. colum. 4. ff. ſi cert. petat. & in cap. cum venerabilis. colum. 12. & ſeq. de except.* & Felin. *in dict. cap. auditis de præſcript.* Vbi ait, hoc dictum eſſe ſingulare, & apud practicos advocatos valde ſolemne, de quo etiam habetur per eundem Felin. *in cap. ſignificaſti. el. 2. colum. penultim. de homicid.* & Hippol. de Marſil. *in leg. repetit. colum. 8. digeſt. de quæſtion. & in ſingular. ſuo 185.* incip. *confeſſio inquiſit.* & Lancelot. Galiaula *in repetit. leg. 1. digeſt. de vulg. & pupill. ſubſtitut.* & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Gabriel Sarayna *in additio. ſua ad Matheſillan. in notab. 37. numero ſeptimo*, quia reſpondetur, quod contra hanc † doctrinam non- 26
nulli

nulli tenent, vti videre licet apud Sarayn. *in loc. jam citat.* Expoſito etiam, quod illa doctrina eſſet vera, tamen ex rationib. & fundamentis pro ea adductis, colligitur eam tum demum habere locum, quando non aliter, quam per ſolam confeſſionem Rei, conſtat de delicto per ipſum commiſſo. Cæterum ſi aliter conſtat, per quem homo occiſus ſit, tũc rei confeſſio qualificata ipſum non releuat à pœna vltimi ſupplicii, niſi defenſionem probauerit, ſecundum Dd. *in locis prææallegat.* & Hippol. de Marſil. *in practic. ſua crimin. §. poſtquam. nu. 23. & ſeq. & §. ſecunda quæſtio. num. 14. & in d. ſuo ſingulari 185. cum ſimilibus* adductis per Gabriel. Saraynam *in dict. ſua additione, verſ. & prædicta concluſio.* Cum igitur hic non ex ſola confeſſione Rei, ſed etiam per teſtes conſtet, quod A.B. occiderit C. D. ſequitur quod ipſe A. B. ex doctrina prædicta excuſari nõ poſſit ab ordinaria pœna homicidii, quæ capitis eſt, vltimi ſupplicii, vt antea docuimus. Et facit pro prædi-
27 ctis, quod offenſor † in dubio non præſumitur offenſor, niſi hoc probet, per ea quæ notat Ioann Andre. *in cap. ſignificaſti. de pœn. & remiſſ.* & Bald. *in cap. colu. 3. verſic. vitam ſuam defendendo. titul. de pace tenend. in v ſib. feudor.* & facit *leg. 1. Codic. ad leg. Cornel de ſicar. cum ſimilibus* citatis per Cæpollam *in dict. crim. conſil. 28. num. 4.* & Ægid. Boſſi. *in tract. crim. d. homicid. num. 89.* quod receptum eſt in Ordinationibus Imperii ſuper pœnalibus iudiciis, *artic. 141.* & tradit Alber. Grandin. *in tract. maleſic. ſua rubric. de homicid. ad fin. num. 28.* & Marc. Anton. Blanc. *in ſua practic. crimin. §. viſis indiciis num. 56. & nu. 130. & tertia pars. num. 43.* Reus igitur debuiſſet probare defenſionem, quod cum non fecerit: relinquitur, ipſum vt doloſum homicidam, eſſe puniendum. Septimo, etiamſi ponamus, quod C.D. prior armis inuaſerit A.B. ſicut colligi videtur ex nõnullorum teſtium dictis: attamen cum C. D. iam ad terram prolapſus eſſet; non debuiſſet Reus iacentem percutere, cum citra periculum offenſionis potuerit recedere: quod cum non fecerit, ſed illicito modo C.D. percuſſerit iacentem, videtur quod non defendendi, ſed vindictæ potius vel vlciſcendi gratia, ſic C.D. percuſſerit, & ideo homicidii reus ſit, per textum *in leg. ſcientiam. §. qui cum aliter. digeſt. ad leg. Aquil.* inducendo illum text. à contrario ſenſu. Nouiſſime cum ex prædictis conſtet, vere C.D. ex percuſſionibus A. B. eſſe mortuum, videtur, quod nũc amplius dubitari poſſit, ex quo veritatem facti euidentem pręoculis habeamus; illa enim † quærenda & in- 28
uenta, attendenda eſt, *l. fin.* ibi, veritati ſemper locum fore, *digeſt. de pro-*

V *bat.*

bat.leg.1.in fin.Codic.de latin.libert. tollend. cum multis ſimilibus. quæ ad hoc propoſitum citat Hippol. de Marſil.*in pract.crim.§.ſecunda quæſtion.numer.15.& ſeqq.* Per quæ omnia videtur concludendum, quod A. B. pœna ordinaria homicidii ſit afficiendus. Quibus tamen & aliis non obſtantibus reum à pœna ordinaria homicidii abſoluendum eſſe cenſemus. Quo tamen ſuperfluitatem omnem reſecemus, vnum initio ex facto præmittendum & præſupponendum eſt, quod ſcilicet C. D. prior armis aggreſſus eſt, & percuſſit A. B. id quod probatur ex depoſitionibus V. teſtium, partim pro ipſo Reo, partim, etiam pro aduerſariis eius examinatorum. Nam 1. teſtis R. vxor I. R. pro parte accuſante examinata, ad articulum N. 7. deponit his verbis; *poſtquam aperta feneſtra, &c.* Deinde 2. teſtis vltimi examinis, vxor N. C. nomine D. idem clare atteſtatur his verbis: *Illa A. P. &c.* Quarum teſtium dicta tam ſunt clara, vt his nihil apertius afferri poſſit, vtraque enim deponit, vt ex eius verbis euidẽter colligatur, nullam inter iſtos duos fuiſſe rixam, priuſquam illa ex parte C. D. cum armis inuadentis A. B. cæpta fuit. Nam 1. teſtis dicit, quod C. D. de oſtio domus ſuæ venerit, & cum venabulo accurrerit ad A. B. & ita pugnari cœptum ſit. Teſtis vero 2. deponit de proxime præcedente negotio, plane ab omni rixa alieno, ſcilicet quod ipſa à A. B. exegerit debitum 16. nummorum, quod certe inter rixandum fieri non potuiſſet, & quod hoc facto C. D. excurrerit de domo ſua, & verbis minacibus acclamauerit, & venabulo A. B. ad ſiniſtrum latus capitis ſui percuſſerit & quod ipſa poſtea audierit vxorem A. B. clamantem, & rogantem C. D. ne marito ſuo noceret. Quod ſimiliter argumentum eſt, A. B. non fuiſſe inuaſorem, ſed C. D. alias enim vxor A. B. non fuiſſet rogatura C. D. ne maritum ſuum offẽderet, ſicut in ſimillimis terminis argumẽtatur Cæpolla *in crimin. conſil. 29. nu. 8. & ſeq.* vbi ex eo † quod probatum fuerat teſtibus, ipſos audiuiſſe, quod aliquis clamauerit, *auxiliamini, auxiliamini*, colligit, quod iſte non fuerit aggreſſor, ſed aggreſſus, vt ibi latius per eum. 29 Sic cum iſtarum teſtium dictis concurrit etiam depoſitio 3. teſtis, K. vxoris M. F. quæ ad 6. articulum rei dicit: *In meo hypocauſto audiui, &c.* Ex quibus verbis colligitur, quod A. B. non inceperit rixã aut pugnam, ſed C. D. ideo enim vxor A. B. à C. D. petiit, vt maritum ſuum in pace relinqueret, ne ſe bombarda defendere cogeretur, quod factum non fuiſſet, ſi maritus eius de libertate

tate & ex propoſito rixam incepiſſet, & addit eadem teſtis: *ideo illa feneſtram aperuit, &c.* Quæ verba rurſum demonſtrãt, C.D. fuiſſe aggreſſorem, A.B. vero defenſorem: nam vxor eiuſdem A. B. denuo increpauit C.D. ne maritum ſuum offenderet, alioquin illum ſeſe bombardæ ictu eſſe defenſurum: cui reſpondit C.D. imo ſi vir bonus eſt, non bombarda ſed aliter ſe defendet, & ſic ipſemet C. D. oſtendit, A. B. partes defenſionis ſuſtinuiſſe, & hoc ſolum petiiſſe, ne ſeſe bombarda A.B. defenderet, cum tamen aggreſſor C. D. non gladio & conſueto more, ſed atrociore, & magis noxio & periculoſo teli genere A.B. adortus, petere ac percutere cœperit. Cum prædictis concordat etiam 6. pro reo examinatus teſtis I.F. C. D.V. qui ad 6. articulum deponit: *ſe vidiſſe, &c.* Ex cuius teſtis depoſitione patet quod C. D. nõ ſolum prior armis adortus ſit A. B. ſed etiam prior magna violẽtia eundem venabulo percuſſerit, & quidẽ in capite, nec ſemel ſed bis, ita vt A. B. etiam ad terram proſterneret, & caput eius (vt idem teſtis dicit ad 7. articulum) ſanguinolentum appareret. His adminiculatur 7. etiam teſtis I.W. qui ad 6. Rei articulũ dicit. *Poſtquã domo ſua exiuerit, &c.* Quamuis enim hic teſtis non viderit, vter alterum aggreſſus ſit, tamen voces eiuſmodi audiuit, non audito alieno ſed proprio; Ex quibus colligitur, C. D. fuiſſe aggreſſorem. Ipſe enim primus petiit venabulum, itẽ ſtatim ſubſecuta eſt acclamatio, vxoris A. B. rogantis, & increpantis C. D. ne maritum ſuum offenderet, & vt alii teſtes dicunt, ipſe C.D. prior venabulo adortus A. B. eundem in capite percuſſit, & ſine dubio vlterius offendiſſet, niſi vxor A.B. eum repellendo cauſa caſus eius fuiſſet.

Quæ omnia confirmantur etiam ex propria aſſertione & confeſſione partis accuſantis: nam ipſamet occiſi vidua in ſuis ſpecialibus interrogatoriis ad 6. articulum Rei, interrogatorio 1. refert, C. D. maritum ſuum habuiſſe venabulum, ſed hoc tantum addit & fatetur (quod negatum & probatum nõ eſt) quod ſcilicet A. B. prior maritum ſuum, C. D. bombarda ſiue Sclopeto traiicere voluerit, item, in 2. Interrogatorio non negat, quod C. D. maritus ſuus, aggreſſus ſit A. B. venabulo, neq; negat quod eũ primus percuſſerit, ſed illud tacite & implicite confitendo hoc tantum cauſatur, (quod ſimiliter probatum non eſt,) A. B. fuiſſe priorem, qui maritum ſuum iniurioſis & contumelioſis verbis ad pugnã prouocauerit. Præterea cum in 3. & ſeqq. interrogatoriis pari modo implicite ſaltem fa-

tetur, ea eſſe vera, quæ pro parte A. B. ſupra oſtendimus fuiſſe probata, & ideo illa quaſi præſupponendo ipſamet accuſatrix vidua ſolum interrogari voluit teſtes, de quibuſdam qualitatibus & circumſtantiis, nempe anne C. D. fuerit in terra proſtratus, antequam A. B. vulneraretur, & an tunc nulla amplius arma habuerit, & quædam alia, de quibus ad interrogatoria eius remittimus. Et prędictis addi quoq; debet, quod deponit 4. teſtis, pro parte accuſantis examinatus nomine G. V. Is enim ad 3. Rei ſpeciale interrogatorium, ſuper quinto aduerſæ partis articulo poſitum ſic reſpondit: W. aliquando venerit ad teſtem, &c. Ex quo colligitur, quod alia quoq; via C. D. iſte A. B. aggredi voluerit, eũque ad pugnam prouocarit, quod ipſe nunc quoque prior aggreſſus ſit A. B. *arg. reg. ſemel malus, cum ibi notat. de R. I. in 6.* Et ita ex iſtorum teſtium depoſitionibus, & ipſa accuſatricis implicita cõfeſſione clare probatum eſt, quod C. D. primus armis aggreſſus ſit A. B. eundemque prius percuſſerit, quam à Chriſtophoro vllo modo læderetur. Pro quo etiam non mediocriter facit, quod nullus omnino teſtium contrarium affirmauit, imo nec ipſa accuſatrix auſa fuit articulare, quod A. B. prior C. D. armis inuaſerit, licet enim quædã poſuerit, de eo, quod A. B. bombarda C. D. petere voluerit, tamen hoc non eſt probatum, vt infra oſtẽdetur. Non obſtat prædictis, ſi aduerſus 3. priores teſtes, quorum dicta ſupra retulimus, obiiciatur, ꝙ ſint fœminæ, quia mulier in cauſa † 30
criminali teſtis eſſe non poteſt iuxta gl. *in c. forus, in fine de V. S.* & gl. *in c. ex eo. cauſ. 15. q. 3.* & Archid. *in c. 2. de iudic. in 6.* & Anton. de Butr. Abb. & alios *in c. 3. extra de teſtib.* vbi Felin. & Abb. teſtantur, hanc eſſe communem opinionem, pro qua facit text. *in l. mulierem. 33. qu. 5.* & habetur per Ioan. de Plate. Angel. & alios *in §. teſtes. inſtit. de teſtam.* & Phil. Deci. late *in L. fœmina n. 13. & 14. ff. de R. I.* nam reſpondetur, quod imo mulier † de 31
iure ciuili in cauſa quoque criminali poſſit eſſe teſtis, quemadmodum fatetur gl. *in d. c. forus. de V. S.* & gl. *in d. c. ex eo. cauſ. 15. qu. 3.* & ſequitur Spec. *in titul. de teſte. §. 1. verſ. idem quod eſt mulier.* & Abb. Aretin. & alii *in d. c. 3. extra de teſtib.* & hanc eſſe communem opinionem affirmat Ioa. Crot. *in tract. de teſtib. par. 3. nu. 49.* vbi pro hac communi allegat text. *in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtibus* & text. *in l. ex eo.* inducendo à contrario ſenſu. *eod. tit. de teſtib.* & refutat etiam quædam iura, quæ contrarium ſuadere videbãtur. Et ſic apparet, contraria ſolum procedere de iure canonico, quæ in caſu noſtro in terris imperii attendi non debent. Ex quo enim iſta diuerſitas

ſitas inter ius canonicum & ius ciuile non reſpicit ſalutem animę dicendum eſt, quod ius ciuile per ius canonicum non ſit ſublatum, ſed vnũquodque jus debeat ſeruari in foro ſuo, ſcilicet canonicum in eccleſiaſtico, & ciuile in ciuili, & ſeculari foro, iuxta gl. ibidemque notat *in c.2. de arbitr. in 6.* & Abbas *in cap. dilecti. extra de indic.* & in terminis iſtis ſic tradit Crotus *in d. tractat. de teſtibus part. 3. nu. 52. & ſeq.* Fortius dici po-
32 teſt quod etiam de iure † canonico mulier non prohibeatur eſſe teſtis in cauſa criminali. nã ex quo ius canonicum in hoc non expreſſit contrarium, ſequitur, quod ad hoc etiã in foro canonico eſſe ſtandũ diſpoſitioni iuris ciuilis, per ea quæ notantur *in c. 1. extra de oper. nou. nunciat.* & latius proſequitur Decius *in d. l. fœminæ. num. 34. ff. de R. I.* & ideo quoq; Alex. *in conſ. 24. num. 11. vol. 2.* dicit, id quod traditur, de iure canonico fœminas nõ poſſe teſtificari in cauſa criminali, de facto non ſerua-
33 ri. Maxime vero hæc † obtinent in caſu, vbi mulieres examinantur ad probandum innocentiam & defenſionem Rei, nam tunc fœminæ ſine dubio videntur ad teſtimonium eſſe admittendæ, quandoquidem illa iura, quibus ſuadetur de iure canonico fœminas in criminalib. eſſe à teſtimonio repellendas, ſolum loquũtur in caſibus, vbi ex earum depoſitionibus eſſet quis criminaliter puniendus: ſed improbanda innocentia & defenſione alicuius (quæ fauorabilis eſt) nõ apparet canones quic. quã de diſpoſitione iuris ciuilis immutaſſe. Igitur hoc caſu ſeruanda erant iura ciuilia, quæ indiſtincte fœminarum teſtimonium etiam in criminalibus admittunt, per ſupra dicta iuncta iis, quæ notantur *in d. cap. de oper. noui nunciat.* In quo non eſt latius inſiſtendum, num nos verſemur in terris imperii, in quibus vt antea quoq; dictum eſt, ſine dubio ius ciuile ſeruari debet. Et faciunt pro his omnibus, & in ſpecie quoq; ad ea, quæ proxime diximus, ſingulariter tradita per Petr. Foller. *in ſua practic. crimin. ſub rubric.* recipiantur defenſiones reorum. num. 28. vbi notabiliter dicit, quod licet teſtimonium maſculorum præferatur teſtimonio mulierum, tamen hoc non habere locum; ſi teſtimonium fœminarum tendat in fauorem rei, & teſtimonium virorum in fauorẽ accuſantis, quia tunc teſtimonium fœminarum præfertur teſtimonio virorum, allegat ad hoc Belenzi. *in c. ferus. de V. S.* qui mouetur per gloſſ. *in c. clerici 81. diſtin.* & ſequitur idem Hippol. de Marſil. *in l. vnius §. in ea cauſa. in fin. nu. 9. ff. de quæſt.* & Thom. Grammat. *in conſil. 45. crim. num. 40.* Tantuſque eſt fauor defenſionis, vt etiam vxor admittatur ad proban-

 dum

uum innocentiam & defenſionem mariti ſui, vt per Iaſon. *in L. ſed etſi quis. in princip. nume. 4. ff. ſi quis cantion.* Nec refert, quod vxor pro marito videatur minus idonea teſtis. Quia reſpondetur, quod ad proban-
34 dum † defenſionem admittũtur etiam teſtes minus idonei. Quidam late tradunt Hippol. de Marſil. *in pract. crimin. §. oportune. numer. 15. & ſequ.* & Ludou. Carer. *in pract. crim. in titul. de homicid. §. circa 6. & vltimum. numer. 1. & 4. & ſeqq.* & Ægid. Boſſ. *in tit. de fauore defenſionis, quaſi per tot. & in tit. de oppoſ. contra teſtes. n. 65.* Vnde videmus quod ad probandum defenſionem admittuntur etiam teſtes ſuſpecti, velut frater pro fratre, vt per Speculat. *in titul. de inquiſit. §. 1. verſ. ſed numquid. & in titu. de teſt. §. 1. v. ſed numquid frater.* & Bald. & Salicet. *in l. parentes. col. 1. C. de teſtib.* & Alexand. *in conſil. 5. colum. pen. volum. 1.* & Deci. *in conſ. 59. colu. fin. verſ. & in probanda defenſione &* Felin. *in cap. cum oporteat. col. 4 verſ. 5. limita de accuſ.* & Ægid. Boſſ. *in titul. de oppoſit. contra teſtes numer. vigeſimo ſecundo cum plurimis aliis,* quos citat Anton. Gabriel. *in lib. 7. commun. concluſ. ſub rubric. de criminalib. concluſ. 22.* vbi in terminis, quod frater pro fratre admittatur ad probandam defenſionem, dicit hãc eſſe magis communem opinionem, licet quidam per eum allegati, contrarium voluerint. Itaq; ad propoſitum noſtrum, cum teſtium ſuperius relatorum, dicta tendant ad probandam defenſionem A. B. ſicut paulo poſt demonſtrabitur: merito etiam fœminarum teſtimonium recipiendum erit, idque tanto magis quia concurrunt cum depoſitionib. iſtarum mulierum etiam alii teſtes integri, quos ſupra adduximus, & ideo etiamſi perſonę iſtarum mulierum paterẽtur aliquos defectus, tamen illi ſupplerentur per dicta iſtorum teſtium, ſcil. I. V. & I. W. Eſt enim apud Dd. recepta regula, quod inhabilitas vnius teſtis, † ſuppletur 35
ex habilitate alterius, ſecundũ Bald. *in L. ſi quis ex argentariis §. cogentur in princip. ff. de edend.* & Salicet. *in L. bonæ fidei, colum. 8. verſ. item eſt ſciendum. Cod. de rebus credit.* Roman. *in conſil. 476. in fine.* Alexand. *in conſ. 56. colu. fin. verſ. ſecundo poteſt reſponderi volum. 2.* Iaſ. *in auth. ſi vero colum. 1. cum ſequ. Cod. iudic.* Marian. Socin. Iure. *in conſil. 146. colum. 3. volu. 1.* Carol. Ruin. *in conſil. 67. col. fin. vol. 1.* & infinitos alios, quos citat Anton. Gabriel. *in lib. 1. concluſion. ſub rubric. de teſtib. concluſion. 5.* Vbi ex hoc infert, quod frater admittitur pro fratre quando habet alium conteſtem, non conſanguineum ſecundum Bald. *in conſ. 10. colu. 2. volum. 4.* Item, quod teſtis infamis infamia facti cum alio integro probet, allegat

Digitized by Google

gat ad hoc Matth. de Afflict. *ſuper conſtitutio. regni Siciliæ tit. de Patareno receptato. nu. 22.* Et in terminis de muliere, tradit Alex. *in conſil. 24.* incip. *animaduerſis. colum. 4. volu. 2.* vbi dicit, quod quamuis in cauſis criminalibus mulierum teſtimoniũ non ſit omni exceptione maius, tamen dictum vnius mulieris ſuppleatur ex dicto alterius teſtis integri, etiam in cauſa criminali, quod refert & ſequitur Ioan. Grot. *in tractat. de teſtib. part. 3. n. 10.* Et illi quidem Dd. loqui videntur in caſu, vbi eiuſmodi teſtimonia proferuntur pro parte agente vel accuſante ad condemnationem aduerſari: Ergo multo magis hoc eſt admittendum in caſu noſtro, vbi hæc teſtimonia prolata ſunt pro defenſione rei, quæ eſt fauorabilior. Rurſum etiam teſtes ſupra relati, eſſent omnes inhabiles, & minus idonei, (quod tamen non conceditur,) nihilominus quia ſunt quinque vel ſex numero, dicendum foret defenſionem N. rei, per eoſdem teſtes eſſe ſufficienter proba-
36 tam, quia numerus † ſupplet defectum teſtium ſecundum gloſſ. *in l. 3. §. 1. verſ. numerus. ff. de teſtibus* & not. Iaſ. *in auth. ſi vero. colum. 1. verſ. tertio facit. Cod. de iudic.* & Ioan. de Imol. *in L. qui teſtamento. in princip. ff. de teſtam.* & Alexand. *in conſil. 47. colu. 1. vol. 2. & conſ. 149. colu. 3. vol. 5.* & Decius *in conſ. 163. colum. penult.* & Carol. Ruin. *in conſil. 92. col. 2. volum 4.* cum aliis allegatis per Anton. Gabr. *in lib. 1. communi concluſ. tit. de teſtib. concluſ. 6.* Et optime faciunt, quæ tradit Dec. *in L. fœminæ n. 35. verſ. & non ſunt integri. ff. de reg. iur.* vbi notabiliter dicit, quod mulieres non ſunt tam integræ teſtes, ita quod duæ ſufficiant ad condemnationem, ſed ſi plures eſſent, tunc numerus ſupplet defectum, per ea quę in ſimili notat Innocent. *in ca. cum nuncius de teſtibus.* quem refert & ſequitur Alexand. *in conſil. 99.* incip. *viſis proceſſibus. colum. 4. volum. 5.* Ergo fortius hoc ita dicendum eſt, in caſu noſtro, vbi iſtarum trium mulierum, & duorum, imo trium virorum teſtimonia, non ad condemnationem, ſed ad defenſionem rei faciunt. Nec eſt omittẽdum circa prædicta, quod ad probandam defenſionem † & in- 37
nocentiam Rei, ſufficit etiam vnicus teſtis, dum tamen probatio Rei per vnicum teſtem facta, non ſit directe contraria plenę probationi accuſatoris, ſicut eſt in caſu noſtro, vbi Reus non nititur probare, quod nõ occiderit N. (quod ab aduerſa parte plene probatum eſt) ſed hoc vult ꝓbare, quod N. prior ipſum armis aggreſſus ſit, quod (vt diximus,) probari poteſt, etiam per vnicum teſtẽ, ſaltem quoad hoc, ne reus poſſit puniri ordinaria homicidii pœna, per ea quæ ſcribit Petr. de Anch. *in conſ.*

285.

285. col.fi. & in terminis tradit Ægid. Boſſ. *in ſuis tractatibus criminalibus tit. de defenſion. reor. nu. 3. & 10. & in tit. de conuictis. n. 62. & in tit. de oppoſit. contra teſtes. n. 72.* Item etiam dubiam probationem † & non pene concludentem pro defendendo reo multum operari, tradit idem Boſſ. *in tit. de defenſ. reor. numer. 12. & in tit. de conuictis. nume. 61.* vbi dicit, quod quando homicidium eſt plene probatum contra aliquem, & reus ad ſui defenſionẽ allegat, & probet: quod qui occiſus eſt, ipſum prius fuerat aggreſſus, tunc reum eſſe abſoluendum, ex iſta defenſionis probatione, licet non concludenti, quia concludens probatio defenſionis ſic fieri debuerat, quod ſcilicet aggreſſorem in continẽti poſt aggreſſionem occiderat, vt ibi per ipſum & plene & eleganter tradit Claud. de Seyſell. *in repetit.* L. *vt vim nu. 64. vſque ad nu. 70. ff. de inſtit. & iur.* Quæ cum ita ſe habeant, non videmus, cur dubitari poſſit, aut debeat, an N. ſufficienter probauerit, quod G. W. prior ipſum armis aggreſſus ſit; probauit enim hoc non per mulieres tantum, ſed etiam per maſculos, nec per vnum tãtum, aut duos teſtes, ſed per quinque teſtes, in omnibus fere concordantes, & ſibi inuicem adminiculantes. Et ita non obſtat, etiamſi dicatur, quod per G. V. non probetur, quod G. W. alia quoque vice ipſum N. ad pugnam prouocarit, cum in hoc ipſe ſit vnicus & ſingularis, & conſequenter ei credi non debeat, *c. licet. c. veniens. & c. iuriſiurandi de teſtib.* quia reſponderi poteſt, quod imo vnicus teſtis ſufficiat, ex quo iſtud tendit ad probationem defenſionis per ſupradicta; & maxime quia depoſitio eius eſt veriſimilis, vt apparet ex aliis teſtium dictis, & illa pugna vltima, in qua certum eſt, N. fuiſſe aggreſſorem, vt etiam poſito quod huius teſtis dictum nihil releuaret, tamen ſufficerent aliorum teſtimonia, vt patet ex prædictis. Nec obſtat etiam, quod pars accuſans, dictum I. V. conatur reddere ſuſpectũ, ex quibuſdam verbis, quæ pater eius G. V. dicebatur protuliſſe, quẽadmodum habetur in articulis additionalibus accuſatricis: quia reſpondetur, illos articulos non eſſe probatos, & verba G. in ſenſu valde diuerſo fuiſſe prolata, ſicut apparet ex depoſitionib. teſtium, ſuper iiſdem additionalibus examinatorum, ad quæ breuitatis gratia remittimus, & conſequenter hic teſtis & eius atteſtatio, remanet omni exceptione maior. Et vel maxime hoc ita dicendum eſt, hic, vbi plures alij ſunt conteſtes, per quos, ſi qua eſſet contra hunc ſuſpicio, illa quam facile purgatur. Nec obſtat denique ſi aduerſus W. vxorẽ B. G. obijciatur, quod ipſa depoſuerit extra articulum, & ideo

ideo fides ei haberi non debeat. *L. ſi quis libertatem. ff. de petit. hæreditat.* gl. & Bart. *in L. momentanea. C. qui legit. perſon. ſtan. in iud. hab.* & gl. *in c. qualiter & quando. de accuſ.* quia reſpondetur, quod illa teſtis non jurauit dicere veritatem ſuper certo articulo (quo caſu procedunt jura contraria) ſed vel jurauit dicere veritatem ſuper tota cauſa, prout habet communis practica, & tunc licet depoſitio teſtis videatur extra articulum facta, tamen dictum eius valebit, per ea quæ notat Bart. & alij *in l. ſi duo patroni §. idem Julianus. ff. de jureiur.* vel ſaltem dicta teſtis ſimpliciter jurauit de dicenda veritate, quo caſu intelligitur juraſſe ſuper tota cauſa, & propterea idem hic dicendum eſt, quod in caſu priori ſcil. quod dictum huius teſtis valeat per ea quæ tradit Ioan. Campeg. *in tract. de teſtib. reg. 218. n. 3. & 4. fallentia*, vbi allegat ad hoc idem tenentem Alberic. de Maloris *in tract. de teſtib. part. 3. col. 11.* & Bald. *in cap. 2. de confeſſ.* & Angel. & alios *in l. cui jurisdictio. ff. de jurisd. omn. jud.* Et hoc tanto magis in caſu noſtro dicendum eſt, vbi dictum iſtius teſtis non videtur omnino eſſe extra articulos, ſed de dependentibus ab ijs, de quibus fuit interrogata per ea, quæ tradũt Bart. & alij *in l. ſi duo patroni. §. idem Julianus. ff. de jureiur.* & Campeg. *in d. tr. de teſtib. reg. 218. fallent. 2.* Et poſito, non conceſſo, quod iſtius teſtis dictum præ memorata ex cauſa aliquo modo videretur ſuſpectum, tamen illa ſuſpicio facile purgaretur ex numero aliorum teſtium, in ſubſtantia idem fere atteſtantium, quod per hanc W. affirmatum fuit iuxta ea, quæ ſupra deduximus. Quibus denique accedat, quod judex † ſuper 39
innocentia & defenſione rei, teſtem interrogare debeat, non ſolum de articulis ſpecificatis ſed etiam de toto negotio, *arg. l. ſi non defendantur ff. de pœn. & l. vnius facinoris. §. cognitorum ff. de quaſt.* Itaque licet teſtis iſta nõ fuerit interrogata ſuper eiuſmodi articulo, tamen quia pertinet hoc ad defenſionem rei, & ſuper hoc interrogari debuiſſet, fidem faciet, maxime concurrentibus prædictis, vel ſi in ſola eius depoſitione tantum momenti videretur poſitum, deberet ipſa ſaltem denuo jurata ſuper eodem puncto defenſionis, officio judicis examinari, nam ex officio ſuo judex † debet quærere pro- 40
bationes innocentiæ & defenſiones rei, etiam nemine hoc petente, iuxta tradita per Dd. *in l. 1. §. fin.* per illum tex. *ff. de quaſtion.* & habetur per Bart. *in conſ. 107.* incip. *viſis omnibus ſtatutis. n. 1. vol. 1.* cum aliis plurimis, quos citat Hippol. de Marſil. *in pract. ſua crimin. §. nunc videndum. n. 7. & §. ſequitur. n. 43.* vbi refert inter cætera, quod judex hoc debeat facere,

etiam poſt ſententiam condemnatoriam, & etiamſi reus ſe non defendat, prout ibi per ſeipſum. Cæterum hæc omnia tantum ex abundanti dicta fuiſſe intelligi volumus: nam etiamſi huius teſtis & aliorum impugnatorum atteſtationes non haberemus (quamuis oppoſitiones contra eoſdem adductæ, de jure non ſubſiſtant) tamen per reliquos teſtes ſatis plene probatum eſſet illud, quod præmittendum ac præſupponendum diximus, quod nimirum G. W. prior armis aggreſſus ſit, & percuſſerit C. reum carceratum. Ex quibus in facto ita præmiſſis, probatis ac præſuppoſitis, jam clara & indubitata reſultat juris concluſio, quod ſcilic. C. H. pœna ordinaria homicidij, quæ eſt pœna mortis naturalis, non poſſit affici, ſed ab ea debeat liber pronunciari & abſolui. Quæ concluſio probatur primo per text. apertiſſimum. *in l. ſed & ſi quemcunque digeſt. ad leg. Aquil.* vbi dicitur, quod ſi quis alium ferro ſe petentem occiderit, tunc non videri ipſum injuria occiſum, & conſequenter occidens puniendus non eſt, per tex. & ibi tradita per Bartol. *in ſummario in leg. ſcientiam. §. qui cum aliter. digeſt. ad leg. Aquil.* ſed hic ita accidit, quod reus iſte G. venabulo ſe petentem occidit, vt ſupra oſtendimus. Ergo G. non videtur iniuria occiſus. Nec obſtat, ſi obiiciatur circa hoc, quod vnus ex teſtibus ſuperius relatis, G. V. filius dicit, quod G. H. acutam venabuli partem in manibus habuerit (er hab den Knebelſpieß bey dem Eiſen gehabt) vnde colligitur, quod non cuſpide, vel ferro aduerſus C. venerit, ſed baculo ſeu pertica venabuli eũ percuſſerit, itaque textus jam allegatus & alia jura, de aggreſſore loquentia, hic non videantur locum habere, &c. Quia reſpondetur, quod iſte teſtis, qui dicit, quod W. mulier acutam venabuli partem in manibus habuerit, &c. in hoc ſit ſingularis, alij vero teſtes ſimpliciter deponunt de venabulo, quare in dubio pro reo eſt interpretatio facienda, *argum. l. merito. digeſt. pro ſocio.* Et hoc eo magis, quia ſecundum communiter accidentia, qui alios aggrediuntur venabulis, non ſolent acutam partem in manibus retinere ſed illa vti ad offendendum. Vel etiam poſito, quod omnino conſtaret, G. W. in illa aggreſſione non fuiſſe vſum cuſpide venabuli, tamen hoc eatenus tantum facere pro ipſo, vt ſi G. forte ex percuſſionibus G. mortuus fuiſſet, ipſe G. non videretur animum occidendi habuiſſe, cum non cuſpide, quo potuerat, ſed pertica percuſſerit, quamuis etiam neque hoc admitteretur, ex quo G. in capite C. percuſſit iuxta ea, quæ paulo poſt à nobis dicentur. Sed quoad aggra-

aggrauandam cauſam C. defenſoris & rei, hæc conſideratio non debet admitti, primum ex eo, quia negari non poteſt, quin venabulo & ſic ferro, G. aggreſſus ſit C. ergo adhuc locus eſt textui prȩallegato *in leg. ſed etſi quemcunque digeſt. ad leg. Aquil.* Deinde ex eo, quia ſciuit C. G. eſſe ſibi inimicum, & ideo cum venabulo aduerſus ſe venientem conſpicatus, & jam percuſſiones inimici excipiens, veriſimiliter cogitauit, eas fieri parte ad offendendum parata ſecundum communiter accidentia. Tertio quia conſternatus terrore armorum, non potuit dignoſcere, quia parte venabuli peteretur, & præſertim accedente quarto quod aggreſſor inimicus iam eum percuſſerat in capite, vt ſanguis decurreret ipſeque ad terram caderet, quo caſu credere potuit, percuſſiones acuta venabuli parte & occidendi animo factas eſſe. Imo & quinto, etiamſi initio ſciuiſſet C. non cuſpide G. ſed pertica percutere, tamen quia vtrumque fuit in manu G. ita quod vno momento venabulum inuertere, & acuta parte percutere potuerit, ſufficit hoc ad excuſationem C. quem hac ratione armis fuiſſe territum, negari non poteſt, ſicut pulchre probatur ex ijs quæ ſcribit Marian. Socin. Jun. *in conſil. 117. num. 16. & 17. volum. 3.* Quemadmodum & ſexto C. defenditur ex eo, quia ſicut is, quem aggreditur aliquis ſtricto gladio, aut alio tali genere, non poteſt ſcire, vtrum aduerſarius aggreſſor priore vel poſteriore venabuli parte eum eſſet percuſſurus. Quare ſufficit, ſe ferro petitum fuiſſe, hoc eſt, aduerſarium cum ferro accurriſſe, per tex. juncta gloſſ. *in dict. leg. ſed etſi quemcunq; ff. ad leg. Aquil.* Et quemadmodum ſeptimo C. non tenȩbatur expectare, donec aggreſſor ipſum percuteret, iuxta gl. *in dict. leg. ſed etſi quemcunq;* & not. per omnes Dd. *in leg. vt vim dig. de iuſtit. & iur.* Ita jam percuſſus venabulo, & ex violentia percuſſionis ad terram cadens, ſanguinemque ex capite defluere cernens, multo minus conſiderare, qua parte venabuli percuſſio facta eſſet, ſed ſufficit pro eo excuſando, quod ab aggreſſore prior quoque grauem & atrocem adeo corporalem iniuriam paſſus fuerit, maxime quoad hoc, vt quæ ipſe poſtea fecit, juſto dolore motus, & animo perturbato ac defendendi ſui gratia feciſſe videatur, per ea, quæ infra dicentur. Denique etiam ſciuiſſet C. quod aggreſſor ipſius non acuta venabuli parte, ſed haſta ſiue pertica eum percuſſiſſet, tamen ex quo percuſſerat ipſum in capite, potuit ipſe credere veriſimiliter, iſtas percuſſiones eſſe factas animo occidendi,

arg.eorum, quæ notat Angel. *in l. 1. §. ſed ſi claua ff. ad leg. Corn. de ſicar.* quē refert & ſequitur Felin. *in c. ſignifica-*
41 *ſti. de homicid.* vbi dicunt, † quod licet baculo percutiens non teneatur de vulnere lethali, & non præſumatur habuiſſe animum occidendi, tamen ſecus eſſe, ſi percuſſio fiat in capite, quod voluit quoque Bart. *in l. §. diuus. C. de emendat. ſeruor.* & Angel. *in tract. maleficior. in verb. ſcienter & doloſe, verſ. penult.* Et præſertim cum percuſſiones fiunt tam atrociter, ſaltem in periculo vitæ quis conſtituitur, cum intelligere poſſit, eiuſmodi percuſſiones non dari ex perpendiculo, ſed grauius aliquando incidere. Quæ ſane omnia non juſtum ſolum defendendi cauſam præbent, ſed juſtum etiam dolorem mouent, propter quem defenſionis moderamen excedenti ſit merito parcendum, vt in ſequentibus demonſtrabitur, & ſic patet, nec releuare G. nec aggrauare C. quod G. aggreſſor cuſpidem ſiue acutam venabuli partem in manibus tenuerit. Secundo, principaliter pro reo iſto & concluſione noſtra faciunt notabiliter tradita per Claud. de Seyſell. *in l. 2. c. vim. num. 63. & ſeq. ff. de ju-*
42 *ſtit. & jur.* vbi dicit, † quod defenſionis neceſſitas & eius moderamen, juxta terminos inculpatæ tutelæ, probatur aliquando vere, aliquando præſumptiue, & paulo poſt hæc declarando ſubiicit: neceſſitatem defenſionis præſumptiue probari, quando probat, quod alius eum aggreſſus eſt cum armis, tunc enim ſi aggredientem ſe vulnerauit, aut occiderit, etiam alio non probato abſoluendus eſt, ſecūdum Bald. *in ead. l. vt vim. col. pen. ff. de juſtit. & jur.* & Bartol. *in l. ſed etſi quicunq. in pr. ff. ad leg. Aquil.* & Bald. *in l. multis. Cod. de liber. cauſ.* & Petr. de Anchar. *in clem. 1. de homicid.* & Alex. *in l. non ſolum. §. ſciendum. in fi. ff. de noui oper. nunciat.* idemq; voluit Angel. & Boſſ. *in ſuis tract. crimin. ſub tit. de homicid.* vbi dicit, quod probatos inſultu contra me, vel etiam probato, quod quis ſe præparabat, ad me aſſaliendum, ſatis conſtet de defenſione neceſſaria. Et ratio eſt ſecundum Claudium, quia ad probandum † quem 43
fuiſſe in diſcrimine vitæ, ſufficit terror armorum, per gl. nota. & communiter approbatum *in l. 1. C. vnde vi & in l. 2. C. ad l. Corn. de ſicar.* & in gl. *in l. ſed & ſi quemcunq. ff. ad leg. Aquil.* cum infinitis aliis, quos ad hoc propoſitum citat Claud. *in d. l. vt vim. n. 64. ff. de iuſt. & iure.* Quapropter in caſu noſtro ſimiliter dicendum eſt, quod reus iſte neceſſario quodammodo ſe defendiſſe cenſendus ſit, qui non armis ſolum ab inimico inſultatum & percuſſum ſe probauit, ſed in ſpecie quoque docuit, ſe in capite (periculoſo in loco) &

co) & cum effuſione ſanguinis ita fuiſſe percuſſum, vt in terram proſterneretur, ex quo certe in tanta animi perturbatione aliter judicare non potuit, quam vitæ diſcrimen, niſi defenderet ſe, ſibi imminere. Pro quo etiam faciunt not. per Hippolyt. de Marſil. *in practic.* §. *quoniam.num. 80. & ſeq.* vbi dicit, quod
44 † occidens aggreſſorem ſuum ſe defendendo, non teneatur de occiſo, nec dicatur committere maleficium, ſed aggreſſor talis videatur magis à ſe ipſo occiſus, quam ab aggreſſo, ſecundum Bald. *in l. data opera. colum. 3. Cod. qui accuſ. non poſſ.* & *in cap. clericis. lo. 1. num. 2. de vita & honeſt. cleric.* Quibus addi poteſt ratio, quæ colligitur ex gl. *in leg. 1. Cod. vnde vi.* cum ibi traditis per Bald. *in repetit. ſua, colum. 11.* dum ponit diſtinctionem. Salicet. *ibid. colum. 7.* qui volunt, quod ſi probem, quod tu me percuſſeris, & in eadem rixa ego quoque te percuſſero, tunc de percuſſione mea eſſe me excuſatum, quia ex prima percuſſione tua præſumere potuerim, quod animum habueris iterum me percutiendi, ideoque mihi licuerit repercutere; & defenſione aduerſus te vti. Quod ſenſit etiam gl. *in l. ſi ex plagis.* §. *tabernarius ff. ad leg. Aquil.* & Bald. & Salicet. *in l. 2. Cod. ad leg. Cornel. de ſicar.* & alij allegati per Claud. de Seyſel. *in dict. leg. vt vim. num. 69. digeſt. de juſt. & jur.* Et certe ſi aggreſſor & primus percutiens præſumitur iteraturus percuſſiones, juſta profecto cauſa mouetur percuſſus ad ſe defendendum, & prohibendum quacunque ratione poteſt, ne iterum percutiatur aut vulneretur, qua in re ſi exceſſerit modum aut grauiora vulnera intulerit aggreſſori, parcendum eſt aggreſſo, quam ictus & verbera non dantur ex perpendiculo vel ad menſuram, & ſe defendens in tanta animi commotione non poteſt habere ſtateram in manibus & ponderare ſeu menſurare ictus & vulnera, vt inquit Bald. *in dict. leg. vt vim.* quem refert & ſequitur Cæpoll. *in crim. conſil. 1. num. 12.* & facit text. *in cap. fin. de homicid. in 6.* præſertim quando merus improuiſus inſtantis periculi tollit rectum judicium & deliberandi conſilium (vti hic accidit) nam homo immenſo atque intenſo dolore aut timore motus, non eſt in plenitudine intellectus, prout dixit Bald. *in cap. 1.* §. *1. tit. de pace juram. firmam. in vſib. feud.* & faciunt ad hoc alia multa, quæ in hanc rem ſcribit And. Tiraquel. *in tract. de pœnis temperand. aut remittend. cauſ. 1. num. 6. 7. & ſeq.* & Alciat. late *in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 39.* ex quorum dictis multa huc accommodari poſſent, at quæ breuitatis cauſa remittimus. Tertio, ex ſupra dictis vel illud

X 3 ſaltem

Digitized by Google

ſaltem efficitur, quod hic reus C. aggreſſorem ſuum G. non animo deliberato aut doloſo occiderit. Cum
45 enim æſtimatio † eius, vtrum homicidium ſit factum animo deliberato, judicis arbitrio relinquatur, per ea quę habẽtur apud Petr. de Anchar. *in conſ. 216.* incip. *nu. 5. nos Bartholomæus. col. 2.* certe ex qualitatibus pręſentis facti ęquus judex non arbitrabitur C. ex percuſſionibus aduerſarij aggreſſoris ſic perturbatum callida machinatione, & conſilio deliberato, ad occidendum G. irruiſſe, præſertim cum non gladio aut pugione ſed manubrio bombardæ ſeu ſcloppeti eum percuſſerit, vnde ſic-
46 ut percutiens † baculo non tenetur de vulnere lethali, quia non præſumitur habuiſſe animum occidendi, vt inquit *in proœmio* Bald. *digeſt. colum. 3.* quem refert & ſequitur Pet. Foll. *in pract. crim. ſub rubric. pœnis debitis feriantur. num. 32.* & ſicut capulo enſis percutiens, cum poterat enſe percutere, non punitur ordinaria pœna homicidij, licet mors ſecuta ſit, quia non præſumitur animum occidendi habuiſſe, per tex. *in l. eum qui* & ibi not. omnes Dd. *C. ad l. Cornel. de ſicar.* Ita iſte reus non debebit ordinaria homicidij pœna affici, quandoquidem animum occidendi deliberatum & doloſum non habuiſſe colligi queat ex eo, quod non gladio ſed manubrio bombardæ percuſſerit. Et quamuis proximè
dicta † de percutiente baculo vel ca- 47
pulo enſis, non habeant locum ſi quis aduerſarium in capite percuſſiſſet, iuxta tradita per Foller. *in practic. crim. ſub rubric. pœnis debitis feriantur. n. 32. & 37.* tamen hæc reſtrictio procedit ſolum in aggreſſore, vt patet ex dictis Dd. à Follerio citatorum. Vnde ſecus eſt in aggreſſo, prout hic, nec immerito, aut irrationabiliter, quoniam aggreſſus ab alio, tanta perturbatione occupatus præſumitur, vt in eo qualitas illa, vtrum in capite percuſſerit, an attendatur, ſed habita conſideratione terroris ac trepidationis facile credatur, eum, qui ab alio aggreſſus, inuaſorem ſuũ repercuſſerit inſtrumento ad occidendum hominem non accommodato (ſicut eſt Bombarda, ſi quis ea percutiendo vtatur) non habuiſſe animum occidendi, licet in capite percuſſerit, argumento ſupradictorum, juncto eo quod traditur præſumptionem † eſſe facien- 48
dam in meliorem partem. *c. eſtote. de regul. jur. in antiq.* & non facile eſſe capiendam præſumptionem delicti, *leg. merito digeſt. pro ſocio.* Cui etiam addi poteſt, quod Chirurgi examinati deponunt, percuſſiones iſtas non fuiſſe lethalis, quibus tanquam peritis in arte ſua credendum eſt, in quo tamen non magnum facimus fundamentum, cum alia habeamus

ſolidio-

ſolidiora, quæ hunc reum ab vltimo ſupplicio omnino eximunt. Quarto, quoniam ex ante dictis colligitur, iſtud homicidium citra dolum & propoſitum occidentis fuiſſe cõmiſſum, ſequitur homicidium hoc non poſſe dici voluntarium, quia
49 voluntarium † homicidium Dd. illud eſſe definiunt, quod dolo malo, animo occidendi, committitur, per *leg. 1. in princ. & §. diuus. digeſt. ad leg. Cornel. de ſicar. & l. in lege Cornelia. eod. tit. & cap. 1. §. ſi quis hominem. titul. de pace tenend. in vſib. feudor. & c. ſicut dignum. de homicid.* & habetur per Angel. *in tract. maleficior. ſuper verb. ſcienter & doloſe.* Et conſequenter hic C. reus non poterit ordinaria homicidij pœna affici, nam
50 ad hoc, vt quis † puniri queat ordinaria pœna, neceſſe eſt quod voluntas occidendi directe & per ſe feratur in actum homicidij. *dict. leg. 1. in princ. & §. diuus. & d. l. in leg. Cornelia ad leg. Cornel. de ſicar.* & pulchre declarat Didac. Couarr. *in clem. ſi furioſus. de homicid. in 2. part. relect. in princ. num. 2. verſ. tertio conſiderandum. & verſ. quarto proxime adnotandum & verſ. quinto. & in eadem parte relectionis §. 1. num. 1.* vbi plura ad hoc allegando dicit, quod quando homicidium eſt commiſſum abſque vero animo occidendi, & abſque directa voluntate in ipſum homicidij actum, quod tunc pœna ordinaria huius criminis imponi non poſſit, ea ratione, quia ille defectus voluntatis directæ & deliberatæ in homicidium (qui maxime conſideratur in eo, quem aduerſarius armis aggreſſus eſt) minuit culpam, & ideo etiam pœnam, vt ibi latius per eum, pro quibus faciunt quoque ea, quæ ſcribit Cæpoll. *in crim. conſ. 34. incip. ſi vnquam magnifice domine. num. 3. 4. 24. cum ſeq.* & Marc. Anton. Blanc. *in pract. crim. §. viſis judiciis per reum. num. 33. & 155.* nec ſufficit hoc caſu lata culpa, quoniam in iſta materia latam culpam non æquiparamus dolo. *l. in lege. ff. ad Corn. de ſicar.* & habetur per Cæpoll. *in dict. crimin. conſ. 34. n. 26. & ſeq.* & Alber. Gandin. *in tract. malefic. ſub rubr. de homicid. n. 1.* & Ægid. Boſſ. *in tract. crim. tit. de homic. n. 20.* Quinto poſito (ſed nullo modo conceſſo) quod prædicta omnia in caſu propoſito ceſſarent, tamen quia de hoc ſaltem conſtat, quod prior armis aggreſſus ſit C. ſequitur quod ipſe G. defenſoris partes ſuſtinuerit adeo vt ſi delictum aliquod ei queat imputari, hoc eo tamen reſpiciat, quod exceſſerit moderamen & limites inculpatæ tutelæ qui exceſſus † non ex do- 51
lo, ſed culpa proceſſiſſe præſumitur; & ideo non pœna homicidij ordinaria ſed alia mitiori punitur excedens.

Digitized by Google

cedens, per ea quæ tradit Iaſ. *in l. vt vim. n. 11. ff. de juſt. & jur.* vbi in terminis dicit, quod exceſſus ex culpa proueniſſe præſumitur: & ideo cum pro culpa nemo plectendus ſit capitali ſupplicio, *l. in lege. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* conſequens eſt; quod alia mitior pœna ob exceſſum ſit imponenda, quod late etiam probat Claud. de Seyſell. *in l. vt vim. n. 104. & ſeq. ff. de juſt. & jur.* & Bart. Cæpol. *in crim. conſ. 29. n. 5. & 6.* & plenius *n. 28. & ſeq.* & habetur per Jul. Clar. *in lib. 5. ſent. §. homicidium v. ſcias tamen.* Confirmatur hoc ſexto, quia C. iſte jam ab aggreſſore percuſſus, & in terram proſtratus, magno vtique dolore motus fuit. Quare ſi deliquit excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, non pœna ordinaria ſed mitius puniri debet per tex. *in L. ſi adulterium cum inceſtu* §. *imperatores. digeſt. ad leg. Iul. de adult.* & Angel. *in tract. maleſic. in ver. & dictus Titius ſe defendendo. verſ. aduertas.* & Arct. *in conſil. 145. colum. fin.* & Hippol. de Marſil. *in leg. 1. num. 58. digeſt. ad leg. Cornel. de ſicar.* quos refert & ſequitur Petr. de Foller. *in pract. crimin. ſub rubr. pœnis debitis feriantur. nu. 25.* Et in terminis quaſi noſtris Claud. de Seyſell. *in dict. leg. vt vim. num. 104. ff. de juſt. & jure*, vbi concludendo dicta Dd. in ſecũdo membro ſuæ diſtinctionis ait, quod quã-
52 do † quis exceſſit modum defenſionis, juſto dolore motus ſicut cum is, qui percuſſus fuit, repercutit percuſſorem ſuum, jam fugientem, ita quod non erat timor repercuſſionis, tunc iſtum non puniri de toto, ſed tantum de exceſſu & ſic culpa, quia difficile ſit juſtum temperare dolorem. *leg. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. & L. Gracchus. digeſt. ad leg. Jul. de adulter.* & taliter turbatus non poteſt ſemper habere ſtateram in manibus, vt dicit Bald. *in dict. leg. vt vim.* vbi latius per Claud. de Seyſell. *d. num. 104.* qui plures idem tenentes citat, & faciunt tradita per Cæpoll. *in crimin. conſ. 29. num. 29.* Fortius & ſeptimo dicimus, quod etiamſi videretur C. in dolo fuiſſe, ex quo G. ad terram prolapſum manubrio bombardæ in capite percuſſerit (quod non conceditur) tamen ipſum non eo magis ordinaria homicidij pœna, ſed alia mitiori eſſe afficiendum. Licet enim quidam diſtinxerint, vtrum exceſſus defenſionis proueniat ex dolo, vel ex culpa, vt per Claud. de Seyſell. *in dict. leg. vt vim. num. 104.* & videtur ſentire Cæpoll. *in dict. crimin. conſil. 29. num. 27.* tamen communior † ſententia eſt, 53
quod excedens modum defendendo, puniatur non ordinaria pœna ſed mitiori ſine vlla diſtinctione, vtrum dolo aut culpa exceſſerit, imo etiamſi dolo videretur exceſſiſſe, tamen

men adhuc idem dicendum ſit, prout communem eſſe hãc opinionem atteſtatur Jul. Clar. *in lib. 5. ſent. §. homicidium verſ. ſcias tamen.* & plurimos eam tenentes, citat Petr. Folleri. *in pract. crimin. ſub rubr. pœnis debitis ferian. n. 22.* idem tradit Nicol. Pignolat. *in addition ad Rom. in ſing. 3.* vbi ait, quod communis opinio eſt, (quicquid diſtinguendo ſentiat Dec. *in d. l. vt vim col. 7.*) quod ſiue culpa, ſiue ex propoſito, & ſic dolo, quis excedat moderamen inculpatæ tutelæ (etiamſi per ſtatutum pœna mortis reperiretur impoſita) tunc non debeat quis ordinaria pœna, ſed alia mitiori puniri arbitrio judicis, vti latius ibi per ipſum. Neque eſt hæc ſententia irrationabilis, nam quotieſcunque caſus occurrit quod vnus defẽſoris partes ſuſtinet, (quia alius eum aggreſſus fuerat) tunc quæ ipſe defenſor facit, ſemper aut timore perculſus, aut periculo turbatus aut dolore aliquo motus, facere ſolet, quæ quidem ſunt talia, vt verum dolum, qui dicitur vallida machinatio, excludant, quia taliter turbatus non eſt in plenitudine intellectus vt ſupra diximus. Et poſito quod dolus quidam aliqualiter appareret, tamen ille pro vero dolo haberi vix poteſt, ſed lata potius culpa exiſtimari debet. Cum autem in lata culpa exiſtens nõ habeatur pro doloſo, & pœna ordinaria non puniatur. *L. in lege. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* & fatentur omnes Dd. merito indiſtincte communiori Dd. ſententia receptum eſt, quod excedens modum defenſionis, ſiue culpa, ſiue dolo, (qui dolus verus dici vix poteſt,) non debeat ordinaria pœna, ſed alia mitiori puniri. Pro quibus optime faciunt, quæ ſcribit Marian. Socin. Jun. *conſ. 117. n. 25. vol. 3.* vbi dicit, quod qui incipit aliquem percutere, dicitur eſſe in culpa omnium, quæ ſequuntur, etiam contra ſeipſum, ſecundum Bald. *in L. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. cum ſimilibus.* Quare tanto magis in caſu noſtro dicendum, C. reum non poſſe ordinaria pœna affici, cum ipſe tam grauiter offenſus, & adhuc in ipſo momento grauiſſimo dolore motus, nec dum, quamuis jacente aggreſſore, extra omne periculum conſtitutus. G. percutiens non poſſit dici hoc animo doloſo feciſſe, pręſertim concurrentibus aliis multis, de quibus ſupra dictum eſt. Et ſic non obſtat † quod ſcribit Cæpoll. *in d. conſ. 29. n. 27. in crimin.* vbi diſtinguendo tres caſus, dicit, quod quando quis exceſſit formam defenſionis, tunc etiam de jure ciuili debeat ad mortem condemnari; & ponit exemplum, veluti ſi quis fugientem percuſſiſſet, & occidiſſet; vel ſi in foueam profundam cadentem ſagitta vel lapide vel jaculo percuſſiſſet, vel 54

Y ſi vno

ſi vno pede amputato jacentem occidiſſet, aut vulneraſſet, quia tunc non cauſa defendendi ſe, verum animo vlciſcendi id feciſſe cenſeatur, per *L. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil.* Ex quo videretur dicendum, etiam hunc C. pœna vltimi ſupplicij eſſe afficiendum, quia jacentem G. ita percuſſerit, vt paulo poſt moreretur, &c. Nam ex prædictis reſpondemus, hanc Cæpollæ doctrinam non eſſe veram, quia Dd. communiter tenent, hunc juſto dolore motum, ſic excedentem terminos tutelæ, non ordinaria mortis pœna eſſe afficiendum, ſed alia mitiori. Et in ſpecie de occidente percuſſorem ſuum, jam fugiētem contra Cæpollam eſt pariter communis opinio Dd. vti videre licet *in locis præallegatis.* Ex quibus etiam confunduntur alia exempla, per Cæpollam adducta, quæ etiam ſi vera eſſent (quemadmodum non ſunt, cum ignoſcendum ſit juſto dolori) tamen velut diſſimilima caſui noſtro nihil obſtarent, nam qui in foueam profundam occidit, vel cui jam pes vnus eſt amputatus, ille quidem aduerſarium veriſimiliter nec inſecuturus eſt amplius, nec offenſurus, & ideo hæc diſtincte cernens & cum judicio cognoſcens, & nihilominus jacentem percutiens, poteſt videri aliquo modo hoc gratia vlciſcendi & non defendendi feciſſe. Quo tamen caſu adhuc non conceſſerimus, ipſum fuiſſe in vero dolo propter ſupradicta, nec crediderimus etiam talem eſſe puniendum vltimo ſupplicio, quia licet vlciſcendi gratia feciſſe videatur, tamen non ideo ſtatim ſequitur, ipſum pœna mortis eſſe afficiendum, nec probatur hoc ex *d. §. qui cum aliter.* per Cæpollam allegato, ſed contrarium potius eſt verum, ſcil. ignoſcendum eſſe etiam ei, qui juſto dolore percitus iniuriā vlciſcitur *per d. l. ſi adulterium cum inceſtu §. Impp. ff. ad leg. Iul. de adulter.* Sed longe diuerſa eſt ratio in caſu propoſito, vbi G. non vno pede amputato, neque ex percuſſione aliqua aduerſarij, ſed ex leui impulſione vxoris C. repellentis eum, ne marito jacenti noceret, ſeu viæ lubricitate, ſeu in aceruum niuis impingens in terram prolapſus eſt, & non in foueam profundam (ſicut loquitur Cæpolla) ſed ita vt ſtatim illæſus reſurgere & quem prius & aggreſſus fuerat, & ad terram cædendo proſtrauerat, rurſus percutere poſſet, adeo quod ex hoc caſu non potuerit dici, C. jam omnino extra omne periculum iterandę percuſſionis fuiſſe conſtitutum quandoquidem abſcedentem vel fugientem ipſum (quod tamen facere non tenebatur) aggreſſor reſurgens inſequi & ſi non ipſum, ſaltem vxorem eius, ad aufugiendum non ſic expeditam, corpo-

corporali injuria afficere, aut lædere potuerit, quemadmodum in ſimilibus fere terminis ſcribit idem Cæpolla *in d.c.conſil.29.num.17.* vbi inter cætera dicit, quod ad excuſandum aliquem ſufficiat, ſi ipſe probabiliter defenſionem eſſe neceſſariam exiſtimauerit, allegat Innocent. *in c. ſi vero loc.1. de ſentent. excommun. cum ſimilibus*. Quibus accedit etiam, quod non tantum hic interceſſerat interuallum inter caſum vnius atque alterius, vt exiſtimari poſſet, quod C. non magno dolore motus, ſed ex propoſito potius, & deliberate, in G. jacentem irruerit. Itaque ex diuerſo caſu Cępollæ ad caſum noſtrum non fit bona illatio. *per L. Papinianus exuli. ff. de minoribus*. Ex quibus omnibus jam illud efficitur, cum pœna ordinaria C. puniri nequeat, propter rationes, jura, & authoritates prællegatas, ideo ſolum pœnæ arbitrariæ eſſe locum. Inprimis autem judicis
55 † arbitrio æſtimandum relinquitur, vtrum exceſſus defenſionis ſit magnus vel modicus per ea, quæ tradunt Hoſtienſ. & alij. *in ca. cum illorum de ſent. excommun.* vbi Felin. *num.13.* idemque voluit Andr. Tiraquel. *in L. vnquam in verb. omnia vel partem, num.31. Menoch. de arbitr. judic. cauſ. & quæſt. cent.3. caſ. 277. num.5.* & conſequenter etiam pœna excedentis modum defenſionis, judicis arbitrio, juxta qualitatem exceſſus, terminanda permitti debet, quemadmodum in terminis voluit Bald. *in d. l. vt vim. colum. fin. verſic. cognoſcuntur autem.* & ibi late Decius *num.18.* qui multos idem tenentes allegat. *ff. de juſtit. & jur.* & Rom. *in ſingular.3.* incip. *an ſi quis.* & Marſil. *in ſingular. 100.* & Marian. Socin. Jun. *in conſ.135. num.12. volum.3.* vbi ſimiliter alios plures idem tenentes citat, quorum aliqui & alij nonnulli allegantur etiam per Jac. Menoch. *in dict. libr. 2. de arbitr. judic. cauſ. & quæſt. cent.3. caſ. 278.* Solent tamen judices † propter eiuſmodi 56
defenſionis exceſſum ſtatuere pœnam vel temporalis exilij, ſed ita, vt tempus quinquennij non excedat, vel pœnam pecuniariam pro modo facultatum ipſius delinquentis in exceſſu, vt per Cæpoll. *in criminalib. conſil.29. circa fin. & in conſil. 30. ad fin.* Nos igitur arbitraturi qua pœna eſſet afficiendus C. qui defenſionis limites in eo exceſſiſſe videtur, quod jacentem tam grauiter & in capite, nec ſemel ſed ſæpius percuſſit, inprimis conſiderauimus exilii pœnam in hunc reum commode ſtatui non poſſe, tum quod judices, ſuper cauſa iſta pronunciaturi, non videantur habere facultatem ipſum relegandi, & mittendi in exilium extra locum commiſſi delicti, quandoquidem ille

locus ſcilicet vrbs W. non ſit de eorum territorio, *argum. l. fin. ff. de jurisdict. omni. judic.* tum etiam quod propterea, quod ſi judices ipſum reum vellent relegare ſeu exulare jubere extra ſuam ditionem, id quodammodo abſurdum videre poſſit, cum per eiuſmodi ſententiam non priuaretur loco, in quo deliquit excedendo limites tutelæ, priuaretur vero illo, in quo non deliquit. Circa quæ non mediocris etiam reſpectus habēdus fuit ad parem offenſam per exceſſum C. cui nihil prodeſſet, ad paucos annos exulem videre dictum C. ſed proderit magis ſi pro ſolatio viri (quamuis propria ipſius culpa) amiſſi, pro ſua & numeroſæ prolis ſuſtentatione aliquid pecuniarij emolumenti capiet. Itaque exiſtimamus, debere ipſi C. arrogari pœnam pecuniariam, quam conſtituimus quartæ partis bonorum ſuorū (habendo reſpectum ad qualitatem exceſſus) quia certam pecuniæ quantitatem taxare non poſſumus, quod neſciamus, quæ ſint eius facultates, cui, ſi diues eſt, forte 300. floreni parum viderentur: ſi vero pauperior, forte 100. aureorum pœna æquo grauior exiſtimari poſſet, argum. eorum quæ de cauſa magna & modica tradunt Dd. *in L. admonendi. ff. de iuretur. & in L. bona fidei.* vbi Salicet. *C. de reb. credit. cum ſimul.* Neq; vero maiorem, ſed quartam ſolum partem bonorum, volumus amittere C. eandemq; adiudicari parti aduerſæ, quod hæc nobis ex multis cauſis ſufficere videatur, præſertim etiam eo accedente, quod dictus C. multis menſibus in reatu, & quidem captiuus in carcere ſtetit, † quę alioquin per ſe ſolet eſſe juſta cauſa pœnæ mitigandæ, iuxta text. *in L. ſi diutino. ff. de pœn.* intelligēdo illum textum iuxta veram rationē latini ſermonis, vt per Budæum ibi, & Joan. Coraſ. *in Miſcellaneis.* & facit optime text, *in l. omnes C. de pœn.* & habetur per Andr. Tiraq. *in tract. de pœn. temper. cauſ. 41.* Et ita per hæc concluditur, ſententiam noſtram optimis juribus ac rationibus inniti, & contrarium opinantes nulla habere fundamenta ſuæ hæſitationis, nam quæ illis rem dubiam facere potuerunt, quæque ſupra in principio huius conſultationis pro parte aduerſa deducta fuerunt, illa aut jam ſunt ſublata per præcedentia, aut per ſe ipſa, tanquam non probata & falſa præſuppoſita, corruunt, ſicut quilibet vel mediocris judicij animaduertere poteſt, & ad eximendum omnem ſcrupulum pauciſſimis jam ſtatim demonſtrabitur. Ad primum enim, quod contra ſententiam noſtram ſupra adductum fuit, reſpondemus, nos non negare, quin illa omnia ſint veriſſima in ſuis terminis, cæterum in hoc caſu illa locum non

Digitized by Google

non habere contendimus, propterea quod G.W. primus armis aggreſſus ſit C. eundemque in capite percuſſerit, ita vt ſe defendere cogeretur, in quo etiamſi modum exceſſiſſet, tamen non capitis aut gladij ordinaria pœna ſed alia mitiori debet affici, per ea quæ late ſupra deducta ſunt. Nunc obſtat etiam, quod ſecũdo dicebatur, præſumptionem doli
57 † & offendendi, eſſe contra delinquentem: quia reſpondetur, id non eſſe verum, quando contrarium eſt probatum, vt hic, vbi præſumptiue ſaltem docuit C. ſe defendendi ſui gratia, percuſſiſſe aduerſarium, & quidem tam probabiliter, vt non ſolum à pœna homicidij ordinaria, ſed fere ab omni etiam extraordinaria, & arbitraria pœna, abſoluendus eſſe videri queat, prout colligitur ex his, quæ ſupra copioſe deduximus. Ad tertium reſpondetur, quod V. accuſatricis articulus non ſit probatus, quia teſtes hoc ſolum deponunt; H. dixiſſe, ſe W. non condonaturum, quod non rogatus teſtimonium contra ſe dixerit, &c. Sed quod de occidendo, aut traiiciendo ipſum bombarda minatus ſit, hoc non probatur. Quemadmodum nec illud probatum eſt, quod alia verba minatoria protulerit, prɇterea quæ modo retulimus, quæ dubia ſunt, & interpretationem recipiunt in meliorem partem, quam exclusionem delicti omnino capere debemus, iuxta *L. merito. ff. pro ſocio. & c. eſtote. de reg. iur. in antiq.* Quin imo poſito, quod verba illa, *de quib. teſtes deponunt*, ſint reputanda minatoria, eo ſenſu, quaſi C. habuerit tum animum lædendi G. (quod citra præiudicium veritatis dictũ volumus) tamen illa verba non tendebant ad prouocandam rixam præſentem, ideoque ad eam trahi non poſſunt. Et rurſum poſito, quod illorum verborum aliqua ſaltem debeat exiſtere operatio, tunc dicimus, quod ſi verſaremur † in dubio, 58
vter ex pugnantibus fuiſſet author rixæ, eo caſu propter huiuſmodi verba minatoria præſumi poteſt, illum fuiſſe authorem, qui prius taliter alteri minatus erat: ſed hic ſumus extra illud dubium, quia conſtat, quod G. prior armis inuaſerit C. Ergo nõ eſt locus aliis coniecturis, per *l. continuus §. cum ita. ff. de V. O.* & ita in terminis reſpondit Barth. Cæpoll. *in dict. crim. conſ. 29. n. 12.* vbi probatum fuerat, aliquem F. nomine, A. aduerſario ſuo dixiſſe, vade modo in pace, quia non tranſibunt tres horæ, donec tibi ſatisfecero, ſiue vltus fuero, & paulo poſt hic A. rediens, eum qui minatus eſt, armis aggreſſus erat, ita quod F. prædictus ſe defendere cogeretur, & defendendo multis vulneribus affectum A. aduerſarium, in poſtrema rixa aggreſ-

Digitized by Google

aggreſſorem ſuum occideret. In qua facti ſpecie reſpondit Cæpolla, vt ſupra iſtas videlic. minas præcedentes hoc caſu nihil operari, vbi conſtabat, A. huius poſtremæ rixæ authorem & aggreſſorem fuiſſe. Pro quibus etiam in terminis faciunt tradita per Claud. de Seyſell. *in L. vt vim. n. 97. ff. de juſtit. & jur.* vbi tractat illam quæſtionem, vtrum liceat minantem ſibi occidere aut offendere? Et inter alia hoc firmiter tenēdum oſtendit, & probat, quod ſcil.
59 nullo caſu † liceat minantem ex interuallo offendere. Ergo qui offendit ex interuallo, vt hic, ille non obſtantibus minis præcedentibus, habebitur pro aggreſſore & conſequēter quicquid ſecutum eſt, id illi met etiam contra ſeipſum imputabitur, per ſupradicta & maxime hic. vbi G. antea quoque, & alia vice primus C. ad pugnam prouocauit. Ad quartum ſimpliciter negando reſpondemus, quia non eſt probatum, ſed contrarium potius docent literę vrbis A. quæ apud acta videri poſſunt, Imo etſi verum eſſet, quod C. antea ſemel vnum occidiſſet, tamen ſi qua ex hoc præſumptio (quæ certe vehemens eſſe non poteſt) contra ipſum oriretur, illa per facti euidentiam in caſu noſtro tolleretur, vbi probatum eſt, quod G. armis aggreſſus ſit C. & ita C. defendendi cauſa G. percuſſiſſe præſumitur, ſicque vna præſumptio tollit aliam, *l. diuus. digeſt. de reſtitut. in integr. C. accedens* & ibi gloſſ. *de fide inſtrum. cum ſimilib.* adductis per Hippol. de Marſil. *in practic. crimin. §. diligenter n. 193.* Et poſſet quoque reſponderi aliis modis, ſed cū nec de priori homicidio, nec de qualitatibus eius quicquam probatum ſit, non eſt opus, vt circa hoc latius inſiſtam. Non obſtat quintum argumentum, quia reſpondetur, hic non eſſe ſufficienter probatum, quod C. prior G. ad pugnam vocarit, verbis contumelioſis, & multo minus, quod eum bombarda traiicere conatus ſit. Licet n. ſecundus teſtis accuſatricis P. R. junior, puer 16. annorum aſſerat, quod audierit hęc & viderit fumum, vt in ſua diſpoſitione ad 2. & 4. articulos accuſatricis: tamen aſſertio eius non eſt concludens circa exonerationem bombardæ, quia dubitative inquit, ſe crepitum audiuiſſe & fumum, non vero ignem vidiſſe, &c. Cum autem crepitus iſte & fumus, aliunde quam ex bombardæ exoneratione cauſatus eſſe potuerit, (vti ſolet fieri hyberno tempore ſub crepuſculum, præſertim iuxta ripas diei, quibus ſub id tempus nebula quaſi fumus ex terra aſcendere videtur) ideo non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. *L. neque natales* cum ibi notatis. *Codic. de probat.* præſertim quia nemo alius

idem

idem vidit aut audiuit. Nec dicit etiam puer ille, quod ex olfactu ſenſerit, hunc fumum ex incenſo puluere tormentario prouenisſe, quod tamen omnino ipſum dicere ac pro cauſa concludenti ſuæ depoſitionis aſſignare oportuiſſet: quandoquidem putidus & fœtens ille odor tam ſit proprius incenſo pulueri tormẽtario vt ex olfactu latioribus etiam ſpatiis percipiatur, quam fumus viſu. Itaque ſi odorem non percepit, multo magis in viſu falli potuit hic puer, quo ad hoc ſcilicet, quod fumum aſcẽdentem ex incenſo puluere tormentario, viderit, præcipue cum idem teſtis fateatur ſe nullum vidiſſe ignem. Quod quidem ex aliis etiam pluribus poſſet refelli, ſed tam curioſa refutatione in propoſito noſtro opus non eſt, cum hic Paulus nullum alium habeat conteſtem,
60 & ſic ipſi, tanquam † vnico, & ſingulari, nulla habeatur fides, iuxta text. *in ca. licet. & in ca. veniens & in c. iuriſiuran. de teſtib.* Vnde dici ſolet, quod teſtimonium vnius neque juſtificat, neque condemnat. *c. admonere. 33. q. 2.* quod procedit, etiamſi teſtis eſſet ſenator. *c. in nomine Domini de teſtib.* & etiamſi ſit Cardinalis, vt per Felin. *in c. quod ſuperis. col. 4. de fide inſtrum.* de quo & ſimilibus late habetur apud Anton Gabriel. *in lib. 1. commun. concluſ. tit. de teſtib. concluſ. 1. & 2.* & maxime hoc ita dicendum eſt in caſu, vbi tractatur de cauſa criminali, in qua ex parte accuſationis requiruntur probationes luce meridiana clariores. *l. fi.* & ibi Dd. *C. de probat. cum ſimilib.* de quibus per Petr. Foller. *in pract. crimin. ſub rubric. dentur capitula, quod ſuffocauit vxorem num. 21.* Quin imo poſito ex abundanti, ſed non conceſſo, quod ſufficienter probatum eſſet, C. fuiſſe primum, qui G. ad rixam ſeu pugnam prouocaſſet verbis iniurioſis, & contumelioſis ipſum appellando, tamen non ideo licebat G. aduerſus conuiciantem verbis, venire ad verbera prout tradit Ægid. Boſſ. *in tract. crimin. titul. homicid. num. 86. & 90.* & faciunt notata per Claud. de Seyſſello *in d. l. vt vim. num. 100. ff. de iuſtit. & iur.* & optime facit text. *in l. ſi ex plagis §. 1. digeſt. ad leg. Aquil.* Quare ipſe etiam G. adhuc quoad hanc pugnam pro aggreſſore habendus eſt, quemadmodum & ex alio capite hoc ita dicẽdum ſuadetur, nam poſito quod G. & C. prius rixati eſſent, & ipſe C. eius rixæ author fuiſſet, tamen apparet ex teſtium dictis, quod ab illa rixa jam ceſſatum erat, & partes ad alios actus à rixa alienos & extraneos, diſceſſerant, nam C. ad portam ciuitatis pergebat, & in itinere quietus erat, ita vt fœmina debitum 16. nummorum ab ipſo exigeret: G. vero domum ſuam petierat, & poſt-

Digitized by Google

& poſthæc demum de oſtio domus prorumpens, cum venabulo C. inſecutus, ipſum percutere cœpit. Itaque adhuc quoad poſtremam hanc pugnam dictus G. pro aggreſſore haberi debet, *arg. l. continuus. in pr. ff. de V. O.* Et facit in terminis textus *Ordinationis Imperij ſuper pœnalibus judiciis artic. 142.* Vbi probatur,
61 quod is † non dicitur defenſor ſed potius aggreſſor, qui primo aggreſſore ſuo diſcedente, eum ſponte ſecutus eſt & vulnerauit. Non obſtat ſextum, quia reſpondetur, quod defenſio ex parte C. non nudis tantum verbis allegata, ſed etiam quantum ſufficit, probata fuerit, quemadmodum latiſſime paulo ante à nobis demonſtratum eſt. Ad VII. argumentum jam antea eſt reſponſum, quare breuitati ſtudentes, hic latius non inſiſtimus. Hoc tamen addendum putamus, quod cum ex parte C. probatum ſit, G. fuiſſe primum, qui armis aggreſſus ſit, dictum, C. ideo accuſatores probare debuiſſe, quod C. commode & abſque periculo corporis & honoris (neque enim tenebatur fugere, vti late per Claud. de Seyſell. *in dict. leg. vt vim num. 9. digeſt. de iuſtit. & iur.*) recedere potuiſſet, per textum ordinationis imperij ſuper pœnalibus judiciis *d. artic. 142.* Cum vero hoc probatum non appareat, ſequitur hanc allegationem parti accuſanti nihil prodeſſe. Imo etiamſi id probatum eſſet, luce meridiana clarius, tamen adhuc propter juſtum dolorem C. ignoſcendum foret, per ea, quę ſupra diximus. Non obſtat, quod vltimo dicebatur, hic conſtare de veritate facti. quod ſcilicet C. G. occiderit. Ergo, &c. Quoniam reſpondetur, de facto homicidij quidem conſtare, ſed viciſſim tamen & hoc probatum eſſe, quod G. primus aggreſſor fuerit, itaque C. qui defenſoris partes ſuſtinuit, vltimi ſupplicij pœna nullo modo affici poſſe, ſed eam tantum pœnam in illum ſtatuẽdam eſſe, quam huic facto conuenire juris rationibus & autoritatibus ſupra docuimus. Quapropter, ſublatis ad hunc modum contrariis, firma remanet concluſio & ſententia noſtra, quam etiam eo libentius amplecti debemus, quod negari non poſſit, ex ſuperius deductis, cauſam rei ſi non clariſſimam, tamen (quod rurſus ex abundanti dictum, ſed non conceſſum volumus) ſaltem probabilem valde effici, itaque in dubio mitior ſententia eligenda eſt, *leg. abſentem digeſt. de pœnis.* & proniores ad abſoluendum quam ad condemnãdum judices eſſe decet, ſicut multis probat Mar. Socin. Iun. *in conſil. 135. n. 6. & ſeq. vol. 3.* Petr. Foller. *practic. crim. ſub rubric. & ſi confitebuntur. n. 14.* & Hippol. de Marſil. *in practic. crim. §. occurrunt. n. 5. & 2. ſeqq.*

& ita

& ita concludendum & pronũciandum videtur, ſaluo A.R.S.I.

62 Forma † citationis peremptoriæ contra reum in cauſa homicidij: Ich N. von N. zu N. füge dir meinem Vnterthanen im G. (der du ohnlängſt auſſer meinen Oberkeitlichen Banden vnd Gefängnuß zu N darein du hernach gemeldter hochſträfflich begangenen Mißhandlung halben kommen/ freventlich vnd bößlich gebrochen vnd vnrechtmäſſiglichen dich gen N. flüchtigen verfüget / auch zu vermeynten deinem Behelff vnnd Schirm daſelbſt in die Röm. Kayſerliche Freyheit begeben haſt vnnd noch allda auß Verwundung deines Gewiſſens auffenthalten thuſt) alles Ernſts zu wiſſen: Demnach du vor vngefährlich vier oder fünff Wochen / auch meinen Vnterthanẽ N. N. deinen Nachbawern vnd Mitbürgern in berürtem G. mit dem du damaln in etwas Gezänck gerahtẽ/hindan geſetzt der Chriſtlichen Lieb / vnd vergeßlich deß Fünfften Gebotts / der zehen Gebotten GOTTES/ vnterwegen auff Kayſerlicher freyen Landſtraſſen (die doch von männiglich tödtlichen Anfalls halben ſauber vnd rein zu halten ſeyn ſollen) gantz erbärmlich entleibt / vnnd vmbgebracht haſt / vnd dann mir / als ordentlicher Obrigkeit von rechtswegen gebührt vnd zuſtehet / ſolche deine/ vnter meinem Gerichtszwang/begangene freventliche Mißhandlung vnd gefährliche Entleibung nicht vngerechtfertiget hingehen zu laſſen / ſondern dein Verantwortung wegen dieſes vollnbrachtẽ Todtſchlags in Recht anzuhören/du auch dieſelbige zu Recht genug darzuthun ſchuldig biſt / So verkünde ich dir/ citire vnd heiſche dich von Obrigkeit / Gericht vnd Rechtswegen/in krafft dieſer offenen Ladung/ daß du auff N. Tag / den N. Tag ſchierſtkunfftigen Monats N. den ich dir für den erſten/ andern/ vnd dritten/ oder endtlichen Gerichtstag peremptorie ernenne / zu früher Tags- oder Gerichtszeit vor dem verordneten Stabführer / vnd den 24. vnpartheyiſchen Malefitz oder Blutsrichtern zu N. obbemeldt / in ſelbſt eigener Perſon erſcheineſt / vnd das jenig / was nach Außweiſſung der Malefitz Recht in peinlicher Klag wider dich von Oberkeit wegen/ fürgebracht wird/ anhöreſt/ auch dein Antwort darüber in Recht gebeſt/ vnd ſonſten was ſich deinet halben in vnd für dem angeſtelten peinlichen Halßgericht deſſelben Ordnung / den Kayſerlichen Malefitzrechten vnd dem Landsgebrauch gemäß zu thun gebühren wird/ verhandleſt/ vnd dich hierinn nicht vngehorſam erzeigeſt. Dann ſolteſtu auff ſolch: ordentliche vnd rechtmäſſige offne Ladung nicht erſcheinen/ ſo wird nichts deſto weniger / vermög der Keyſerlichen Malefitzrecht wider dich / als einen vngehorſamen procedirt vnd fortgefahren werden / dar-

Digitized by Google

nach du dich zu richten haſt. Geben N. vnter meinem fürgetruckten Inſigel/ꝛc.

Præcedens citatio in cauſa homicidij prius quam ederetur, quæſtio ſequens juris interea mota fuit, ita incipiens: Breuiter reſpondendo ad quæſtionem de Matthæo S. propoſitam concludendum cenſeo, dictum M. propter vulnus, L. G. illatum, ex quo idem L. intra 22. horas mortuus eſt, pro homicida haben-
63 dum eſſe † ex definitione homicidij, quod dicitur humani corporis peremptio ſecundum D. Auguſtin. *lib. 19. contra Fauſtum. c. 23.* & tex. *in c. homicidium. de pœniten. diſt. 1.* &
64 quamuis inter homicidia † diſtingui ſoleat, vtrum homicidium ſit voluntarium vel inuoluntarium, aut caſuale, eo ſenſu vt voluntarium cõſtituat delictum; inuoluntarium vero à delicto excuſet. *c. cum voluntate extr. de ſentent. excommun. & l. qui iniuriæ ff. de furt. & l. verum. eod. tit. & l. quod Reipub. ff. de iniuriis.* tamen in hoc caſu voluntarium homicidiũ fuiſſe apparet ex eo, quod nihil probatum reperitur, ex quo colligi queat, homicidium iſtud caſu aut abſq; voluntate M. fuiſſe commiſſum, id quod omnino fieri debuiſſet, ſi dictus M. pœnæ ordinariæ remiſſionem vel mitigationem impetrare
65 voluiſſet: neque enim † ſimpliciter ſufficit aſſerere, quod non habuerit quis animum occidendi, ſed oportet hoc probare, *argum. text. in cap. 1. extr. de præſumpt.* & eſt bonus text. *in leg. 1. Codic. ad leg. Cornel. de ſicar.* & tradit Albert. Gandin. *in tract. maleficior. ſub rubric. de homicidio ad fin. numero 28.* & M. Anton. Blanc. *in pract. crimin. §. viſis indiciis per reum num. 56. & numero 130. & in §. tertia pars defenſionis. numero 43. verſ. aduerte quod exiſtimo.* alias ſemper præſumitur, quod delinquens habuerit animum nocendi & offendendi per ea quæ notat gl. 1. *in leg. ſi non conuitij.* & ibi Dd. *C. de iniur.* & Florian. de S. Petro *in leg. 1. §. cum arietes. digeſt. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dic.* & Cæpolla *in crimin. conſil. 29. num. 4.* In huiuſmodi enim actibus ſuapte † na- 66
tura malis (quamuis interdum ex cauſa licere poſſint) tam diuini quã humani juris ratio dictat, quod in dubio delictum & prauum delinquentis animum præſumamus, donec aliter de veritate conſtet. *dict. cap. 1. extr. de præſumpt. & d. l. 1. Cod. ad leg. Cornel. de ſicar.* & notat Couar. *in clem. ſi furioſus. part. 2. relect. in princ. numero 3. verſ. ſunt & quidam. de homicid.* Maxime vero in caſu noſtro id ita dicendum eſt, vbi M. vno genere gladij, quo venatores vti conſueuerunt, vulgo mit einem Weydner L. percuſſit, quapropter indubitate animo occidendi id admiſiſſe videtur, vti formaliter dicit

textus

Digitized by Google

textus *in l.1.§.diuus.ff.ad leg. Cornel.*
67 *de ſicar.* Et tanto magis † quia percuſſit in capite, in quo ſecundum Hippocratis ſententiam omnia vulnera, etiam parua, poſſunt eſſe lethalia, atque ideo percuſſor animum occidendi habuiſſe præſumeretur, etiamſi aliquo inſtrumento communiter ad occidendum non apto, hominem in capite percuſſiſſet, vt inde mors ſequeretur, per ea quæ late tradit Ægid. *in tit. de homicidio num.37.& 2.ſeqq.* Quibus accedit, quod ipſe M. primus auctor rixæ verbalis fuit, vti conſtat ex teſtimoniis & L. diſcedentem inſecutus & inermem de facto aggreſſus eſt, percutiendo ipſum in capite, propter quod vehementior aduerſus ipſum inſurgit præſumptio delicti. nam &
68 alias † in caſu, quo dubitatur, quiſnam commiſerit maleficium, id imputari ſolet aggreſſori & prouocanti, ſicut pluribus demonſtrat Cæpol. *in crimin.conſ.28.num.2.conſ.29.n.7. conſ.41.n.3.& conſ.43.n.6.* Itaq; fortius conſtet, quis fecerit, id ei imputabitur ad delictum, ſicut in terminis tradit Florian. de S.Petr. *in l.ſciẽtiam §.qui cum aliter ff.ad leg.Aquil.* vbi dicit eũ qui alium aggreſſus eſt, præſumi in dolo fuiſſe, & rationem reddens ait, quia ſi dolum non præſumeremus, oporteret præſumi, quod aggreſſor fuerit furioſus vel fatuus, quod non præſumitur, ſed probandum eſt, *l. codicillos.C.de codicill.* & habetur per Cępoll. *in d.crimin.conſ.28.n.5.& 6.conſ.29.nu.7.& conſ.43.n.6.* Quę cum ita ſint, procul dubio M. iſte pro voluntario homicida haberi & iudicari debet, cum homicidium voluntarium dicatur, quod dolo malo, animo occidendi cõmittitur. *l.1.in princip.& 8. diuus. ff.ad leg.Cornel.de ſicar.* Hic vero dolum & animum occidendi adfuiſſe præſumatur, ex quo non repetitur probatum contrarium, *per ſupradicta.* Nec releuare poteſt M. ſi forte allegetur, quod ipſe non habuerit intentionem occidendi ſed tantum vulnerandi 2. Itaque mors præter eius intentionem ſecuta, non videatur ſibi eſſe imputanda, cum nõ aliter puniatur homicidium ſaltem pœna ordinaria, niſi adfuerit animus occidendi. *d.l.1.§.diuus ff.ad leg. Corn.de ſicar.* & tradit Cępol. *in crim. conſ.34.n.24.* & animum quidem doloſum fuiſſe oportet, nec lata † cul- 69
pa in hoc æquiparatur dolo. *l. in leg. Corn.ff.ad leg.Corn. de ſicar.* & tradit Cæpoll. *in crim.conſ.34.n.26. & 27.* & Albert. Gandin *in tract. malefic. tit. de homicid. n.1.* & Ægid. Boſſ. *in tit. de homicid. num. 20.* Quoniam ad hæc & ſimilia alia reſpondetur, quod voluntarium homicidium dicitur non ſolum tunc, cum occidens ſimpliciter & explicite tendit ad occidendum, omnino vult occi-

dere, ſed etiam erit † voluntarium,
70 quotieſcunq; voluntas ipſius † tendit in eum actum, ex quo de per ſe ac immediate mors ſequi poteſt, cum enim voluntas peccantis & agentis malum, feratur in idipſum malum, fertur vtique etiam in omne illud, quod ex eo immediate ſequitur: atque ita qui vulnerandi animo percuſſit, vtique & animum occidendi habuit, eo quod ſciuit ex vulnere, quod per iniuriam inferebat, immediate mortem ſequi poſſe; nec ignorabat, vulnera non ſemper infligi ex perpendiculo, aut ad deſtinatā à percutiente menſuram incidere, quemadmodum ſenſit D. Thomas *in prima ſecunda, quaeſt. 20. art. 5.* & facit text. *in c. fin. de homicid. in 6. & in l. quoniā multa. C. ad l. Iul. de vi publ. & in l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. ruin. & naufrag.* & tradit Couar. *in d. clem. ſi furioſus. par. 2. relection. in princ. verſ. hoc vero in loco de homicid.* Quod adeo verum eſt, vt proce-
71 dat † etiamſi vulnerans alium, ab initio expreſſæ poteſtatis ſit quod animum occidēdi non habeat; adhuc enim debet puniri tanquam homicida doloſus & voluntarius, per ea quæ late tradit Cæpoll. *in d. conſ. 34. n. 55.* Quapropter ex his cōcluditur, M. iſtum tanquam homicidam voluntarium & doloſum eſſe puniendum pœna homicidij ordinaria, quę eſt pœna mortis. nam dicit lex *homicida*, quod alij fecerit, ſemper expectet *l. nemo C. de epiſc. audient.* & tradit Ægid. Boſſ. *in tit. de homicid. n. 4.*
Tametſi n. pœna legis † Cornelię de 72
ſicariis olim alia fuiſſe videtur, quēadmodum colligitur ex *l. 3. in fin. ff. ad l. Corn. de ſicar.* hodie tamen pro homicidio voluntario imponitur pœna vltimi ſupplicij, vt tradit Albert. Gandin. *in tract. maleficior. tit. de homicid. n. 4.* & in Germania pœna gladij ſolēt affici homicidæ, quod & in pœnalibus Ordinationib. Imperij conſtitutum eſt *artic. 137.* Vnicum adhuc eſt, quod mouet dubitationem circa pœnā, quia dictus M. allegat, ſe tempore percuſſionis fuiſſe ebrium, & hoc dicere quoq; videntur aliqui ex teſtib. examinatis; ideo que videtur, quod dictus M. aliquatenus excuſetur à dolo, ſed non à culpa, & propterea non pœna ordinaria homicidij ſed alia extraordinaria & mitiori citra mortem ſit puniendus. *arg. text. in cap. ſine cum cap. ſeq. cauſ. 15. q. 1.* & tradit gl. *in ca. inebriauerunt. d. cauſ. & quaeſt.* tradit Bart. *in l. reſpiciendum. §. delinquunt & in l. aut facta. in princ. ff. de pœnis.* idemque voluerunt alij plures, quos citat Tiraq. *in tra. de pœn. temp. cauſ. 6.* & Lud. Carrer. *in pract. crim. tit. de homi. §. tertio excuſat. fol. 165.* & infinitos allegat Ferd. Vaſqueſ. *lib. 3. illuſtr. quaeſt. c. 96. col. antepen.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, quod

Digitized by Google

quod teſtatur etiam Petr. à Placa *in epitome delictorum. c. 30. n. 1. & 2.* Sed hanc rei allegationem ambiguam reddunt plerique ſimpliciter exiſtimantes, delictum in ebrietate commiſſum, eſſe puniendum, ordinaria ſcil. pœna: De illa enim Dd. loqui, cenſendum eſt, quoties pœnæ nomen nõ exprimunt, & delictum excuſationem non habere dicunt, ſicut in noſtro propoſito, vbi aiunt, ebrietatem non excuſare à delicto, quemadmodum videre apud ipſos licet, in locis citatis à Tiraq. Carrer. Vaſquio & Placa, quos paulo ante allegaui. Quorum ſententiæ ſuffra-
73 gatur † vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, quem refert Ariſt. *lib. 2. Politic. c. 10. & 15.* erat Pittacus Mittilenæus, qui adeo non admiſit vulgi excuſationem, prætextu ebrietatis crimina extenuare cupientis, vt inſuper quoque lege ſtatueret, duplo plectendum eſſe ſcelus, quod quis per temulentiam commiſiſſet, qua lege multiplicem illa reſpublica fructum eſt conſecuta, quod primo ſtuderent homines ſobrietati, ne forte per ebrietatem peccantes grauius plecterentur. Deinde ex ipſa ſobrietate, multa alia commoda in rempublicam & eius ſubditos, ſunt profecta. Et deniq; factum eſt, vt inſula vino abundare inciperet, cuius antea propter helluones magna fuerat penuria. Quia vero hęc ſententia (non paucis certe in locis neceſſaria) nullibi, quod ſciam, recepta eſt, ideo ſuper ea non aliud pono fundamentũ, niſi vt illam valere velim ad corroborationem diſtinctionis & declarationis jam ſtatim ſubijciendæ. Inter opiniones itaq; ſupradictas hæc ponitur diſtinctio & declaratio, ꝙ
ſemper † ſit inſpicienda qualitas e- 74
brietatis, vt in terminis teſtamenti, conditi ab ebrio, tradit Bald. *in c. 1. in fi. extr. de teſtib.* & in terminis matrimonij per ebrietatem contracti, docet Henric. Boich *in c. dilectus, extr. de ſponſalib.* ac in ipſis terminis delicti voluit Bald. *in L. data opera. col. 2. verſ. nunc de tertio. C. qui accuſar. non poſſunt*, quos ſecutus eſt Bart. Socin. *in conſ. 47.* incip. *facti narratione. num. 9. volum. 3.* qui omnes ſic dicunt, quod aut eſt quis ita ebrius, vt nullo modo habeat vſum rationis, ac omnino neſciat, quid agat, & tunc de tali idem dicendum ſit, quod de furioſo, quod ſcilicet non poſſit contrahere, & quod reſpectu delicti, in tali ebrietate commiſſi, excuſetur à pœna ordinaria. Atque in his terminis procedat opinio communis eorum Dd. qui putant, ob delictum in ebrietate commiſſum pœnam eſſe temperandam; vere n. deficit animus & conſenſus in tali ebrio, & proprie in eo procedunt rationes & ſimilia de furioſo, & aliis, quæ pro fundanda illa opinio-

ne, à Dd. adducuntur. Aut vero ebrietas non eſt tanta, quæ vſum rationis plane auferat, & quaſi mentis exilium inducat, ſed eſt modica & leuis, & tunc ebrius talis, & ex contractu & ex delicto obligatur etiam ad pœnam ordinariam, quia in iſto ceſſant omnes rationes, quæ ebrios excuſare & pœnæ mitigationem inducere ſolent, vt patet ex omnibus Dd. quos citant Carrer. Tiraquell. Vaſquius & alij *in locis præallegatis*. Potiſſimum enim excuſationem tribuunt ebrio ex ea cauſa, quod ſit furioſo ſimilis. *c. venter. diſtin. 33.* & quod vſu rationis
75 † careat, ſicut furioſus, infans ac dormiens, vnde & ebrius, ſicut illi, non punitur propter ipſum delictum, quod in tali ebrietate, vſu rationis deſtitutus, commiſit, ſed punitur propter illam ebrietatem, ob quam tanto maiori pœna afficitur, quanto maioris delicti cauſam præbuit, vt docet Couarr. *in relectione d. clem. ſi furioſus. part. 3. relection. in princ. num. 4. de homicid.* Quę rationes Dd. conueniunt tantum in primo membro diſtinctionis, ſupra relatæ; in ſecundo vero membro non item, nam qui leuiter ebrius eſt, & vſum rationis habet aliquem, is certe nec furioſo, nec dormienti, nec infanti, recte æquiparatur, nec dici quoque poteſt omni ratione carere, quia intelligit quę agātur, & quæ ipſe agit, licet forte propter talem ebrietatem facilius concitari, iraſci, aut tumultuari ſoleat. Quapropter ceſſante cauſa & ratione Dd. propter quam ebrio delinquenti parcēdum exiſtimant, ceſſabit etiam hoc in caſu eorum communis opinio & concluſio, per ea quæ notantur in ca. cū ceſſante, extra de appellat. & conſequēter apparet, diſtinctionem Bald. *in d. l. data opera. col. 2. Cod. qui accuſ. nō poſſ.* (dum vult, qualitatem ebrietatis inſpiciendam eſſe) & rationi & ſententiis ac intentioni Dd. optime conuenire quam proinde repetit idem Bald. *in l. 2. C. vnde vi.* vbi ſine aliquo diſcrimine dicit, quod propter ebrietatem non eſt lenienda pœna
† niſi tanta ſit ebrietas, quod indu- 76
xerit quaſi mentis exilium, hancque diſtinctionem ſequitur etiam Ioan. Bertach. de firmo. *in tract. de epiſcopo. part. 2. lib. 4. verſ. 226.* & Angel. Areti. *in tract. malefic. in verb. ſcienter & doloſe. nu. 17. verſic. ſed quid ſi quis propter ebrietatem.* & Lancellot. Galiaula *in repetit. l. 1. in princip. n. 69. ff. de V. O.* eandemque diſtinctionem eſſe de mente plurium Dd. teſtantur Lud. Carrer. *in pract. crim. ſub tit. de homic. §. tertio excuſat. fol. 165.* Neq; quicquam obſtat huic diſtinctioni text. *in l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re milit.* vbi dicitur per vinum lapſis capitalem pœnam eſſe remittendam, &c. vnde videtur ebrietatem

tem excuſare ſaltem ab vltimo ſupplicio, ita quod pœna mitior citra mortem delinquenti ſit imponenda: quia reſpondetur, quod ille textus non loquitur generaliter, ſed in terminis caſus eodem in loco præcedentis, ſcil. quādo aliquis ſeipſum vulnerauit, idque temulentus per vinum fecit, quo caſu, militi remittitur capitis ſupplicium, & alia ipſi pœna irrogatur, quia ſatis videtur punitus, quia per vinum ſeipſum vulnere mulctauit: alia vero cauſa
59 eſt eius, qui non in ſeipſum ſed in alium deliquit, ſicut patet ex diuerſitate pœnarum, *tot. titu. ff. de bon. eor. qui ſibi mort. conſciu.* Itaque ille textus in propoſito noſtro nihil obſtat, ſicut tradit Ludouic. Roman. *in l. 1. in princip. col. 3. ff. de V. O.* Nec obſtat etiam textus juncta gloſſ. *in l. 1. Cod. ſi quis imper. maledix.* vbi delinquens per temulentiam non punitur: quia reſpondetur, quod ille textus loquitur de ebrio, verbaliter ſolum delinquente, quod eſt facilius: aliud vero eſt, cum quis delinquit realiter, vt apparet *ex L. aut facta. in princip. & L. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis.* & maxime cum quis homicidium committit, quo occiſo infertur præiudicium irreparabile, & ideo ibi non tam facile remittitur pœna propter ebrietatem, niſi tanta illa fuerit quod vſu rationis hominem priuauerit, juxta diſtinctionem proxime traditam. Qua diſtinctione retenta, quæ eſt veriſſima, vlterius illud dicēdum eſt,
quod ſemper † præſumitur delictū 77
commiſſum eſſe à non ebrio, donec probetur delinquentem tam ebriū fuiſſe, vt pro vlla vice vſu rationis omnino caruerit, quæ probatio incumbit ebrietatem alleganti. Quēadmodum enim ſanæ mentis quilibet fuiſſe præſumitur, niſi probetur furioſus fuiſſe ab eo, qui id allegat. *L. ne codicillos. C. de codicil. l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. fin.* & ibi Bald. *C. de hæred. inſtit.* ita etiā nemo tam ebrius fuiſſe præſumitur, vt vſu rationis careret, niſi probetur, quæ quidem
† probatio perdifficilis eſt, vt inquit 78
Bald. *in c. à crapula. extra de vita & honeſta. clericor.* cum poſſit ebrietas etiam fingi, vt quis maleficij pœnam declinet. Ideoque judices de variis circumſtātiis inquirere oportet, nec enim omnis ebrietas intellectū quoque adimit, ſecundum Bald. *in c. 1 fi. extr. de teſtibus.* Ex prædictis igitur concludendo apparet, quod in homicida, prætextu ebrietatis allegatæ non poſſit euitare ordinariam homicidij pœnam, quia non video in actis eſſe probatum id, quod huius allegationis fundamētum eſſe oportebat, ſcilicet eum tam fuiſſe ebrium, vt vſu rationis omnino careret, nullus enim teſtium hoc dicit, quāuis aſſeuerant, quod aliqualiter

ebrius

ebrius fuerit, & quidem affirment ſimpliciter de ebrietate, quorum tamen dicta non neceſſario concludunt de tanta ebrietate, quæ vſum rationis ei ademerit, cum ebrius dicatur etiam is, qui modice ebrius eſt, ſicq; non probet hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe *l. neque natales. C. de probat.* imo dicta teſtium de ebrietate ſimpliciter deponentium, declarantur & diſtinguuntur per dicta aliorum teſtium, qui ſpecifice atteſtantur, quod aliqualiter ebrius fuerit. (er ſey zimblich / oder etwas bezecht geweſt) idemque probatur ex quantitate vini, quam bibit, quæ certe ita fuit modica, (ſicut colligitur ex teſtimonio Mag. L.) vt nō ſit credibile, eum tam ebrium factū fuiſſe, vt vſum rationis amitteret, quemadmodum etiam nulla ſigna ebrietatis in eo viſa eſſe, teſtatur idē Mag. L. Quibus accedunt & aliæ circumſtantiæ: nam cum ſæpius rixari inciperet, ſedari tamen ſe paſſus eſt ab aliis, ne eo in loco turbas excitaret, ſed tamen rancorem ſeruauit, & ex interuallo L. eſt inſecutus, quæ omnia arguunt vſum rationis, & deliberationem in eo fuiſſe, ſaltem in id directam, quod vellet offendere L. ſicque apparet, ipſum non impetu aliquo repentino ex nimia ebrietate hoc feciſſe, ſicut facere ſolent illi ebrij, qui vſum rationis amiſerunt. Atque iterum hoc comprobatur ex eo, quod cum redargueretur ab adſtantibus, quare ſic percuſſiſſet L. reſpondit, quod adhuc idem eſſet facturus, & quod non curet hoc factum, quo declarauit, præmeditate id eum feciſſe, & occaſionem huius rei quæſiuiſſe rixis & maledictis ſuis. Non ergo debet hic reus prætextu modicæ ebrietatis euitare pœnam, quæ legibus in homicidas cōſtituta eſt per ſupradicta, alioquin ſi hoc admiſerimus, magnam ad cædes faciendas feneſtram aperiemus, quod ſummopere, ne fiat, cauendum eſt, ſatiusque fuerit tam multis ex ebrietate peccantibus grauiores conſtituere pœnas, quam illas mitigare, iuxta conſilium Pittaci ſupra relatum, multis namque graſſantibus exemplo opus eſt, vt dicit ICtus. Et ita mihi videtur, S. S. I.

Forma citationis † peremptoriæ 79
in cauſa iniuriarum verbalium & realium: Wir Rector vnd die Aſſeſſores deß Conſiſtorij der Vniuerſit. zu N. fügen euch hiemit zu vernemen / daß an heut dato vor jetzt ernanntem vnſerm Conſiſtorio erſchienen der Hochgelehrte Herr N. N. von N. I. V. D. vnd hat vns klagend fürbringē laſſen / Wie daß jhr vor weniger zeit jhne allhie zu N. nicht allein mit Worten / an ſeinen Ehren hochſchmählich angetaſtet / ſondern auch nachgehends mit bewehrter hand jhme in ſein allhie gehabte Wohnung gefallen / vnd jhne an ſeinem

ſeinem Leib dermaſſen ſchädlich verwundet vnd verletzet / daß er hierdurch in groſſen Schaden/ Koſten vnd Verſaumbnuß gerathen ſeye. Wie daß jhr auch bey ewerer Eydspflicht gelobt vnd verſprochen / von hinnen nicht zu weichen / jhr habt euch dann mit jhme ſolcher zugefügten Schmach halben/ entweders gütlich / oder rechtlich verglichen/ vnd vertragen / hierumb er Klag vnd Förderung an euch habe / vnd das Recht zu gebrauchen verurſacht werde/auch darauff vmb Ladung/vnd ſonſten andere nothtürfftige Hülff deß Rechtens gegen euch hochfleiſſig anruffen vnd bitten laſſen. Wann wir nun menniglich Recht zu halten ſchuldig vnd geneigt / auch deßhalben jhme ſolche Ladung erkannt haben / ſo heiſchen/laden vnd citirn wir hiemit / vnd in krafft deß Rechtens/ euch obberührten N. N. daß jhr auff den N. Tag den nechſten nach vberantwortung dieſer vnſerer Ladung/ deren wir euch vierzehen für den erſten / vierzehen für den andern / vnd vierzehen für den dritten/ letzten/ vnd endlichen Rechtstag ſetzen/ vnnd ernennen peremptorie, oder ob derſelbig Tag nicht ein Gerichtstag ſeyn würde / den nechſten Gerichtstag darnach / ſelbſt/ oder durch ewren vollmächtigen Anwald / an gedachtem vnſerm Conſiſtorio erſcheinen / vnd gemeldtem N. auff ſein Klag vnd Außſpruch/ Antwort gebet / auch alsdann/ wie ſich zu Recht vnd nach gebrauch gebühren wird/ferner verfahret. Dañ jhr erſcheinet oder nicht / wird nichts deſto weniger auff ewers Gegentheils/ oder ſeines Anwaldts anruffen wider euch ergehen nach Ordnung vnſers Conſiſtorij, was recht iſt. Geben vnd mit vnſerer Vniverſitet fürgetrucktem Inſigel beſigelt/ den N. Tag/ ꝛc.

Prædicta citatio peremptoria in cauſa injuriarum verbalium & realium prius quam ederetur, ſequens interea juris quæſtio fuit mota, ita initium ſumens: In cauſa injuriarum vertente inter N. actorem ex vna, reum ex altera parte, attento quod N. reſpubl. habeat priuilegium, ne quis ciuem ipſius propter verba injurioſa poſſit cōuenire criminaliter, mihi magis placeret, quod D.N. ageret potius ad æſtimationem injuriæ pecuniariam, quam ad reclamationem ſeu reuocationem injuriæ, & hoc ex ſeqq. cauſis nam intelligere mihi videor, quod N.L. jactitet ſe probaturum, quod non falſum ſed verum conuitium actori exprobrauerit, qua ex re ipſe argumentabitur, quod ad famæ reſtitutionem ſeu reuocationem actori non teneatur, quia receptum
eſt apud Dd. quod is † qui alteri ve- 80
rum crimen exprobrauerit praua intentione. (ſicut prætendit N. L.) ab actione quidem injuriarum liber non ſit, ſed tamen ad famæ reſtitutionem minime teneatur, prout

refert Couar. *lib. 1. variar. reſolut. c. 11. num. 6. verſic. ſeptimum apparet.* Tametſi ergo exiſtimem N. L. illum verba iniurioſa, quæ protulit, nunquam eſſe verificaturum: attamen ad tollendam omnem diſputationem, & ne N. L. protelandi judicij gratia ad probandum admittatur, conſultius eſt, vt ſic actio injuriarum aduerſus ipſum inſtituatur, quo & N. O. ſatisfiat, & judicium maturius ad finem perducatur. Id autem ſic fieri poſſe exiſtimo, ſi N. O. injuriam ſuam æſtimaret ad aliquot millia florenorum: hoc enim modo agendo, N. L. ad probandam conuitij veritatem omnino admitti poſ-
81 ſet, quoniam tradunt Dd. † injuriarum actione propoſita puniendum eſſe eum, qui extra judicium alteri conuitium dixerit, non vt ei, proximo aut Reipublicæ mederetur, ſed vt propriæ libidini, aut iræ ſatisfaceret, tametſi reipublicæ interſit, vitium obiectum manifeſtum fieri. Non enim veritas conuitij ipſum conuitiantem eximit à crimine injuriæ, nec ab eius punitione. *argument. text. in l. juſtiſſimos Codic. de offic. rector. prouinc.* & facit *in argument. text. in L. ſecund. in princip. God. quand. & quibus ita pars debeat. lib. 10.* & hoc Dd. paſſim *variis in locis* ſequuntur. Cui accedit etiam a-
82 liud, quod alibi traditur † videlicet injuriarum actione propoſita puniendum eſſe eum qui judicio aduerſarium perſtrinxerit, exprobrans illi verum etiam crimen, quod nihil ad proprij juris comprobationem vel defenſionem attinet. nam ex hoc animus prauus conuitiantis deprehenditur, & ideo non mirum, ſi talis injuriarum actione teneatur per text. *in l. quisquis. Codic. de poſtul.* nec hoc caſu conſideratur, vtrum expediat, vel non expediat reipublicæ, id crimen palam notum fieri, ſicut refert Couuar. *libr. prim. var. reſolut. capit. 11.* Quibus ita ſtantibus jam certum eſt, ad probandam conuitij veritatem admitti non debere eum, qui alteri hoc modo conuitium dixerit, nam etiamſi probaſſet veritatem conuitij, non tamen eximeretur à pœna. Et hoc modo aliquando judicatum fuit in camera imperiali, in cauſa vertente inter N. V. & comitem G. F. nam comes iſte cum ob cōnuitia quędam in Camera Imper. fuiſſet conuentus à dicto N. V. articulis propoſitis veritatem conuitij probare nitebatur: ſed articuli eius rejecti fuerunt, ipſeque Comes nunquam ad probationem admiſſus, ob conuitia illegitime in aduerſarium dicta, condemnatus fuit in aliqua magna pecuniæ ſumma. Nec eſt mirum, ſi hoc caſu non debeat quis ad probandum admitti, quia judex † non debet admittere 83
actus fruſtratorios, per jura vulgaria:

ria: vtique autem fruſtratorium actum faceret, ſi admitteret aliquem ad probandum id, quod etiamſi plene probatum eſſet, nihil tamen releuaret. Et hinc fit, quod in Camera imperiali & in alijs bene conſtitutis judiciis tantopore diſputari ſoleat ſuper admiſſione vel rejectione articulorum. Ex quibus apparere arbitror, longe ſatius eſſe, ad euitandam omnem diſputationem & cauillationem vt agatur ad æſtimationem injuriæ pecuniariam; ea enim ratione omnino credo, ſi non N. tamen in camera victoriam huius cauſæ obtentam iri. Neque exiſtimet D. O. hoc modo non tam honori ſuo fore proſpectum, ac ſi aduerſarius palinodiam recantare cogeretur, nam ego ſemper fui in illa ſententia, quod eo ipſo, dum quis propter conuitia condemnatur in pœnam pecuniariam, ſatis demonſtretur, ipſum male feciſſe; qua ex re apud viros bonos tantam contrahat notam, ac ſi palinodiam recantaſſet. Circa quod etiam illud conſiderandum eſt, quod agendo ad reclamationem N. L. ad probandam conuitij veritatem admitti poſſet; & quãuis illud non probaret, tamen facile poſſet malignis hominibus perſuadere, ſibi non jus ſed probationem defuiſſe. Cui etiam illud addatur, quod ille N. L. fortaſſis non tanti eſſet facturus illam reuocationem, ac ſi condemnaretur in pecunia. Et denique non eſt omittendum quod judices † difficulter ad eiuſmodi 84
condemnationem deſcendunt, vel ſaltem ſententiam ſic mitigant, vt fiat reuocatio ſalua fama reuocantis, ſicut in judicio Cameræ plurimas ſententias prolatas ſcio, in quibus clauſula iſta, *ſalua fama*, ſemper fuit addita. Sed dicit forte N. O. ego non is videri volo, qui honorem meum pecunia æſtimem, &c. Verum ego reſpondeo, libellum in hac cauſa ſic poſſe proponi, vt N. O. hanc ſuſpicionem minime incurrat, quia cum N. N. R. habeant priuilegium † quod propter 85
verba injurioſa nemo poſſit aliquẽ ciuem ipſorum criminaliter conuenire, jam facile diſputari poſſet, an actio ad reclamationem R. ſit admittenda, vel non, quoniam aliqui Dd. ſunt † in illa ſententia, quod actio 86
injuriarum ad reuocationem ſit criminalis, ſicut Rober. Marant. *in ſpecul. jur. part. 4. diſtinct. 1. judiciorum numero 10.* dicet, quamuis Mynſing. *obſeruat. 98. cent. 2.* affirmet, in camera pronunciatum fuiſſe, quod ſit ciuilis. Ad euitandam igitur diſputationem potius ad pœnam pecuniariam parti applicandam, agendum cenſeo. In libello tamen pro ſaluando honore N. O. aliqua poſſunt narrari vna cum cæteris ſolemnibus & ſubſtantialibus libelli, vel

Digitized by Google

ſi conſultius videatur, extra libellum per modum cuiuſdam proteſtationis hæc poſſunt proponi: nempe quod N. O. contra aduerſarium ob illatas injurias libentius criminaliter, quam alio modo ageret. Verum cum R. B. habeat priuilegium, quod nullus ciuium ob verba injurioſa alterum criminaliter accuſare poſſit, ideo ſe coactum alios quæſiuiſſe modos, per quos honori ſuo ſatisfaceret: & quamuis N. O. honorem ſuum pecunia æſtimari nollet, ſed eum pluris faciat, quam omnia bona, vt & corpus & vitam, eamque ob cauſam, ſi controuerſia in alio loco eſſet mouenda, contra aduerſarium ſuum criminaliter, prout jam conſtituerat, vel ſaltem ad reuocationem injuriæ agere cuperet, tamen quia actionem ad reuocationem plerique Dd. & criminalem eſſe opinantur, ideo conſiderato R. priuilegio, & ne anſa aduerſario præberetur excipiendi contra actionem ad reuocationem ac judicium protelandi cauſam nanciſceretur, ſed vt is potius debito modo ob injurias plecteretur, & N. O. pro honore ſuo ſatisfieret, ſe actionem ſuam ad mulctam pecuniariam proponere, &c. Hic vel ſimilibus verbis poteſt ſaluari honor N. O. In libello
87 autem † ſeu petitione obſeruandum erit, vt fiat æſtimatio certa, puta ad 1000. florenor. & addatur illa clauſula, quod hanc ſummam & multo plus, N. actor de ſuo perdere maluiſſet, quam illam injuriam pati, &c. addita etiam clauſula illa, *ſalua taxa judicis*, cum ſimilibus neceſſariis, de quibus per Iaſon. *in princ. nu. 50. & ſeq. Inſtitut. de action.* Omnino autem cautus eſſe debet aduocatus vt in proceſſu cum ex rationibus ſupra allegatis (quod ſi neceſſarium fuerit, latius deducere & comprobare poſſum) opponat aduerſus articulos N. L. quibus forte probare conabitur veritatem conuitij, ac petat illos articulos tanquam irrelevantes reijci. Quod ſi per imprudentiam vel iniquitatem judicum fuerint admiſſi, ſuaderem omnino, vt ſtatim appellaretur, primo ad ſenatum, ſi ita moris ſit, vel etiam ad cameram, ſi in ſenatu non obtineatur, mea quidem ſententia, meliori tamen conſilio ſemper ſaluo.

† Forma ſalui conductus für Gewalt zum Rechten alij cui conceſſi propter commiſſum homicidium: 88
Wir N. N. von Gottes Gnaden/ ꝛc. Bekennen daß vns N. N. vnſer Leibeygener Vnterthan von N. vnterthänig anbringen laſſen/ wie daß verfloſſener Zeit Er mit N. N. auch von N. von Worten in ein Gezänck/ vnd endlich zu Streichen gerahten/ auch er N. jhne N. dermaſſen in das Haupt verwundt/ daß er deſſen gleichwol ſterben müſſen/ es ſey aber menniglichen bewuſt/

wuſt / bekandt vnd offenbar / daß ſolche Verwundung nicht tödtlich geweſen / ſondern er N. ſelig / võ den Balbierern verſaumbt vnd verwahrloſt worden / auch vber das er N. ſich ſeines Leibs vnd Lebens vor jhme erwehren müſſen / deſſen doch vng. achtet / er N. ſich der gefangenſchafft zu befahren habe / deßhalben in Vnterthänigkeit ſupplicirt, vnd gebetten / daß Wir jhme vnſer offen Geleit für Gewalt zu rechten gnädig ertheilen wolten / mit angehefftem erbieten / daß er einem jeden / ſo deß Orts an jhne etwas zu ſprechen hab / deß rechten werden gebührende Red vnd Antwort geben / vnd hiemit ſein Vnſchuldt an Tag geben wölle. Wañ nun wir jhne N. vber gerührt ſein Recht erbieten nicht tringen wöllen / ſo haben wir jhme vnſer frey ſicher vnd ſtarck Geleith für Gewalt zum Rechten geben. Geben jhme auch das in krafft dieſes Brieffs / vnd gebieten darauff vnſern Ober Amptleuthen / Burgermeiſtern vnd Rähten / zu N. auch allen andern vbrigen / vnſern Vögten / Schultheiſen / Vnterthanen vnd Gemeinden / daß ſie diß vnſer ſicher Geleith an jhme N. ſtät vnnd feſt halten. Hieran beſchicht vnſer ernſtliche Meynung. Geben vnter / ꝛc.

Margaritæ Criminales.

Citari debet pars etiam in notoriis. Hippol. *in §. aggredior. n. 133.*

Citari debet reus ad vidẽdum jurare teſtes, qui requiruntur ſuper indiciis, alias vigore dictorum teſtium torqueri poteſt Hippolyt. de Marſil. *in §. nunc videndum. n. 29.*

Citatio eſt de ſubſtantia judicij criminalis. Jod. Damhoud. *c. 13. n. 2.*

Citatio rei criminariæ fieri debet in perſonam diffamati, modo inueniri poſſit. *ib. n. 3.*

Citatio fit ad domum, quam citationis tempore inhabitat, ſi perſonaliter reperiri nequeat. *d. loco. n. 4.*

Citatio realis ſine licentia, autoritate vel commiſſione judicis fieri nequit. Idem *c. 15. n. 1.* Exceptiones aliquot ſuperioris præcepti. *ib. n. 2.*

Citationes quatuor requiruntur præire, vt ex ſtylo quiſpiam criminaliter citatus condemnetur per cõtumaciam. Item *c. 28. n. 7.*

Citatio reo competens commodumq; cõparitioni tempus à judice elargiendum. Damh. *c. 13. n. 8.*

Citatio non licet contemnere judicis euocationem. Idem *c. 22. n. 8.*

Citatio non comparente quomodo contra ipſum procedatur. Idem *c. 22. n. 4.*

Citatus criminaliter qui comparere ex cauſa nequit, debet ſeſe excuſare per eum, quem velit. Idem *c. 22. n. 1.*

Citatum excuſat inſigne patriæ aut reipublicæ commodum. Idem *c. 22. n. 12.*

Citatio nullam prætexunt excuſationem ægritudines ex acrimonia

nia, vini mors prolis, & ſimilia infortunia. Idem *c.22.n.18.*

Citatus ſi non comparuerit, decidit à purgationis jure. Damh.*c.27. num.4.*

Citatus criminaliter, ſi non paruerit, illius bona ob non comparitionem illico per fiſcum notantur. Idem *d.c.28.n.1.*

Citatus ſi non comparuerit in materia ſecuritatis, ipſa ſecuritas judicatur prima non comparitione, per contumaciam. *d.loco n.14.*

Citatus quãdo perſonaliter comparet, nequaquam inſinuatione opus eſt *d.loco n.15.*

Citatio quę fit ad domum ſufficit Jac. de bello viſu *l.2.c.5.n.1.& ſeqq.*

Citatio in quibus caſibus non valet, Bell. *d.lib.2.c.5.num.2.*

Citatio triplex eſſe debet, vt lis inchoetur. Idem *d.loc.n.8.& l.2.c.9. n.1.& ſeqq.*

Citationi peremptoriæ cauſa inſeri debet. Idem, *lib.2.c.5.n.8.*

Citationes arreſtandorum requirunt juſſum judicis. Bell. *d.loco.n.30.*

Citationes quomodo fiunt. Bell. *d.loco n.7.*

Citatus reus criminoſus, ſi non comparet, eius bona annotantur. Bell. *lib.2.c.9.n.3.*

CAPVT V.

DE COMPARITIONE REI.

SUMMARIA.

1 *Comparitionis definitio qua.*
2 *Citationis finis eſt comparitionis effectus.*
3 *Quilibet citatus comparere tenetur: etiam in dubio citatus.* n.4.
5 *Citatus non comparens, delinquit: & à judice mulctatur.* n. 6. *Secus in clerico, & cur.* n.7.
8 *Præſentia Rei multum operatur: eiuſq; ſpontanea præſentatio innocentiam ipſius demonſtrat.* n.9.
10 *Citatus nulliter, comparere non dicitur: ſecus in ciuilibus vbi ſi non vult, per procuratorem comparere poteſt.* n. 11.
12 *Citatus à judice incompetente quoq; comparere debet.*
13 *Citatus comparere non debet ad locum, vbi peſtis graſſatur.*

HActenus de citatione: ſequitur nunc, vt de comparitione agatur. 1 Comparitio † eſt citati iuxta citationis formam in judicio præſentatio. Et comparere in judicio quis dicitur, quando vocatus in judicium venit. Abb. Panormitan. *in c. conſul. tit. extra de offic. & poteſt judic. delegat.*

gat. Quod ſi vocatus non poſſit vel etiam nolit ipſemet perſonaliter cõparere, tum per procuratorem, ſufficienti tamen mandato ad hoc inſtructum, judicio intereſſe & ſe defendere poteſt *l.1.ff.de procur.* ſed ſi cauſa ſit criminalis procurator pro domino non admittitur. *l.penul.* vbi Dd. *ff.de public. jud.* niſi reus abſentiæ cauſa defendatur. *l. abſens. ff. de procurat.* Maran. *par. 4. diſt. 1. n. 42.*

2 Hinc citationis † finis eſt effectus comparitionis, Matth. Weſenb. *in paratit. ff. ſi quis in jus vocat. non ier. n. 2.* & comparitio in jus quibus remiſſa eſt, vide Weſenbec. *in paratit. ff. lib. 2. tit. 5. n. 1.* hancque in judicio quid ſequi debeat, vide eundem *in*
3 *paratit. ff. de edend.* Nam quilibet † citatus regulariter cõparere tenetur;
4 etiam in dubio † citatus text. *in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ier.* Dd. communiter. *ibid.* text. *in l. ſi quis ex aliena. ff. de judic. & in c. veniens de accuſat.* etiamſi ſit perſona egregia, vt veniat, ſuamque exceptionem, quare comparere nolit, indicet, niſi pro contumace haberi velit, *l. ſi quis ex aliena. ff. de judic. c. veniens extra de*
5 *accuſ.* Reus igitur citatus † nõ comparens, delinquit tex. *in l. omne delictũ.* & ibi Bart. *ff. de re iudic.* & à judi-
6 ce † mulctatur. *l. 2. ff. ſi quis in ius. voc. non ier. & l. 1. ff. ſi quis jus dicent. non*
7 *obtemper.* Secus in clerico † quia cum iſte fuit publice citatus, & edicto nõ comparuit, intelligitur conſentire quoad ſui præiudicium. *l. ſi eo. ff. de remiſſ. pignor. l. ſi ea ff. qui accuſ. poſſ. l. diffamari. C. de ingen. & manumiſſ.*
alias tamen præſentia Rei † multum 8
operatur *l. de minore. §. plurium. ff. de minorib.* eiuſque præſentatio † ſpon- 9
taneo innocentiam ipſius demonſtrat. Cæpoll. *in conſ. 31. n. 8.* Hippol. de Marſil. *in pract. crim. §. diligenter. n. 204.* Vantius *in tract. de nullit. proceſſ. tit. quib. mod. ſent. null. repar. n. 16.* Villalob. *in commun. opinion. in verb. citat. n. 56.* gl. & Alex. *in l. 1. ff. de feriis.* Ratio quod per eam comparitionẽ ſpõtaneam purgetur omne vitium, quę etiam à cõtumacia liberet. Men. *lib. 2. præſumpt. 24. num. 14.* per gloſſ. *in leg. 1. §. 1. in verb. ſententia valebit ff. de fer.* Socin. *in tract. de citat. art. 51. n. 6.* Item, Citatus † nulliter, com- 10
parere non debet. Vant. *in tract. de nullitat. tit. de nullitat. ex defect. citation. nu. 22. & ſeq.* Dd. *in l. 2. ff. ſi quis jus dicen. non obtem.* Porro reus † 11
quando in cauſis ciuilibus citatur, ipſemet perſonaliter cõparere nolens, tunc per procuratorem, dato illi ad hoc ſufficienti mandato, comparere poteſt. *l. 1. ff. de procurat.* text. *in c. 1. & c. accedẽns. extra de procur. & in c. cum dilecti. extra de dolo & cõtum.* Quæ regula tamen in criminalibus non procedit, quia procurator pro domino non admittitur. *leg. penult. §. ad crim.* vbi Dd. *ff. de publ. judic.*

judic.c.in criminal.5.q.3. & c. veniens extra de accuſ. Petr. de Ferrarienſ. *in form. reſponſion. rei conuen. verſ.in termino ſibi aſſignato §.poſtea quarit. n.13.* niſi reus abſentiæ cauſa defendatur. *l.abſens ff. de procur.* Maran.*par.4.diſt.1.n.42.* Deniq; citatus
12 † à judice incompetente comparere nihilominus debet text.*in leg. 2.ff.ſi quis in ius vocat. & in l.ſi quis ex alieno.*vtrobiq; Dd.*ff. de jud.* Verum ci-
13 tatus† ad locum, vbi peſtis graſſatur, comparere non tenetur.tex.*in c.1.de cler.non reſid. & in l.ſed ſciendum. ff. ad SC.Treb.*gl.*in Clem.1.§.cæterum in verb.rationabil. de ſtatu monach.* Fel. *in c. accedens el. 2. vt lite non conteſt.* Alex.*in l.2.§.ſi quis in judicio.n.2.ff. ſi quis cantion.* vbi hoc limitat. Afflict.*in dec.289.n.26. & ſeq.* quem omnino vide, quia refert plures caſus, quibus quis citatus comparere non tenetur.

Margarita Criminales.

Comparitioni commodum tempus Reo citato à judice elargiẽdum. Damhoud.*c.13.n.8.*

Reo non comparente quomodo cõtra ipſum procedatur.Damhoud. *c.22.n.4.*

Reus ſi non comparuit, decidit à purgationis jure. Idem *c.27.n.4.*

Reus criminaliter citatus ſi non paruerit, eius bona ob non comparitionem illico per fiſcum notantur. Idem *c.28.n.1.*

Reus criminoſus ſi non comparet, eius bona notantur Jac.Bell. *l.2. c.9.n.3.*

Comparere per procuratorem in cauſa criminali poſt concluſionem in cauſa an quis poſſit. Hippol.*in §. ſequent.num.5.*

CAPVT VI.

DE CONTVMACIA.

SUMMARIA.

1 *Contumacia quæ eſt.*
2 *Contumacia an contra contumacem indicium faciat; diciturq́ delictum.*
3 *Diuiſio contumaciæ quæ eſt.*
4 *Vera contumacia quæ.*
5 *Euidens contumacia quæ.*
6 *Præſumpta contumacia quæ.*
7 *Contumax quis dicatur.*
8 *Accuſator quando pro contumace habetur.*
9 *Forma accuſandi contumaciam accuſatoris.*

10 Reus

10 *Reus quando dicitur contumax.*
11 *Forma accuſandi contumaciam Rei ſeu accuſati.*
12 *Formula contumaciæ citatoria pro Reo contumace peremptoriè data.*
13 *Sententia pro contumacia citati non comparentis lata.*

HUcuſq; de comparitione: mo-
1 do ſequitur contumacia, † quæ
eſt inobedientia quædam erga iudi-
cem commiſſa, quando quis iudicis
mandato non obedit. *tot. tit. ff. ſi quis
jus dicent. non obtemper. & titul. ff. ſi
quis in jus vocat. non ier.* Deinde con-
2 tumacia † an contra contumacem
indicium faciat, vide Marc. Anton.
Blanc. *n.* 293 *f.* 623. *in tit. de indiciis.*
quæ & delictum dicitur. *l. abſentem.
ff. de pœn.* Unde committitur contu-
macia, ſi quis à iudice ſatiſdare, ex-
hibere, reſtituere, reſpondere, ſol-
vere iuſſus, & ei non obtemperet,
non reſtituat, non reſpondeat. *l. de-
bitoribus ff. de judic. l. qui reſtituere ff.
de rei vindic. l. ætate. §. qui tacuit. ff.*
3 *de interrog. action.* Hæc dicitur † vel
vera evidens, vel præſumpta. Vera
4 contumacia † eſt, cum Reus in faciē
citatur, & ſic citatus non comparet,
qui tunc vere contumax dici ſolet. *l.
tres denunciationes. C. quom. & quand.
jud. l. ad peremptorium. cum 3. ll. ſeqq.*
5 *ff. de judicat.* Evidens † contumacia
dicitur, ſi reus in faciem citatus, cō-
teſtatur ſe comparere nolle. Præ-
6 ſumpta † deniq; eſt, cum reus ad do-
mum, & non in faciem citatur, aut ſi
iſta citatio familię ſuę vel vicinis do-
mi ſuæ denunciatur, vel etiam in al-
bo prætoris in valvis curiæ Bart. *in l.
ſi. ff. de in integr. reſtit.* gl. fin. *in Clem.*
1. *de dolo & contumac.* Marant. *in au-
re. ſpecu. par. 6. c. de contum. n.* 8. Hinc
cōtumax † dicitur, qui trinis edictis, 7
vel uno peremptorio citatus, non
venit. *l. tres denunciationes. l. conſen-
taneum.* ubi Bartol. *in fin. C. quom. &
quand. judex. l. ſenatus §. ſed ſi tribus.*
ubi gl. *de jur. fiſc.* Spec. *in titul. de con-
tu. §. 1. in princ.* Bart. *in l.* 1. *in ſummar.
n.* 18. *ff. ſi quis jus dicent. non obtemp.*
per leg. 2. §. 1. *ff. ſi quis in jus vocat. non
ier. c. veniens. §. fin.* & ibi Dd. *extra de
accuſ. l. contumacia. §. 1. ff. de re jud.* Et
eſt vel accuſator, vel accuſatus ſeu
reus. Accuſator † tunc pro contu- 8
mace habetur, quando reum in iu-
dicium vocat, & ipſe poſtea non cō-
paret. *l. de unoquoque §. 1. & l. contu-
macia.* ubi Caſtrenſ. *ff. de re judicat. l.
properandum. C. de jud.* Specul. *in titu.
de contumac. §. 1. in princip.* Novell.
112. §. *ſi vero cauſam.* Unde quoad
praxin defenſor † Rei judicem allo-
quitur hoc modo:

P.P. Vor euch / ꝛc. erſcheinet Be-
klagter gehorſamblich / vnnd demnach
Anklåger N. N. gegen vnnd wider N.
N. beklagten dieſen heutigē Gerichts-

tag / zu vollführung ſeiner peinlichen
Zuſprüch vnnd Forderung/ auff ſein
ſelbſt eygen begehren / anſetzen laſſen/
darauff dañ der vnſchuldige Beklag-
ter gehorſam erſcheinet/ Er der Anklä-
ger aber gãtz muthwilliger weiß vnge-
horſamb außbleibt/ oder nit gefaſt er-
ſcheinet/ ſo beklagt N. N. ſein deß An-
klägers Vngehorſamb/ bitt jhn / pro
contumace zu erklären/ jhme ein ewi-
ges ſtillſchweigen aufzulegen / vnd jn
den Beklagten von dieſem peinlichen
Gerichtsſtandt/ cum reparatione in-
juriarum, damni & intereſſe, endlich
zu abſolviren vnd loß zuſprechen/ ſtelt
hiermit zu Erkandtnuß. In criminali
enim accuſatus directo abſolvitur, ſi
accuſator ſit contumax, & non cō-
pareat, qui propter contumaciam
extraordinariè à judice quoq; puni-
30 ri poteſt. Reus † vero contumax di-
citur, quando in judicium vocatus
non venit, nec ſui præſentiam facit.
l. tres denunciationes. l. conſentaneum.
C. *quom. & quand. judex. c. 2. extra de*
dolo & contumac. Nam in criminali-
bus ſi reus erit contumax ſecundū
leges Digeſtorum & Codicis omnia
bona eius annotantur, & conſcri-
buntur, & ſi intra annum pariturus
venerit, cuncta bona ſua recupera-
bit, & poſtea de crimine auditur;
poſt annum vero ea omnia cōfiſcā-
tur, & licet poſtea veniat pariturus,
ſuper crimine quidem auditur, ſe-
cundum conſtitution. Carolin. *in*
articul. 155. ſed bona non recupera-
bit. Wormbſ. *in pract. forenſ. titul. de*
accuſat. num. 2. & per tot. tit. ff. de re-
quirend. reis. l. quicunque in fin. l. an-
nus. & l. fin. C. eod. titul. Hinc quoad
praxin accuſator † contra Reum cō- 31
tumacem demum procedit hunc in
modum:

Vor euch/ ꝛc. erſcheinet Ankläger ge-
horſamblich/ vñ demnach der Beklag-
te N. N. nunmehr zum drittenmahl
durch ein offene citation geladen / vñ
heut anhero für dem hohen peinlichen
Halßgericht zu erſcheinē erfordert vnd
geruffen worden/ jhme auch ohn allen
zweiffel dieſer Tag (wie auch die vori-
ge) verkündiget / er aber auff ſeinem
Vngehorſamb perſeverirt, vnd aber-
mahls vngehorſamb verbleibet/ nicht
zu geringer Verachtung deß Herren
Richters/ vnd deß gehegten Gerichts/
ꝛc. Damit aber nun in ſeinem vielfäl-
tigen Vngehorſamb/ der gebühr volln-
fahren werde/ ſo will Ankläger ſeinen
erwidderten Vngehorſamb hiemit an-
geklagt haben/ bittend/ jnen nunmehr
pro contumace zu erklären/ vnd für-
ters / dieweil verſehens Rechtens/
quod contumax pro confeſſo ha-
beatur, andern Leuthen zum abſchew-
lichen Exempel / vnd jhme zu wolver-
dienter Straff in die Mordtacht zuer-
kennen/ vnd zuverdammen/ auch ſeine
Güter/ was vorhanden/ zu annotiren
vnd zu confiſcirn, Will damit cum
repetitione retro actorum zu Recht

geſetzt/

geſetzt/geſchloſſen/vnd in deß Beklagten vielfaltigē Vngehorſam die Sach vor beſchloſſen anzunehmen/gebetten haben. Concluſum, &c.

Reliqua denique de contumacia, quibus & quotnam modis ea evenire, ac quibus exceptionibus contumax defendi, & excuſari poſſit, deq; eius pœna, vide fuſius proceſſum civilem. *tit. de contumac.* 30. *in fin.*

12 Formula contumaciæ † citatoriæ pro reo cōtumace peremptoriē datæ: Ich N. N. jetziger Zeit N. zu N. vnd deß hohē peinlichen Halßgerichts daſelbſten verordneter Richter/ thue euch N. N. hiemit zu wiſſen/ daß deß D. H. F. zu N. ꝛc. verordneter Fiſcal/ heut dato zu ewerem angeſetzten peinlichen Gerichtstag erſchienen/vnd vff ewer auſſenbleiben in contumaciam procedirt/vnd zum Beſcheyd geſetzt/ darauff jhme ein ander Ladung gegen euch in Recht erkannt. Hierumb ſo citire, heiſche vnnd lade ich euch abermals/ von Ampts auch Gerichts wegen/daß jhr auff N Tag/den N. Monats N. nechſtkünfftig/ welchen ich euch für den erſten/ andern/ dritten/ vnd endlichen Gerichtstag/ vnnd alſo widerumb peremptoriè ernenne/vor dem peinlichen Halßgericht zu N. in der Perſon ſelbſt erſcheinet/geſchickt/ gemeltem Anklager vff ſein zuvor eingebrachte Klag/ Antwort zu geben/ oder was ſich ſonſten vermög Rechtēs/ vnd R. Ordnung gebührt/darauff zuhandeln/ mit dero vergewiſſung/ jhr erſcheinet alsdañ oder nicht/ dz gleichwol auff Anklagers ferners anruffen ergehen vnnd geſchehen ſoll/was recht iſt/darnach jhr euch zu richten. Geben N. vnder meinem auffgetruckten Inſigil vnd Subſcription, &c.

Sententia † pro contumacia, & ab- 13
ſentia Rei lata: In der peinlichen Rechtfertigung zwiſchen Anklägern an einem/vnd Beklagten am andern theil/ erkeñen Richter vnd Schöpffen deß hohen peinlichen Halßgerichts/vff die vorgebrachte Anklage/vñ die drey vnterſchiedliche offne Ladungs Brieffe/deßgleichen alles anders Mündeliches vortragen/vnd gethanen Rechtſatz/zu Recht/dz Beklagter ſeines vielfältigen Vngehorſambs halben/ pro contumace, vnnd in die Mordacht zu erklären/vnd ſeine Güter (ſo fern der verhanden) zu annotiren vnd zu cōfiſciren ſeyen/ wie dann die Herren Schöpffen jhnen pro contumace, vñ in die Mordacht erklären vñ verdammen von Rechts wegen.

Margaritæ Criminales.

Contumacia ſola non ſufficit ad condemnandum Reum, ſed ultra contumaciā requiruntur veræ probationes delicti. Hippol. *in* §. *poſtquam. n.* 48.

Contumacia dicitur ficta probatio. *ibid. n.* 51.

Contumacia eſt fictum delictum & non verum. *ib. n.* 52.

Contumacia dicitur vitium & peccatum mortale. *ib.n.63.*

Contumacia an faciat indicium ad torturam, contra contumacem Hippol. *in* §. *diligenter. n.* 136.

Contumaciam conſtare ex actis an ſufficiat ſine judicis declaratione. Hippol. *in* §. *aggredior. n.*122.

Contumax dicitur infidelis. Hippol. *in* §. *poſtquam. n.* 64.

CAPUT VII.

DE ACCUSATIONE SIVE LIBELLO.

SUMMARIA.

1 *Accuſatio quid ſit.*

2 *Accuſatione non præcedente, quis regulariter non punitur, nec contra eum proceditur, niſi in certis caſibus, in quibus officio judicis proceditur.*

3 *Inquiſitio eſt de jure divino.*

4 *Accuſatio non admittitur, niſi conſtet de delicto, niſi certis in caſibus.*

5 *Contumax ex diſpoſitione ſtatuti non habebitur pro confeſſo, quotiens judici de delicto non conſtiterit.*

6 *Libellus eſt per accuſatorem edendus, hodie accuſatio ſimpliciter fit.*

7 *Accuſatio quid continere debeat?*

8 *Dies an in accuſatione ſit exprimendus.*

9 *Accuſator petere non debet reum puniri certa pœna, ſed ſufficit, quod petat eum puniri ſecundum formam juris & ſtatutorum.*

10 *Civiliter & criminaliter an eodem libello agi poſſit?*

11 *Accuſari an plures poſſint in uno libello de eodem delicto?*

12 *Accuſari an unus poſſit in uno libello de pluribus delictis?*

13 *Accuſari quis eodem delicto ſimul & ſemel diverſis legibus nequit.*

14 *Accuſari quis quando poſſit de pluribus delictis ſolo libello?*

15 *Accuſari quis quando poſſit à pluribus eodem libello?*

16 *Libello eodem poteſt agi contra producentem falſos teſtes, & contra falſarios teſtes.*

17 *Accuſator dicitur ſubſcribere accuſationem ad pœnam talionis, & an hodie hæc ſubſcriptio locum habeat.*

18

18 *Calumnioſus accuſator arbitrio judicis punitur, & in eadem ſententia, qua reus, abſolvitur.*

19 *Accuſationem per calumniam fuiſſe inſtitutam quomodo cognoſcatur.*

20 *Accuſatione pendente reus ad honores non admittitur, & propter atrocitatem delicti concurrente infamia fit ſuſpenſio beneficij & officij, donec cauſa finiatur.*

21 *Forma libelli in cauſa injuriarum.*

22 *Forma accuſationis in cauſa furti.*

TRactaturis de accuſatione, no-
ta debet eſſe vis, definitio illius
ſequendo ordinem Jureconſ. *in l. 1.*
ff. de contrab. empt. & in l. 1. ff. de furt.
1 Accuſatio † eſt aliquem reum crimi-
nis per libellum deferre, ad vin-
dictam & pœnam. *l. libellor. 3. in verb.*
reum deferre. ff. de accuſat. & inquiſ. l.
fin. de priv. delict. l. 2. §. ſi publicum. ff.
ad l. Iul. de adult. l. non ignoras. 9. l. cum
rationib. 16. l. ſi quis. 20. Cod. de his qui
accuſ. non poſſ. & regulariter ſine ac-
2 cuſatione † non proced tur ad cri-
minis cognitionem, niſi in quibuſ-
dam caſibus, iu quibus proceditur
officio judicis. *l. 2 ff. ad l. Iul. de adult.*
hodie vero in quibuſdam delictis
(dummodo gravibus) proceditur
per inquiſitionem, *c. olim. extra de*
accuſ. Spec. *in titul. de li. oblat. §. nunc*
dicendum. n. 7. & 9. ne propter defe-
ctum accuſatoris delicta remaneant
impunita, cum alias accuſatio facit
ceſſare inquiſitionem. Alex. *in apo-*
ſtill. ad Bart. in l. 2. §. ſi publicum. ff. ad
3 *l. Iul. de adult.* quæ † de jure divino
prout infra *in c. de inquiſitionib.* di-
cetur. Et accuſatio eſt iudici præſen-
tanda, ut videatur, an ſit iuſta & ad-
mittẽda. Oldrad. & Bald. poſt ipſum
in l. cum clericis. C. de Epiſcop. & cle-
ric. Jaſ. *in rubr. Cod. de edend.* text. *in l.*
miles. §. 2. & §. licet. ff. ad leg. Iul. de a-
dult. Felin. *in cap. fin. de judic.* Dd. *in*
cap. quoniam contra, extra de probat.
cum alias ipſa † non admittitur, niſi 4
conſtet de delicto, niſi in caſibus, de
quibus infra *in cap. de non torquendo*
reo, niſi de delicto conſtet dicetur. Et
nota, quod ubi ſtatuta † Illuſtriſſim. 5
Venetorum diſponunt contumacẽ
haberi pro confeſſo, ſeu non audiri,
non habebunt locum, quotiens iu-
dici non conſtiterit de delicto, quia
officium ſuum eſt ante omnia quæ-
rere de delicto, poſtea de reo. *l. 2. C.*
de juram. calum. & ibi Bart. *l. raptor.*
C. de Epiſcop. & cleric. ubi fortius pro-
batur reum convinci debere de de-
licto. Libellus eſt brevis ſcriptura
accuſatoris petitionem, cauſam &
accuſationem continens, per text.
in l. edita. C. de edend. & c. fin. de libell.
oblat. Libellus alius eſt ſimplex, alius

articulatus, alius criminalis, & alius civilis. *l. libellor. ff. de accuſat.* Lanf. de Orian. *in praxi in titul. de petit. nu. 1. & in auth. offeratur. C. de lit. conteſtat.* Simplex eſt, qui ſimplici & continua oratione ſine articulorum diſtinctione conſtat; Articulatus, qui articulis diſtinctis conceptus eſt, & formatus. In libello ſeu accuſatione criminali locus & tempus commiſſi delicti omnino, & parte non opponente exprimendum eſt, alioqui iſte eſt ipſo iure nullus text. notab. *in l. prætor edixit.* ubi pulchre Bartol. *n. 1. ff. de injur. & in ca. tua extra de procurat.* text. *in l. item rei ſit. ff. de dolo malo.* gl. *ibid. in verb. vagari.* Alex. *in conſil. 6. incip. circa præmiſſum n. 1. vol. 3.* Felin. *in c. ſignificantib. n. 5. de libell. oblat.* Dd. *in l. libellorum. ff. de accuſ.* Jul. Clar. *in pract. crim. qu. 12. n. 7. & ſeqq.* Secus in civili, excepta actione injuriarum, quia ardua & criminali æquiparatur. Mar. *part. 4. diſt. 1. num. 20. & part. 6. c. de libell. oblat. numer. 6. & ſeqq.* vel quandocunque de crimine civiliter agitur. Clar. *in pract. crimin. qu. 12. num. 10.* Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 64. n. 1.* Joach. Mynſinger. *cent. 1. obſ. 84.* Deinde in criminali accuſatione ſufficit ſola facti narratio, nec aliqua requiritur cõcluſio. *l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpill.* Bartol. *in l. libellorum. ff. de accuſ.* Secus in civili actione. text. *in §. omnium.* ubi Angel. Jaſ. & Zaſ. *Inſtitut. de action.* Lanfranc. *in praxi c. 5. de petit. n. 2. & 7.* Accuſatio offerri debet ab accuſatore in judicio, reo etiam non petente per *auth. offeratur. C. de libell. oblat.* Speculat. *in titu. de lib. concept. §. utrum. n. 4. & §. reſtat, nu. 2* &. offerenda eſt iudici & reo ſeu parti adverſæ. *c. 1. extra de libel. oblat.* Ferrarien. *in form. lib. act. real. §. ad evidentiam. nu. 7.* gl. *in l. 1. in verb. ut proinde ff. de edend.* & an ſemper in ſcriptis offerenda, & quomodo concipienda ac formanda, & quæ eius ſubſtantialia, vide Proſper. Farinac. *in praxi crimin.* & proceſſum civilem, *in tit. 35. de libel. n. 21. cum ſeqq.* Libellus edendus † eſt per accuſatorem, 6 licet diverſimode concipiatur. *l. fin. C. qui accuſar. non poſſ.* ſed hodie accuſatio fit ſimpliciter & ita obſervatur, Gandi. *in titul. qualiter fiat accuſatio.* ſed talis accuſatio † continere 7 debet nomen accuſatoris & accuſati, crimen commiſſum, cum qua perſona, quo loco, quo anno, quo menſe & quo die: ſa ltem in crimine falſi. Verum ſecundum Spec. *in titul. de accuſ. §. 2.* non eſt neceſſe apponi diem neque horam. Alii autem † 8 poſt eum dixerunt, quod ſi accuſator ſcit, aut veriſimiliter ſcire poteſt diem, tunc tenetur exprimere; & ſi dies aut aliud tempus neceſſarium omiſſum fuerit in libello, poterit poſtea probari, & convalidabitur libellus. Jul. Clar. *in pract. crim. qu. 12.*

Sed

Digitized by Google

Sed ſi de alio loco & tempore ultra
poſitum in libello fuerit probatum,
an reus abſolvi debeat ab obſerva-
tione judicii? dicetur infra. Caveat
9 † accuſator ne petat reũ puniri certa
pœna, quia ſufficit accuſatori pete-
re reum puniri ſecundum formam
juris & ſtatutorum *l. ff. ad SC. Turpil.*
& ibi Bartol. Si autem accuſator ex-
preſſerit pœnam in libello, quo non
convenit, reiicietur libellus propter
talem ineptitudinem, ſicuti propter
aliam omiſſionẽ modi & formæ ſub-
ſtantialis. Sed alii contradicunt, quia
ſuppletur per judicem tali defectui,
notat. *in c. examinata extra de judic.*
Et ratio reddi poteſt, quod ubi ali-
quis actus nõ eſt neceſſarius licet fiat
& inepte, propter hoc non vitiatur
proceſſus, & in hoc differt à cauſis
10 civilibus. Sed nunquid agi † civiliter
& criminaliter in eodem libello ſive
accuſatione contra aliquem poſſit?
Reſpondent ſcribentes, quod non,
niſi agatur de re familiari, ut furti,
vel de tabulis exhibendis, vel inter-
dicto unde vi, vel crimine falſi, &c.
Sed una intentata & finita, altera po-
terit intentari, ut notat. *in §. libero-
rum. Inſti. ad l. Aquil.* At nunquid plu-
11 res † poſſint accuſari in una accuſa-
tione ſeu libello? Reſpondent ſcri-
bentes poſſe de eodem delicto, *ut
in titul. C. ſi reum vel accuſ. mortu. fuer.*
Sed de diverſis delictis non, niſi ſua
vel ſuorũ iniuria proſequãtur, & non
aliter, *l. cum rationibus.* ubi not. per
ſcribentes C *eod. titul.* fallit in adul-
terio. ubi plures rei accuſari nõ poſ-
ſunt, licet de inceſtu accuſari poſ-
ſint. *l. res Cod. eod. tit.* Sed nunquid u-
num ſolum † poſſim accuſare in uno 12
libello de diverſis delictis? Reſpon-
detur poſſe, ſed delicta ſunt clare
ſpecificanda, & ſigillatim, ut accuſa-
tus certificetur ut *in c. ut circa extra
de elect.* Sed pro eodem delicto non
poteſt aliquis † accuſari diverſis le- 13
gib. ſimul & ſemel. Ratio reddi po-
teſt quod non debet quis puniri ſi-
ve affici duplici pœna pro eodem
delicto. *c. at ſi clerici extra de judic.
& l. ſenatus. ff. de accuſ.* Circa præ-
dicta eſt † advertendũ aliquem poſ- 14
ſe accuſari de pluribus delictis ſolo
libello, ſi dicta delicta ſimul veniunt
punienda una & eadem lege; aliter
eſt, ſi delicta veniunt puniẽda diver-
ſis legibus tunc enim diverſis & plu-
ribus libellis accuſari oportet. *l. non
eſt novum. ff. de action. empt.* Accu-
ſari quis † poteſt à pluribus eodem 15
libello, ſi intereſt illorum: ſi autem
non intereſt, magis idoneus ipſo-
rum per iudicem eligi debet. *l. licet.
§. fin. ff. naut. caupon. ſtab.* Verum hoc
habet locum à principio, aliter pro-
ſequendum eſt. *l. ſi plures. ff. de ac-
cuſ.* Libello † eodem ſive inquiſi- 16
tione eadem poteſt agi contra pro-
ducentem falſos teſtes, & contra fal-
ſario

ſarios teſtes. *l. hos accuſare. ff. de accuſa.* articuli enim inquiſitionis loco libelli reo prorſus denegandi nō ſunt. Jul. Clar. *in pract. crimin. qu 6. n. fin.* Speculat. *in titul. de libell. oblat.* §. *nunc dicendum, nu.* 20. Poſtremo ac-
17 cuſator † debet ſubſcribere libellum ſive accuſationem ad pœnam talionis, *l. libellorum. ff. eod tit.* ſed hodie hæc ſubſcriptio eſt ſublata rationib. dictis per Bartol. *in l. libellorum. ff. de accuſ.* Sed quotiens expreſſe apparet
18 de calumnia accuſatoris, poteſt puniri arbitrio judicis, & in eadem ſententia, quā abſolvitur reus. Verū tutius erit, quod reus admoneatur, ut ſe defendat occaſione calumniæ ſecundum Bart. *in l. athletas. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* & difficultas
19 eſt cognoſcere, quando quis † per calumniam accuſavit, dicetur infra.
20 Nota & limita regulam, quod lite † & accuſatione pendente, accuſatus ad honores non admittitur, & per atrocitatem delicti concurrente infamia fit ſuſpenſio beneficii & officii, donec cauſa finiatur. Innocent. *in c. 1. de accuſ. lib 6.* Plura deniq; de libellorum ſive accuſationū cumulatione, mutatione, emendatione, clauſulis & proteſtationib. cum harum aliorumque actorum editione, vide in proceſſu civili *in titul. 34. & 2 ſeq.*
21 Forma † libelli in actione injuriarum criminali: Mit vorbehalt aller rechtlichen Nothturfft/ꝛc. bringet der E. vnd G. N. von N. für ſich ſelbſt erſtlich/zum zweyten von wegen der Erbarn vnd Tugendſamē ſeiner Haußfrawen/ vnd letzlich von wegen ſeines Sohns N. nachfolgende peinliche Klag vnd Zuſpruch wider N. von N. kürtzlich ſagende/wiewol er vnd die ſeinen ohne vngebührlichen Ruhm zu melden/die Tag jhres Lebens ſich aller Erbarkeit vnd Tugend befleiſſen/vnd ſich anderſt nit/dann wie einem frommen Ehrlichen vom Adel zuſtehet vnd geziemet/dermaſſen erzeigt vnd verhalten/ daß es jhnen bey männiglich vnverweißlich geweſen/derwegē auch niemands einige vrſach gehabt/auch noch nicht hat/Klägern/ ſein Ehliche Haußfraw/vnd Kinder/an jhren Ehrē ſchmählich anzugreiffē/zubeſchmitzen/ noch injuriiren, Aber daß ohngeacht/vnd zu fordeſt/daß in gemeinen beſchriebenē Rechten ſtattlich verſehē/ auch bey hohen Peenen vnd Straffen verbotten/ daß niemand den andern an ſeinem guten Gerücht / Namen/ Herkommen vñ Leumuth beleydigen/ angreiffen noch ſchmähen ſoll. So hat ſich doch gleichwol der Beklagte N. vō N. den Kläger/ ſein Eheliche Haußfraw/ vnnd ſeinen Sohn N. wiewol ohn einen beſtändigen Grund/ an jhren Adelichen Ehren mit ſchmähligē/ Ehrenrührigen Worten zum höchſten zu injuriren vnd zu beleydigen vnderſtanden/dieſer geſtalt/ daß Beklagter N. am

Digitized by Google

N. am Tag. N. Monats N. diſes noch jetzt lauffenden N. Jahrs allhie zu N. auff dem Marckt / in beyſeyn vieler Ehrlicher vom Adel/vnd andern Biderleuthen geſagt/ wie N. Klägers Sohn nit Ehelich geboren were/vnnd als hernacher deſſelbigen Monats vnd Jahrs Beklagter gen N. komen/ hat er ſolche Ehrenrührige Wort offentlich in der Hoffſtuben vernewert/ vnd widerholet/vnd davon nicht geſättiget geweſen/ ſondern am Tag N. jüngſt verſchienen zu N. in der Herberg bey N. ſolches auch repetirt vnd offentlich geſagt/N. von N. were nicht Ehelich geboren/ dadurch nicht allein N. von N. ſondern auch Klagender N. von N. als der Vatter/ deßgleichen ſein Tugendſame Haußfraw/ ernannts N. Mutter / an jhren wolhergebrachten Adelichen Ehren/zum höchſten geſchmähet vnnd beleydiget / welche Schmach ſie allerzeits zum höchſten zu Gemüth gezogen/nachmals zu Gemüth ziehen/vnd ad animum revociren, vnd nach dem jhnen jhr Ehr vnd gut Gerücht / das edelſte vnnd beſte Kleynot/ſo haben ſie jhrer vnvermeydentlichen Ehrē notturfft nach die Klage anzuſtellen/ nicht vmbgehen können. Dieweil dañ Klagender N. von N. nach klarer Sage der Rechten / nit allein vor ſich ſelbſt / ſondern auch von wegen ſeiner Tugendſamen Haußfrawen/deßgleichē ſeines Sohnes N. welcher noch in ſeiner Vätterlichē gewalt/peinliche Klag vñ actionem injuriarum hat/ſo fordert er von Beklagtem richtige vnd vollſtändige Antwort/vnd nach gethaner Antwort/bittet er im Rechten zu erkeñen vnd außzuſprechen/daß Beklagter N. von N. von N. Klagern/vnnd den ſeinen mit ſolchem ſchmähen gantz vnrecht gethan/vnd jhm ſolch libellirte vnd vnfreundlich injurien zur Vnbilligkeit zugemeſſen/auch derowegen Beklagter / vmb derſelbigen auffgelegten Schmach willē/die da auff veränderten Orten vnd Zeiten mehrmals vernewert/ nach peinlicher Art vnd occaſion aller circumſtantien deß Klagers Perſon / Adeliches Geſchlechts/ Stands vnd Herkommens/vnd vielheit der ſchmähenden Perſon vnd injurien in anſehentliche dapffere Geltſtraff/ſolche in Fiſcum, oder ſonſten in gemeine Kaſten/andern zur Abſchew zu erlegen/zuverurtheilen /vñ zu condemniren, neben erſtattung der Gerichtskoſten/ darumb dañ Klager mit anruffung deß Hoch Adelichen / vnnd Mild Richterlichen Ampts/zum fleiſſigſten bitten thut. Super omnibus & ſingulis petens ſibi jus & juſtitiam adminiſtrari.

Formula libelli in cauſa injuriarum: *Coram vobis, venerabili viro, D. N. judice, &c. ponit & in veſtra curia aſſerit, & in jure proponit.* N.N. *Accuſator contra M. V. malæ fidei notarium ejuſdem curiæ, reum: dicens*

in medio, & proponens dictus Accuſator contra dictum Reum, quod dictus Reus malitioſe & injurioſe, & animo injuriãdi & conviciandi in præſentia plurium honeſtarum perſonarum in curia præſenti, vobis prædicto D. judice N. pro tribunali ſedente & jus reddente & dicente, vocavit dictum accuſatorem falſarium, lenonem, furem, & latronem: & non contentus de præmiſſis, ſed mala malis augmentando, prædictus Reus irruit contra accuſatorem cum ſuo gladio ſeu pugione evaginato, & cum eo dictum accuſatorem in maxilla ejus dextra percuſſit, & atrociter vulneravit, & ipſum interfeciſſet, niſi per circumſtantes prohibitus fuiſſet, & ſuum poſſe fecit occidendi eundem. Quas injurias, tam verbales, quam reales, illico ipſis dictis & factis dictus accuſator ad ſuum animum revocavit, & adhuc revocat, & nollet ipſas ſibi fuiſſe dictas & factas per dictum Reum in loco prædicto, & in præſentia tot bonarum & ingenuarum perſonarum pro centum libris M. S. R. T. F. imo plus vellet dictas centum libras de ſuo patrimonio amiſiſſe, & eas tamen æſtimat, ſalva judiciali taxatione. Vnde cum dictus reus dictam emendam & ſatisfactionem eidem accuſatori facere omiſerit, & omittat, & indebite recuſet, petit & requirit dictus accuſator prædictum Reum ad dandum & ſolvendum dictas centum libras M. S. R. T. F. pro ſatisfactione & emenda dictarum injuriarum, vel in id quod veſtra judiciali taxatione declarandum & judicandum ſeu æſtimandum duxeritis, finaliter condemnari, & condemnatum compelli per vos ante dictum D. judicem N. N. in omnibus, juſtitia mediante: & prædicta petit etiam una cum expenſis in & pro hac lite factis & faciendis: item ſolemniter proteſtatur & petit, ut in hiſce omnibus & in aliis, in quibus decet, ut oportet, veſtrum officium nobile interponatis, haud aſtringens ſe ad ea, duntaxat probanda quæ prædixit, ſed & ea, quæ præſumpta vel confeſſata ſibi ſufficienter videbuntur ad ſuum propoſitum conſequendũ: cui petitioni petit per partem adverſam reſponderi coram vobis, venerabili viro D. N. N. judice, &c.

Forma †libelli in cauſa furti: Vor 2
euch/ ꝛc. Obwol nach Ordnung der Rechten/ Göttlicher vnd natürlicher/ der Diebſtal verbotten/ vnd verdampt wird/ ſo hat doch ſolches vngeacht/ N. ein güldene Mühlſteinene Ketten von gutem Vngariſchen Gold/ ſo N. N. damals eygenthümlich zuſtändig geweſe/ auch nachmals zuſtehet/ imnechſt verſchienẽ Oſtermarck/ vñ Meynung jhme derſelbigen anhängig zumachẽ/ wider ſeinen willen entwendet/ vnnd heimlich weggenommen/ vnd wiewol bedachter N. nach dẽ er in gewiſſe Erfahrung komen/ daß obbemeldter N. ſolchen Diebſtal begangen/ jhne offtmals gütlich erſucht vnd gebetten hat/ daß er ſich erkennen/ vnd jhm dem N. die Ketten wider geben vnnd zuſtellen wolle/

wolle/dieweil er aber dannoch ſolches von jhme in der güte nit hat erlangen mögen/iſt er verurſacht worden/ dieſe Sachē an euch E. W. Richter gelangen zu laſſen/ Bitt demnach noch klagender Theil nach beſchehenē deß Beklagten richtiger Antwort im Rechten zu erkennen vnnd außzuſprechen/ daß jhm Beklagter mehrgedachte Ketten/ oder aber/ da dieſelbige nit mehr vorhanden/den rechten Werth derſelbigē zu geben pflichtig vnnd ſchuldig ſey/ Solches/ꝛc.

Margaritæ Criminales.

Accuſatio in criminibus privati ſoli illi, cuius intereſt, committitur. Jac. Bell. *l.3.c.19.n.6.*

Accuſatio fit ad inſtantiam partis Bell. *lib.2.cap.6.in princip.*

Accuſatio contra torturam requirit poſtulatam. Hippol. *in* §. *nunc videndum. n.27.& ſeq.*

Accuſatio de vulnera facta, ſecuta morte, an teneat locum accuſationis de morte. Hip. *in* §. *ſequ. nu.21. & 2.ſeqq.*

Accuſatio ſi ſupervenit pendente inquiſitione, an inquiſitio ceſſet. Hipp. *in* §. *conſtante. n.29.*

Acculatio ſi fiat contra aliquem de crimine tanquam commiſſo, tali tempore vel loco, & probatur de alio tempore vel loco abſolutio ſequi debet, licet crimen plene probatum fuerit. Hipp. *in* §. *& quia. n. 12.*

Libellus an requiratur, quando officium judicis imploratur. Hip. *in* §. *opportune. n. 70.*

Libellus ineptus deſtruit ſequentia. Hip. *in* §. *ſecundo n.87.*

Libellus obſcurus in criminalibus an admittatur Battirier. *in reg.6. n.1.2.& 5.*

Libello detrahi aut addi an & quādo poſſit. Bart. *in reg.76.n.10.*

Libellus injuriarum judici oſtēdi debet, antequam porrigatur. Bell. *lib.1.c.17.n.31.& c 18.n.2.*

Libellus non fit per fiſcum in re criminaliter intentata ex officio. Damh. *c.30.n.1.*

Libellos criminum oportet eſſe clariſſimos. *c.30.n.4.*

Libellos non oportet carere ſubſtantialibus. *ib.n.5.*

Libelli non egent cōcluſionibus in criminibus criminaliter intentatis. *ib.n.7.*

Libellus accuſatoris ex conſuetudine quid concludit. *ib.n.8.*

Libellus in actione injuriarum concludit aut civiliter, aut criminaliter. *ibid. n.12.*

Libello ſuper criminali jura admittunt reo deliberationem. Damhoud. *c.31.n.1.*

CAPUT VIII.

Quæ perſonæ accuſare poſſunt vel non.

SUMMARIA.

1 *Omnes perſonæ, quæ à jure non prohibentur, accuſare poſſunt.*
2 *Id quod à jure prohibitum non eſt, videtur eſſe conceſſum.*
3 *Mulier an ad accuſandum admittatur.*
4 *Quibus in caſibus accuſationem inſtituere poteſt.*
5 *An in judicio criminali intervenire poſſit.*
6 *Pupillus accuſare non poteſt, & cur.*
7 *Quibus in caſibus adultus accuſare poteſt.*
8 *Carentes ſenſu vel intellectu an accuſare poſſint.*
9 *Adultus major* 20. *annis, an ad accuſandum admittatur.*
10 *Infantes & furioſi accuſare non poſſunt.*
11 *Propoſitum & voluntas in judiciis an requiratur.*
12 *Mutus an accuſare prohibeatur, & quid de ſurdo & mente capto.*
13 *Miles an ad accuſandum admittatur.*
14 *Magiſtratus durante officio conveniri vel accuſari non poſſunt: & in quibus caſibus conveniri poſſunt.* n. 15.
16 *Infames ad accuſandum non admittuntur: ſicut & criminoſi.*
17 *Infamibus portæ judicum ac principum patere non debent: ita & dignitatum.*
18 *Condemnati in publico judicio an accuſare poſſint.*
19 *Infames infamia juris & facti qui vocentur.*
20 *Infamia quatuor effectus producit.*
21 *In quinque caſibus infames accuſare poſſunt.*
22 *Habentes duos accuſatores an à tertio accuſari poſſint.*
23 *Accipientes præmium vel pretium ad accuſandum, an accuſationem inſtituere poſſint.*
24 *Teſtis pecuniam pro teſtificando recipiens, an teſtimonio repellatur.*
25 *Servi an accuſare prohibeantur.*
26 *Inimicus an ad accuſandum admittatur.*
27 *Inhabiles an ab accuſatione repellantur.*
28 *Alumnus alimentatorem ſuum an accuſare poſſit.*

29 *Alum-*

Digitized by Google

29 *Alumnus contra vitricum, an accuſationem inſtituere poßit.*
30 *Socius eiuſdem criminis an contra ſocium accuſationem inſtituere poßit.*
31 *Frater fratrem an jure accuſare poſsit.*
32 *Quibus in caſibus poßit.*
33 *An in criminibus capitalibus poßit.*
34 *Frater naturalis an fratrem ſuum accuſare poßit.*
35 *Maritus uxorem ſuam de adulterio accuſare prohibetur, & quando: item quid de patre uxoris.* n. 36.
37 *Mulier propter adulterium dotem perdens, an alimentis privetur.*
38 *Accuſare volentes, ſine mora accuſationem inſtituere debent.*
39 *Renuncians expreſſe accuſationi, an accuſare poßit.*
40 *Ferens teſtimonium falſum in aliqua accuſatione, an ab ea repelli poßit.*
41 *Facientes pacem de vulneribus ſibi illatis an accuſare poßint.*
42 *An quis ad accuſandum admittatur in privato crimine.*
43 *Accuſatus de crimine publico, an accuſatorem ſuum accuſare poſsit: & quid in maiori delicto.*
44 *Pauper an accuſationem inſtituere poßit.*

1 Regulariter omnes † ad accuſandum admittuntur, qui à jure
2 non prohibentur, cum quod non † eſt à jure prohibitum, conceſſum eſſe cenſetur. *Vul. l. 1. ff. de poſtu. l. ab ea parte. ff. de probat.* Hippol. de Marſil. *in conſ.* 84. *col.* 1. Odofred. *in rubric. de delat. num.* 4. *lib.* 10 Prohibentur itaque accuſare alii propter
3 ſexum, ut mulier † *l. qui accuſare.* 8. *ff. de accuſat.* quæ propter ſexus pudorem fragilitatem ac imbecillitatem accuſare non poteſt, ut *in l. de crimine.* & ibi Bald. & Salicet. *C. qui accuſ. non poſſ.* neque mulieres actionem popularem intendere poſſunt, ut *l. mulieri. ff. de popul. action.* Decius *in l. fœmina. num.* 26. *ff. de reg. jur. l. alienam.* 18. *Cod. de procurat.* niſi ſuam ſuorumque injuriam proſequantur, & in caſu defraudatæ annonæ, tutoris inſpectione, crimine læſæ majeſtatis, legis Corneliæ, teſtametariæ, in crimine hæreſis, item ſacrilegii, ac in crimine Simoniæ, ut Salicet. *in dict. leg. de crimine. num.* 2. *& in l. uxor.* ubi Bald. & Angel. *Cod. qui accuſar. non poſſ. l.* 1. *&* 2. *ff. de accuſat.* §. 1. *Inſtitut. de ſuſpect. tutor.* Angel. *in tract. maleficior. in verſ. & ad querelam Titij. num.* 16. Gandin. ſingular. *in tract. maleficior. ſub rubric. qui accuſ. poſſ. in princip.* ubi ponit † mul- 4
tos caſus, in quibus mulier ad accuſandum admittitur, Speculat. *part.* 1. *tit. de accuſat. verſ. item quod eſt mulier.*

lier. ubi enumerat novem fallentias, 5 ubi fœmina † poteſt eſſe in judicio criminali, & illis caſibus, in quibus mulier ad accuſandum admittitur, de jure canon. non tenetur ſe ſubſcribere ad pœnā talionis, nec præſtare fideiuſſionem de lite proſequenda, ut eſt gl. notab. *in cap. in ſumma*. 11. *qu*. 8. & gl. *in cap. ſuper his. extra de accuſat*. Alber. *in l. de crimine. Cod. qui accuſ. non poſſ*. Bartol. *in l. qui accuſare*. 8. *n*. 5. *ff. de accuſat. & in ſcript*. Dec. *in l. fœmina. num*. 62. *ff. de reg. jur*. ubi dicit, quod jus vindictæ non competit fœminis, ſed maſculis. Angel. *in tract. malefic. in verſ. & ad querelam. n*. 17. Vel propter ætatem, 6 ut pupillus, † cui ſimiliter prohibita eſt accuſatio propter carentiam rationis intellectus, ut *in l. 1. & 2. ff. de accuſat. & inſcript*. Bartol. *in l. 2. §. pupillus. in princip. & in l. qui accuſare*. 8 *n*. 4. *ff. de eod. tit*. Angel. *in tract. malefic. in verb. & ad querelam Titij. num*. 29. ubi diſtinguunt hoc modo, videlicet quod aut pupillus eſt maior infante, & tunc cū autoritate tutoris accuſare poterit, alias ipſe tutor. Salicet. *in l. ſi cautiones*, 2. *n*. 4. *C. qui accuſ. non poſſ*. quando maxime ſuam ſuorumque injuriam proſequuntur, ut Cyn. *in d. l. 2. C. de his qui accuſ. non poſſ*. & ideo accuſatio facta ab iſtis hominibus inhabilib. eſt nulla, ſi excipiatur, Bartol. *in leg. 1. §. accuſationem. ff. ad SC. Turpill*. Alex. *in l. in provinciali. §. fin. ff. de nov. oper. nunciat*. ubi Imol. & Roman. Salic. *in l. clarum. C. de autorit. judic. præſt*. Angel. Areti. *in l. 1. de judic*. aut eſt adultus, & minor † tamen 7 annis 20. & nō poteſt accuſare, ſi non habet procuratorem generalem, quia tunc in eo idem, quod in pupillis alias ſe habet, niſi in crimine adulterii, læſæ majeſtatis & defraudatæ annonæ Angel. *in tract. malefic. tit*. 5. *n*. 29. *verſ. tu ante alleg*. Abb. *in c. 1. extra de accuſat*. & Bald. *in rubric. C. de his qui accuſar. non poſſ*. dicit; *illi* 8 *qui* † *carent mente, ſenſu vel intellectu accuſare non poſſunt, ut prodigus, mutus & ſurdus*. Angel. *in §. præterea col*. 13. *Inſtitut. de exception*. Bart. *in rubric. ff. de accuſat*. Alex. *in leg. in provinciali. §. ſi in publico num*. 8. *ff. de nov. oper. nunciat*. dicit, quod communis opinio eſt, quod ſi adultus † 9 eſt maior 20. annis, poteſt accuſare, etiamſi non proſequatur ſuam injuriam. Azo *in ſumma Cod. in rubric. num*. 4. *Cod. de his qui accuſ. non poſſ. per l. clarum. Cod. de autor. jud. præſt. l. ſi maritus. §. lex Iulia*. argum. à contrario ſenſu. *ff. ad leg. Iul. de adult*. Alex. *in conſil*. 74. *volum*. 1. *& in conſil*. 178. *volum*. 2. Infantes † & furioſi 10 accuſare non poſſunt. Ratio eſt quia quæ vident, ignorant, nec in eis ulla eſt voluntas. *l. in negotiis*. 5. *l. furioſi* 40. *ff. de regul. jur. l. 1. Cod. de fal. monet. leg. quod infans. ff. de rei vindic*.

Bald.

Bald. *in rubric. num. 3. Codic. de his qui accuſ. non poſſ.* Et iſti repelluntur à quolibet crimine tam publico, quam privato, quia in judiciis
11 † requiritur voluntas & propoſitũ, quod iſti non habent, cum ad pœnam talionis non poſſint ſcribere; ergo repellendi, ut in leg. *qui crimen.* 3. *Cod. de his qui accuſ. non poſſ.* & accuſationem ſuam uſq; ad finem proſequi & ſub re eandem pœnam, ſi non probabit, quam ſubiturus eſſet reus, ſi contra eum crimen probatum eſſet, ut *in cap. tuæ. extra de procurat.* Salicet. *in leg. qui crimen. 3. n. 8. Cod. de his qui accuſ. non poſſ.* Bartol. *l. ſi cui crimen. 7. in princip. ff. de accuſat. & inſcript.* quæ forma ſub. non requiritur, ubi agitur per viam inquiſitionis ſecundum Bald. & Salic. *in l. qui crimen. 3. num. 8. Cod. de his qui accuſ. non poſſ.* Alex *in apoſtill. ad Bart. in l. ſi cui 7. ff. de accuſat.* Idem voluit Speculat. *in tit. de accuſat. nu. 7. verſ. item excipitur cap. prohibetur. 2. qu. 1.* & Angel. *de maleſic. in verſ. & ad querelam tit 7. num. 19.* qui dicit, quod propter fragilitatem & carentiam intellectus, iſti accuſare non poſſunt. *leg. 1. & 2. dig. de accuſat.* Imol. & Roman. *in leg. de pupillo. digeſt. de oper. nov. nunciat.* Barbar. *in rubric. ff. de accuſat.* Alex. *in leg. in provinciali. §. fin. digeſt. de nov. oper. nunciat.*
12 *in conſil. 74. volum. 1.* Hoc † idem de muto, ſurdo & mente capto Angel. *de maleſic. in verſ. & ad querelam Titij. n. 30. & in §. praeterea col. 12. verſ. 3. Inſtit. de exception.* Alii propter Sacramentum, ut qui ſtipēdia merent. *leg. qui accuſare. 8. ff. de accuſ. leg. non prohibentur. 8. leg. ſi crimin. 10. C. de his qui accuſ. non poſſ.* videlicet milites † 13
cum & hi accuſare prohibētur, quia debent ſuos cives defendere, & caſtris inſiſtere, nec verſari circa lites, & eſſe terribiles inferioribus. Bald. *in rubric. n. 2. & l. non prohibentur. 8. C. de his qui accuſ. non poſſ.* niſi ſuam ſuorumque injuriam proſequantur, & quare miles accuſare prohibeatur, reſpondet text. *in l. mulierem. 13. verſ. milites. ff. de accuſat.* quod milites pro pace excubare habēt ut à ſuſceptis evocentur, quæ ſuſcepta jurant firmiter obſervare, *leg. mulierem. 7. C. de procurat. l. qui accuſare. 8. ff. de accuſat.* Odofred. *in rubric. de delat. n. 8 libr. 10.* & Salicet. *in l. non prohibentur. 8. Cod. de his qui accuſar. nõ poſſ.* ſed quia milites noſtri temporis non jurant prædicta, ideo indifferenter ad accuſandum admittuntur, ut cõmuniter concludunt omnes Dd. *in d. l. non prohibentur. 8.* ubi & Salicet. *C. de his qui accuſ. non poſſ.* gl. Bart. & Dd. *in l. milites C. de procur.* Speculat. *in tit. de accuſat. verſ. item excipitur, quod eſt miles.* Gandin. *in rubric. qui accuſar. non poſſ. verſ. item milites.* Alii propter magiſtratum, ſeu poteſtatẽ,
† cum & hi accuſare non poſſunt, 14
qui

qui ſunt in officio ſeu magiſtratu; Ratio eſt, quam allegat Angel. Aretin. *de malefic. num.* 31. quia durante officio convenire non poſſunt, *leg. nec magiſtratus. ff. de injur.* & minus retineri poſſunt. *leg. fin. C. de accuſat.* Speculat. *in tit. de accuſ.* §. 1. *verſ. item quod eſt magiſtratus.* fallit tamen in aliquibus caſibus, de quibus *in tit. ff. de juriſdict. omni jud. & in l. quemadmodum. §. ſi magiſtratus.* & ibid. Florian. *ff. ad l. Aquil.* Bart. *in l. hos accuſare* 12. *in princip. ff. de accuſat.* nam magiſtratus de delictis factis in officio bene conveniri poteſt, ut eleganter Roman. *in conſil.* 415. nec non
15 etiam officialis † publicus durante officio ſyndicari poteſt, ut Bartol. *in l. niſi. §. fin. ff. de tutela. & ration. diſtrah.* ſed de delictis ante conveniri non poſſunt, ut Jaſon. *in l. 2. num.* 1. *& ſeq. ff. de in jus vocand.* Paris de Put. *in tract. de ſyndicat verſ. an ſi poteſtas n.* 21. & quaſi per totum Odofred. *in rubric. de delatorib n.* 8. *lib.* 10. *leg. ſi maritus.* 15. *digeſt. ad leg. Iul. de adult.* Alii propter delictum proprium, ut infames: nam infamis & criminoſus
16 † accuſare non poteſt, ſecundum canon. & jura, ut *in c. omnes. 6. quæſt.* 1. *& c. qui ſunt.* ubi dicitur, quærendum eſt in judicio, cujus ſit converſationis & fidei qui accuſat, quia in-
17 famibus † portæ principum & judicum patere non debent, ut Jaſon. *in proœm. feudor. n.* 132. & gl. notab. in *c. in omni negotio verſ. item conſuevit. extra de teſtibus.* hoc idem Bartol. & Angel. *in l. qui judicio. ff. de accuſat.* & ibi dicit idem Angel. quod ſi ex forma ſtatuti creditur accuſatori damni dati, vel alterius criminis, non tamen credetur, ſi ipſe accuſator vel denunciator ſit infamis, infamia facti. Et cum hoc in facto occurriſſet, ita deciſum & judicatum obtentum fuit, ut dicit Hippol. de Marſil. *in leg. maritus. num.* 38. *ff. de quæſt.* Bartol. *in leg. qui accuſare num.* 6. *verſ. item hic dicitur. ff. de accuſat.* maxime in
condemnatis † in publico judicio 18
Cyn. & Salicet. *in leg ſi magnum* 13. *C. de his qui accuſ. non poſſ.* Bald. *in rubric. num.* 5. *Cod. eod. tit.* ubi enumerat caſus ſeu perſonas, quæ ab accuſando repellũtur. Ratio eſt propter p̃ſumptam calumniã, quia ſemel malus ſemper præſumitur malus. *l. Caſſius. ff. de ſenator.* vel ſecundũ Cyn. *in l. qui crim.* 3. *C. de his qui accuſ. non poſſ.* ſi accuſator nõ probaret crimen objectum, perderet exiſtimationem & famam. *leg fin. C. de accuſat.* ſed cum infamis jam amiſerit: ergo. In certis tamen caſibus infamis admittitur, ut Angel. *de malefic. in verſ & ad querelam Titij n.* 23. ubi late. Et qui di-
cantur infames † infamia juris aut 19
facti, vide Jaſon. *in l. cunctos populos. lect. 2. num.* 44. *& ſeqq. C. de ſum. Trinit. & fid. Cathol.* Odofred. *in l. continet. n.* 4 *ff. quod met. cauſ.* Florian. *in leg.*

leg.quæſitum.nu.2.ff. de teſtib. Et aduerte, quod infamia † quatuor effe-
20 ctus producit, ſecundum Bald. *in lib. ſtatutorũ in verb. infamia.* & idem *in l.frater.in princip.Codic.de inoffic.teſtamen.* quod nota qui infamia ſola in aliquibus criminibus eſſe ſufficiens indicium ad torturam Bald. ſingul. *in conſil. 95. numero 6. volum. 1.* fallit tamen in quinque caſibus, vbi
21 † infames accuſare poſſunt; Primo, ſi ſuam ſuorumque iniuriam proſequuntur; Secundo in crimine læſæ majeſtatis; Tertio, in crimine ſimoniæ; Quarto, in crimine hæreſis; Quinto, in crimine fraudatæ annonæ, vt Tancred. *in tit.qui accuſ.poſſ.* Speculat. *in tit. de accuſa.num.2. ver. item quod eſt infamis.* Bald. *in rubric.* vbi gl. *Cod.de his qui accuſar.non poſſ.* Ang. *de maleſic.in verſic.& ad querelam Titij.num. 23.* rationem aſſignat propter præſumptam calumniam: ad accuſationem non admittuntur, quia ſemel malus, &c. *in dict.leg.Caſſius. ff. de ſenat. cum vulgar. c. ſemel malus.de regul.Iur.in 6.* Alij propter turpem quæſtum, vt qui duos ha-
22 bent † accuſatores, à tertio itidem accuſari prohibentur. *l.cum rationibus.16.Codic.de his qui accuſ.non poſſ.* Ratio eſt, vt euitetur ſuſpicio turpis quæſtus, vt dicit Bald. & Salicet. ibi, *ſupra primo. tit. de accuſatore.* Addit aliam, ne vna per aliam impediatur. Tu tamen dic, vt per Bald. *in d. l. cum rationibus. 16. in fin. Cod. de his qui accuſ. non poſſ.* quod aut plures accuſantur in vno libello; ſeu querela de eodem facto aut connexo, & tunc eodem tempore accuſari poſſunt, aut plures accuſantur de diuerſis factis eodem tempore in vno libello, & tunc accuſari non poſſunt, in duobus poſſunt, vel aut inſtantia duarum accuſationum pendet de diuerſis factis, & tunc tertius accuſari non poteſt, & in hac materia vide ſingul. Bartol. *in l. hos accuſare.12.§.lege Iulia.2.ff. de accuſat.* Alexan. de Modern. *in l.ſi idem in eodem.ff.de iuriſdict.omn.judic.* Salicet. *in l.ſi quis homicidij.11.num.9.Cod.de accuſat.* Bartol. *in l.libellorum.3.§.ſed & ſi aliud.3.l.ſenatus.14.ff. de accuſa.* Speculat. *in tit.de accuſat.in princip. num.1.* Item qui præmium † vel pre- 23
tium accipit, vt aliquem accuſet, à jure omnino eſt repellendus. *l. qui accuſare.8.ff. de accuſat.* Ang. *de maleſic.in verſ.& ad querelam Titii.n.32.* & ibi Bartol. *in apoſtill.* Speculat. *in tit. de accuſ.num.12. verſ. item quod ipſe recipit pecuniam.* Et ratio eſt ob turpem quæſtum, & is tenetur crimine concuſſionis, ac etiam pœna falſi. *leg.1. §.1.ff. de leg. Cornel. de falſ. & de SC. Libonia.* & ibi Hippol. de Marſil. Et ideo ſi teſtis † ob pecuniã 24
receptam ad teſtificandum accedit, à limine judicij repellitur gl. notab. *in l. qui judicio 4.in fin.* & ibi Bartol.

ff.de accuſa. Et eodem modo accuſator ab accuſando repellitur pecunia recepta Bartol. *in l. is qui in iudicio. in fin. ff. de accuſ.* Bald. *in c. 1. col. 2. tit. ſi de inueſtitur. int. domin. & vaſallis oriat. in vſibus feud.* Felin. *in c. licet cauſam. extra de probat.* Hippol. de Marſil. *in ſingul. 112. incip. in ore duorum.* Alij propter ſuam conditio-
25 nem, vt ſerui † familiares. *l. e. vix certis. ff. de iudic.* Azo. *in ſumma n. 4. C. de his qui accuſ. non poſſ.* qui de iure itidem accuſare non poſſunt, *l. penult. & vlt. C. de his qui accuſ. non poſſ.* Ratio eſt, quia iſtis non permittitur dirigere calcaneum contra dominum ſuum, *in l. 1. C. de libert. & eor. liber.* Et nulla peſtis eſt efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. *l. facultas. in fin. C. de iur. fiſci, lib. 10.* Odofred. *in l. ſeruum. n. 12. de delat. & in rubric. n. 13. eod. tit.* Tamen fallit in crimine læſæ maieſtatis, ſimoniæ, hæreſis ac defraudatæ annonæ, hoc idem Gandin. *in tracta. maleſic. ſub rubric. qui accuſar. poſſ. verſ. item repelluntur filii liberti.* Bart. *in l. qui tantum. 11. §. liberi. 1. ff. de accuſat.* Feli. *in c. null. extra de accuſ.* vbi ponit quatuor limitationes. Philipp. Dec. *in c. dilecti. col. 4. circa medium. extra de except.* Bald. *in rubric C. de his qui accuſ. non poſſ.* Angel. Aretin. *de maleſic. in ver. & ad querelam Titii num. 21.* Oldrad. *in conſ. 145. incip. quæritur.* Roman. ſingul. *in conſ. 152.* quod not. Odofred. *in rubri. de delator. n. 9. lib. 10.* Inimicus † etiam accu- 26
ſare nõ poteſt Bald. Imol. & Moder. *in l. is qui reus ff. de public. iudi.* & maxime capitalis de iure canon. Secus de iure ciuili Angel. *in tract. maleſic. verſ. & ad querelam Titii. num. 36.* Abb. ſingul. *in ca. 1. extra de accuſat.* Ratio eſt, quia ſi non poteſt eſſe teſtis, minus poteſt eſſe accuſator vel inſtigator. *iuribus ſupradictis.* & Angel. *de maleſic. d. verſ. n. 26.* gl. notab. *in c. ſi legitimus. ca. cum oporteat. & ca. cum P. Manconella extra de accuſat.* Specul. *part. 1. tit. de accuſa. §. 1. verſ. item. quod eſt inimicus.* allegat. text. *in c. per tuas. de ſimon.* Angel. *in l. qui accuſare. 8. ff. de accuſat.* Admittitur tamen ad accuſandum in crimine læſæ maieſtatis hæreſis, ſimoniæ, & ſimilium. Vbi † inhabiles ad 27
accuſandum admittuntur Anchor. *in d. c. cum P. Manconella. de accuſat.* Roma. *in conſil. 124.* incip. *in propoſita.* Alexan, *in conſ. 125.* incip. *viſa inquiſitione in fin. vol. 4.* Bartol. *in leg. 3. §. fin. ff. de adim. legat.* vbi declarat, quæ dicantur capitales inimicitiæ & grauiſſimæ, quod nota & tene menti, & quis dicatur grauis inimicus. Bald. ſingul. *in conſil. 138. n. 1. vol. 3.* & quomodo probetur capitalis inimicitia. Bald. *in conſil. 41. n. 4. vol. 5.* Iaſ. *in l. procuratoribus. n. 4. C. de procur.* Grammat. *in conſil. 44.* Hippol. de Marſil. *in conſ. 28.* Alumnus quoque

† ali-

Digitized by Google

28 † alimentorem ſuum accuſare nequit. *l. iniquum. 17. C. de his qui accuſ. nõ poſ.* Ratio eſt, quia pro bono malum quis retribuere non debet Bald. *in d. l. iniquum C. eod. tit.* Et quemadmodum filius contra patrem accuſationem inſtituere non poteſt. *l. hi tamen. 11. §. liberi 1. ff. de accuſat. & l. ſi magnum 13. C. de his qui accuſ. non poſ.* Et hoc propter ſanguinis coniunctionem, quia ſi patrem natus accuſaret, poſſet pater filium legitima ſua priuare. Dd. *in auth. non licet. C. de liber. præterit.* Idem eſt dicendum
29 de alumno † contra vitricum, qui quaſi filius cenſetur. Salicet. *in l. iniquum. 17. n. 4. C. de his qui accuſar. nõ poſſ.* Ad accuſandum admitti tamen non poſſent pro atroci iniuria, vt eleganter Salic. *in d. l. iniquum. n. 4. & 8. C. de tit.* Angel. *de malefic. in verſ. & ad querelam Titij. n. 26.* Hoc tamen fallit, niſi nutritus vellet proſequi ſuam vel ſuorum iniuriam, qui tunc vitricum accuſare poterit, & in aliis caſibus à iure expreſſis, vt in crimine læſæ maieſtatis, defraudatæ annonæ
30 vel ſimilibus caſibus. Socius item † eiuſdem criminis ſimili modo repellitur: ratio eſt propter delicti participationem, quia nil doloſius doloſo. Bald. *in rubr. C. de his qui accuſ. non poſſ.* Gandin. *in rubric. qui accuſ. poſſ. verſic. item quod eſt ſocius.* Bart. *in l. qui accuſare 8. n. 8. ff. de accuſ.* Idem *in l. idem eſt. §. ſi tibi. ff. de condict. ob turp. cauſ. l. ſi filium.* & ibi gl *in verb. deeſt C. de liber. cauſ.* Angel. Aret. *de malefic. in verſ. & ad querelã Titii. n. 35.* Alex. *in cõſ. 127. vol. 4.* Specul. *part. 1. tit. de accu. §. 1. v. itẽ repellitur, quod fuit ſocius.* Fallit tamen in crimine ſimoniæ pro papatu habendo. *c. ſi quis diſt. 79.* in crimine læſæ majeſtatis. *c. nemini. 15. qu. 3.* in crimine hæreſis & falſæ monetę. *l. 1. C. de falſ. monet.* Angel. *in l. qui accuſare, 8. ff. de accuſa.* & in aliis caſibus, de quib. *ibi per eũ. & in l. fin.* & ibi Dd. *ff. de quaſi. & ca. veniens. extra de teſtib.* Alij propter cõſanguinitatem, vt frater, † qui fratrẽ 31
accuſare non poteſt. *l. ſi magnũ. 13. C. de his qui accuſ. nõ poſſ.* Ratio eſt propter coniunctionem ſanguinis, quæ eſt immutabilis, vel ꝓpter indignationem & contumeliã ſanguinis ſecundum Bald. *in rubric. C. de his qui accuſ. non poſſ.* ſed in leuioribus † cri- 32
minibus bene frater fratrẽ accuſare poterit ſecundum Salic. *in d. l. ſi magnum. C. de his qui accuſ. non poſ.* Ang. *de malefic. in verſ. & ad querelã Titii. n. 22.* Gandin. *in rubri. qui accuſ. poſſ. verſ. item frater non auditur.* ꝗ limitat prędicta, hoc videlicet modo, aut
frater † inſtituit querelã contra fra- 34
trem in crimine capitali, & tunc non admittitur, niſi proſequatur ſuã vel ſuorum iniuriam, quia tunc admitteretur, ſicut dicitur de matre, *l. propter 14. leg. ſi ſororem. 18. Codic. de his qui accuſar. non poſſ.* Salicet. & Alber.

Dd 2 in l.

*in l.ſi magnum.*13.& Dd.Modern. ibi *Codic. d. tit.* quod etiam ſi extendat
34 † ad fratrem naturalem, & ſororem. Raphael Cuman.*in conſil.107.*& Anchoran.*in conſil.103.*Hippol.de Marſil.*in ſingul.39.* Speculat.*par.1. tit. de accuſat.num.4.*ibi, *item quod eſt frater.*aut in leuioribus, & tunc poteſt
35 *juribus prædictis.* Maritus † vxorem ſuam de adulterio accuſare non poteſt, ſi ipſe maritus de adulterio ſiue lenocinio ante conuincatur, per vulgatam regulam, *dolus cum dolo compenſatur.*text.*in l.ſi vxor.13.§.judex 5.ff. ad leg. Jul. de adult.coercend.* Angel.*de maleſic.§.che hai.n.32.* vide Gandin. *in tit.qui accuſar. poſſ.n.19.* Et cum prædictis autoritatibus aduocati conſueuerunt defẽdere mulieres, vel pœnam diminuere. Sed aduerte, quod ſupra dicta lex hodie eſt correcta per *auth. vt nulli judic. §.adulteri. collat.9.tit.17.nouell.134.*
36 Maritus vxorem † ſuam accuſare ꝓhibetur de adulterio poſt quadraginta dies, & pater vxoris quoq; repellitur *l.jure mariti. C.ad leg. Iul. de adult.* Gandin. *in tit.de accuſ.poſſ. n.22.* Item repellitur maritus accuſare vxorem ſuam de adulterio, ſi primo eam repudiauit, & mox approbauit mores eius. *d.l.ſi vxor.ff.de leg. Iul. de adulter.* quod ꝓ muliere notat Bald. *in conſ.303.*incip.*ipſa dos. n.257. vol.3. & in conſ.6. n.1. & ſeqq.vol.5.* idem *in l.1.§.illud.C.de rei vxor. action.* Alex. *in l.cum mulier.n.2.& in l. moram. in fin.ff.ſolut.matrim.l. caſtitati & l.ſine metu. C. ad leg. Iul. de adult.* Poſtea mulier † quando ipſo jure alimentis 37 priuatur, vide Freder. de Senis *in conſ.276.* Cuman. *in conſ. 154. & 175.* Bartol.*in conſ.75.*incip.*domina poteſtate.* Et quando perdit dotem ac bona paraphernalia, vide Caſtrenſ. *in conſil.121.*incip.*reuocatur in dubium. conſil.428.& conſil.402.vol.1.* idem *in l.ſororẽ.C.de his,qui. vt indig.* Signorol.de Homod.*in conſ.50.*incip. *quæſtio prima, &c.* vbi tres ponit caſus, quãdo maritus, aut ignorat, aut dubitat.Iaſ.*in l.2.n. 6.ff. ſolut. matrim.l. in arenam. in fin. Codic. de inoffic. teſtam.* Roman. *in ſingul. 312.* incip. propter adulterium Carer. *in ſua pract.crim.n.253.vſq; ad n.264.* Hippol.de Marſil.*in l.patre vel marito.ff. de quæſtion. & in l.1.§.item diuus.n.4. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* idem *in ſingul.234.*incip.*paria delicta.* Item, qui † accuſare volunt, ſine mora accuſa- 38 re debent; aliter enim propter tarditatem judex pro reo præſumet, pro quo etiam reo orietur judicium, ſecundum Iaſon. *in §. fuerat. Inſtitut. de action.* Si qui renunciauit † ex- 39 preſſe accuſationi, aut tacite, ad accuſandum non admittitur: ratio eſt, quia remittentibus actiones ſuas, non eſt amplius dandus regreſſus. *l. accuſationem.6.l.ſi ea quæ.7. Codic. de his qui accuſ. non poſſ. l. quæritur. §. vendi-*

venditor.ff.de ædilit.edict. Et hoc, referente Angelo, propter varietatem & inconſtantiam eius euitandam. *l. in cauſa. in princip. ff. de procurat.* Bartol. *in l.3.§.ſi his.ff.de ſepulch. violat.& in l.ſi maritus.§.ſi negauerit. il. 2.n.4.ff.ad leg.Iul. de adult. coercend. c.per tuas. extra de probat. & in l. generaliter.Cod.de non nume.pecun.* ibi. *dignum quippe videtur, vt quod ſua quiſque voce propria dilucide proteſtatus eſt, id in eundem caſum proprio teſtimonio infirmare valeat.* Petr. de Bella pertic.& Alberic. aliter diſtinxerunt, vt ibi per eos, quam diſtinctionem approbat Henric.Boich. *in c.crimina.extra de colluſ.detegend.* tu tamen vide copioſe ea, quæ dixit Her. *in apoſtil.ad Angel. Aret.de maleſic.in verſ.& ad querelam Titij.n.21. & in v.4.principaliter.n.22.* Abb.& Modern. *in c. veniens. extra de accuſat.*

Alij propter ſuſpicionẽ calumniæ
40 ab accuſando repelluntur, vt illi † qui falſum teſtimonium ſubornari tulerunt in aliqua alia accuſatione. Sic inſtituens querelam alieno non auditur *l.ſi cautiones.2.Cod.de his qui accuſ. non poſſ.* ratio eſt ob præſumptam calumniam, ceſſantem tamen in eo, qui accuſat neceſſitate ſui officij, vt in tutore, procuratore, actore, ſyndico vniuerſitatis, ac officiali, & quomodo hæ perſonæ accuſationem inſtituere debeant. Bartol. *in l. 2.§.1.ff.de accuſ.* Angel. *in l. pen.§. ad crimen.ff.de publ.iudic.l.alij propter 9.ff.de accuſat.* Bald. *in rubr. C. de his qui accuſ.non poſſ.* Ratio eſt, quia nihil doloſius doloſo, quia præſumptio eſt, quod ſi falſum in alia accuſatione teſtificatus eſt, quod pariformiter in iſta quoque repellendus gl.notab.& Dd. *in l. alij propter.9.ff. de accuſat.argum.l.qui cum maior.§.1.ff.de bon.libert.l.ſi ex falſis.C. de tranſact.* Bald.ſingul. *in conſ.380.n.6.vol.5.* Item, quando memoria defuncti in materia criminis læſæ majeſtatis damnari poſſit, vide Cæpoll. *in conſ. n. 6.* Ludouic.Roma. *in conſ.522.* incip. *de crimine.* Bald. *in conſ.63.n.1.vol.4.* & quid de blaſphematore. Anchor. *in conſ.317.* Deci. *in c.à nobis.n.32.extra de except.* alienigena. *c.accuſatores,& c.canonica.4.quæſt.5.* Speculat. *par.1.tit.de accuſ.n.5.* & bannitis, qui pro mortuis reputantur Bartol. *in l. filius qui in poteſtate n.6.ff. de liber.& poſthum.* Alex. *in l.libertus.la.1.n.1.ff. de in jus vocand.* Præterea, qui † de 41
vulneribus ſibi illatis pacẽ fecerunt. Jul.Clar. *in pract.crim.q.14.* Item in
† crimine priuato regulariter quis 42
ad accuſandum non admittitur, niſi cuius intereſt, & niſi delictum ſit tale, ex quo pœna veniret fiſco applicãda. notat *in rubr.ff.de popul.action.* Jul.Clar. *in q.17.* Sic accuſatus † de 43
crimine publico, ſuum accuſatorem accuſare prohibetur. *l.neganda 19.* &

ibi Bald. *Cod. de his qui accuſ. non poſſ.* Ratio eſt quod non relatione criminum ſed innocentia reus purgari debet. *l. is qui reus. ff. de public. iudic.* Bart. Ang. & Imol. *in l. 2. §. ſi publico. ff. ad leg. Iul. de adult. coercend.* Quod tamen fallit, ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, licet aliqui Dd. dicant, quod aut accuſatus vult reaccuſare accuſatorem de maiori crimine, & poteſt *l. per minorem. ff. de iudic. & l. 1. C. de his qui accuſ. non poſ.* aut minori vel pari, & tunc non poteſt, *l. neganda 19. Cod. eod. dict. tit.* Niſi eſſet præiudicialis ad primam. *leg. quoniam.* & ibi Alex. *C. ad leg. Iul. de adult.* gl. *in c. neganda. 3. quæſt. 9.* Speculat. *in tit. de accuſa. §. 1. verſ. item quod eſt accuſatus.*

44 Alijdenique propter paupertatem, † vt pauper itidem ab accuſando repellitur. *l. nonnulli. 10. ff. de accuſat.* Bald. *in rubric. n. 2. Cod. de his qui accuſ. non poſſ.* Et pauper intelligitur, qui non habet in bonis 50. aureos Bart. *in leg. qui accuſare. 8. num. 2. ff. de accuſat.* fallit tamen, ſi eſt diligens & fidelis Bartol. *in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim.* gl. notab. *in l. nonnulli. 9. ff. de accuſa.* & gl. ſingul. *in c. prohibentur. 2. q. 1.* Speculat. *in tit. de accuſ. §. 1. verſic. item quod eſt pauper.* Alex. *in conſil. 18. vol. 2.* vbi declarat, quis dicatur pauper in cauſa ciuili & criminali. Abb. *in cap. de accuſat.* Bald. *in l. ſi quis ad declinandam col. 3. Codic. de Epiſcop. & cleric.* & Modern. *in auth. præterea. C. vnde vir. & vxor.* Alexan. *in addit. ad* Bartol. *in l. qui accuſare. 8. in verb. pauper. ff. de accuſat.* vbi facit differentiam inter pauperem & inopem: nam pauper dicitur, qui parum habet: inops vero, qui nihil habet, quaſi ſine ope & auxilio. Angel. *in authent. de heredit. & falcid. §. ſi vero abſit. n. 2.* Caſtrenſ. *in l. id quod pauperibus. C. de Epiſcop. & Cleric.* Iaſ. *in l. ſi conſtante 122. & 124. dig. ſolut. matrim.* & quomodo paupertas probetur vide Iaſ. *in leg. ſi vero §. qui pro rei. num. 16. ff. qui ſatisdar. cog.* Bald. *in conſil. 222. num. 2. vol. 1.* & concludit, quod ſolum hoc incõmodum paupertas patitur quod egentibus ſubuenire non poteſt, Bald. *in §. item propter litem inſtitut. de excuſat. tutor. & curat.* Atque tantum de perſonis, quæ accuſare poſſunt vel non: ſequuntur modo eæ, quæ accuſari poſſunt.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Quæ perſonæ accuſari poſſunt, & infra quod tempus.

SVMMARIA.

1 *Quæ perſonæ accuſari poſſunt, & quæ non.*
2 *Mortui quando accuſari poſſunt, vel non.*
3 *Appellatione pendente, ſi reus moriatur, an accuſatio extinguatur.*
4 *Operarii conducti ad laborandum in alieno loco accuſari non poſſunt, niſi per dominum eis fuit proteſtatum. vel niſi ſint ei loco, de quo agitur, vicini.*
5 *Clerici per laicos accuſari non poſſunt, quamuis ſint primæ tonſuræ; hodie tamen ſecus eſt.*
6 *Sacerdotes committentes delicta facinoroſa ſeu atrocia, per judicem laicum accuſari & puniri poſſunt.*
7 *Accuſatus ab aliquo de vno crimine, non poteſt de eodem ab alio accuſari, niſi primus accuſator deceſſerit, vel procedere impediatur.*
8 *Intellectus.* l. libellorum. 3. ff. de accuſat. & inſcript.
9 *Accuſari non poteſt quis poſt lapſum 20. annorum: fallit in caſibus hic poſitis.*
10 *Accuſandi poſt mortem ius durat per quinquennium.*

1 Accuſari poſſunt tam mares † quam fœminæ, tam impuberes quam puberes, *l. pupillum. 111. ff. de regul. iur. l. 23. ff. de furt. l. 14. ff. de SC. Syllan.* Tam liberi quam ſerui. *l. hos accuſare. 12. §. omnibus autem legibus. ff. de accuſat.* & demum omnes, niſi ſint à jure excepti. *leg. 2. Cod. de exhibend. reis.* Accuſari non poſſunt abſentes, contra quos offerri tantum libellus poteſt. *l. abſentem. 6. Cod. de accuſat. l. 2. Cod. de reis exhib.* legati & magiſtratus. *l. hos accuſare. 12. ff. de accuſat.* (nam cuius famæ, eius magis vitæ parcendum eſt. *leg. ſi adulterium. 38. §. penult. ff. ad leg. Iul. de adult.*) & ſerui, in iis, quorum pœna tãtum ciuitatem aut bona adimit. *l. hos accuſare 12. §. omnibus. 4. ff. de accuſat.* mortui † *l. defuncto 6. ff. de public. iudic. l. ex judiciorum. 20. ff. de accuſa. l. fin. ff. ad l. Iul. majeſt.* Quia mortuo reo omnis criminatio extinguitur: fallit tamen in crimine læſæ majeſtatis, Repetundarum, peculatus & hæreſeos *l. ſi cum eo ff. de pœn. leg. ex iudiciorũ. ff. de accuſat.* quibus caſibus propter enormitatem 2

mitatem delicti accuſatio de jam mortuo recipitur. *l. ex judiciorũ. ff. de accuſat.* Item, fallit, ſi accuſatus mortem ſibi conſciuerit, vel etiam ſi poſt litem conteſtatam, vel poſtquam fuerit in ſcelere deprehenſus, mortuus fuerit, notat *in l. ex judiciorum. ff. de accuſat.* Quid autem ac-
3 cuſato † conuicto & condemnato, ſi ab illa condemnatione appellatum fuerit, & pendente appellatione moriatur? Reſpondent ſcribentes criminationem extingui quoad crimẽ, ſed quoad bona appellationem perficiendam eſſe, ſi in illa ſententia bona erant adempta. Jul. Clar. *in pract. crim. q. 51. n. 3.* Gand. *in tit. qui accuſ. poſſ. §. ſed pone.* Accuſari non poſſunt
4 operarij † conducti ad laborandum in alieno loco, ſed conducentes accuſari debent; fallit tamen, ſi talibus operariis fuit proteſtatũ per dominum loci, vel ſi operarij fuerint vicini loci, de quo agitur: tali enim caſu præſumuntur ſcire locum eſſe alienum, notat. per Imol. & alios ſcribentes. *leg. de pupillo. ff. de oper. nou. nunciat.* Iul. Clar. *in pract. crim. q. 60.*
5 *n. 16.* Clerici per laicum † accuſari nõ poſſunt, quamuis ſint primæ tonſuræ, ſecundum Dominic. de S. Geminian. *in ca. cũ in nouella. extra de accuſat.* vide Boſſiũ *in tit. de foro compet.* vbi dicit perpetuo notandum contra judices laicos, ſed priuilegiũ tale clericorum primæ tonſuræ in deſuetudinem abiit, & per judices laicos hoc tempore puniũtur, & talis obſeruantia defendi poteſt per ſuaſmet leges. vt *in ca. clerici ſi in tõſura. extra de vita & honeſt. cleric.* Hoc amplius Sacerdotes † committentes 6
delicta facinoroſa, vt puta raptum virginum, & alia ſimilia delicta atrocia poſſunt accuſari & puniri per judicem laicum, *l. 2.* & ibi gl. & Cyn. *C. de iis, qui ad Eccleſiam confug.* Et ratio eſt, quia Eccleſia odit & repellit tales delinquentes. *Exod. cap. 21.* ibi *ſiquis inſidiatus fuerit, ab altari meo repellatur.* Accuſatus ab aliquo † de 7
vno crimine, non poteſt de eodem ab alio accuſari. *l. ſenatus 14. ff. de accuſat. l. qui de crimine 9. C. de accuſa.* niſi primus accuſator deceſſerit, vel impediatur procedere: nam tunc admittitur accuſator de eodem. *l. libellorum. 3. §. ſed & ſi aliud. 3. ff. de accuſat.* Sed multi intelligunt accuſatorem admitti ad perſequendam accuſationem, non autem ad inſtituendam de nouo, & hoc quia accuſatus non debet de eodem crimine pluries vexari. *l. licet. §. fin. ff. naut. caupo ſtab.* Item, quia judex ſuccedit loco accuſatoris, poteſt enim proſequi & ea facere quæ accuſator facere potuiſſet, Bartol. *in l. 1. ff. de publ. jud.* Sed quoties propter ineptitudinem † aut aliam malam formam 8
proceſſus formati conditio ſecundi accuſatoris foret facta deterior;

tali

Digitized by Google

tali caſu licet tranſcendere ad aliam accuſationem, & ita intelligitur *d. l. libellorum 3. ff. de accuſ.* Azo. *in ſumma Cod. in rubric. tit. de his qui accuſ. nõ poſſ. n. 4.* vide diſtinctionem Bald. *in l. num. 2. & 3. Cod. ſi reus vel accuſ. mortuus fuer.* Plures quoque de vno admiſſo ſimul recte accuſantur. *l. 1. Cod. ſi reus vel accuſat. mortu. fuer. l. vim paſſam. 38. §. penul. ff. ad leg. Iul. de adulter.* de diuerſis vero ab vno non recte, niſi ſuam iniuriam proſequatur. *l. hos accuſare. 12. §. lege Iulia. 2. ff. de accuſat. l. cum rationibus. 16. Cod. de his qui accuſ. non poſſ.* Sed etſi quis ſemel crimine, ac judicio abſolutus ſit, non debet judex pati eundem iterum de eodem accuſari. *d. l. ſi cui crimen. 7. §. 1. ff. de accuſ.* niſi præuaricatione prioris judicij approbata Paul. *lib. 1. tit. 6. l. 3. de præuaricat. l. 4. §. vlt. ad leg. Iul. de adulter.* Accuſari denique quis † non poteſt propter 9 lapſum 20. annorum. *l. querela. C. ad leg. Cornel. de falſ.* Jul. Clar. *in pract. crimin. quæſt. 51. num. 1.* Bald. *de præſcription. part. 4. quæſt. 2.* fallit tamen in partu ſuppoſito. Item quando falſis medicamentis partum impediuit Item in ſtupro admiſſo per vim in maſculo, ſiue fœmina. *l. mariti. §. per quinquenniũ. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Dictum eſt *hoc tit.* prædictis caſibus poſſe accuſari delinquentes etiam poſt mortem. Sed tale jus † accuſan- 10 di poſt mortem durat per quinquẽnium. *l. qui manichæos* & ibi gl. C. *de hæret. & manich.*

CAPVT X.

Accuſator quando & quomodo probare debet: Item de accuſatore non probante ſeu per calumniam accuſante & de modo accuſandi per exceptionem.

SVMMARIA.

1 *Teſtes citato reo examinantur, & exiſtente contradictore, alias repetuntur, & an hodie id obſeruetur?*

2 *Judex teſtes examinare & interrogare debet, perinde ac ſi reus contradictor adeſſet.*

3 *Teſtes ſemel examinati, ſuper eodem iterum examinari non debent, & quid ſi iterum examinati contrarium primo depoſuerint, vtrum dictum valeat?*

4 *Teſtis vnum dicens extra judicium, contrarium vero in judicio, an de falſo puniatur?*

5 *Teſtes in criminalibus numquid debeant eſſe omni exceptione maiores?*

6 *Accuſatore non probante, reus abſoluitur, & quid ſi probatum ſit de diuerſo, quam poſitum ſit in libello, an reus abſoluatur, vel puniatur de eo, quod probatum eſt?*

7 *Accuſator in probatione deficiens, an eo ipſo calumniari videatur?*

8 *Accuſator calumnioſus ante litem conteſtatam ab accuſatione deſiſtens, an puniri poſſit? & quid de accuſante per modum exceptionis?*

9 *Occidens eum, quem tempore illatorum vulnerum bannitum fuiſſe aſſerit, vtrum ſi in proceſſu non appareat, an antea vel poſt vulnera bannitus fuerit, pro vulneribus ſit condemnandus.*

10 *Probatio ſemiplena releuat accuſatorem à calumnia, niſi reus contrarium plene probat.*

11 *Accuſatio per modum exceptionis quando locum habeat, & per qua inducatur?*

12 *Accuſatus contra accuſantem de crimine excipiens, illumque de eo condemnari petens, accuſare videtur, & ſuper ea, tanquam ſuper accuſatione procedendum erit, & in hoc accuſationis ſubſtantialia erunt obſeruanda.*

13 *Accuſatus crimen in modum exceptionis lite conteſtata, opponere nequit.*

14 *Accuſatione per exceptionem propoſita, contra quem ad capturam prius procedendum, an contra accuſatorem vel accuſatum excipientem?*

15 *Exceptio accuſatoria in quibus ab accuſatione differat?*

16 *Excipiens de crimine, & non probans, an vt calumnioſus accuſator puniatur.*

17 *Prouocato quando ignoſcitur.*

ACcuſatione producta, deuenitur ad examinationem, & te-
1 ſtes † examinantur citato ipſo reo, & exiſtente contradictore, vt poſſit dare ſua interrogatoria, & ſi fuerint examinati teſtes non citato reo, iterum examinabuntur, & judices qui examinant teſtes reo citato, errant, ſecundum opinionem Salicet. *in l. fi. C. de quæſt.* Angel. *in tract. maleſic. in verb. fama publica. verſ. quæro.* Hippol. de Marſil. *in l. 1. ff. de quæſt.* Aduerte, quod ſtylus Italiæ eſt in contrarium, & teſtes examinantur abſq; citatione partis, & teſtes non examinantur iterum, prout examinari non debēt. Et hæc conſuetudo examinandi abſq, citatione rei vtilis eſt in puniendis delinquentibus, quoniam citati aut fugiunt, aut teſtes corrumpunt, & licet omnes ſcribētes dicant teſtes examinari debere

reo

reo citato, tamen hæc conſuetudo defenditur, nec eſt de jure nouum, quod quando proceditur in criminalibus ex argumentis & indiciis, eo caſu teſtes examinari abſq; citatione partis poſſunt, textus eſt *in c. 1. de homicid. in 6.* & in ſcribentes. Sed in hac materia aduertant judices, quod
2 debent examinare † & interrogare teſtes, perinde ac ſi reus cõtradictor foret, cum judex teneatur de ſe ipſo facere debita interrogatoria, ſicut dicetur infra, *in ca. de non torquendo reo per indicia, niſi plene probata, &*
3 *quomodo probentur.* Et teſtes † ſemel examinati non debent iterum examinari ſuper eodem, quia ſi teſtis ſemel examinatus cum juramento depoſuerit, ſi iterum examinetur, & contrarium ſeu diuerſum quid deponat, neutrum dictum valebit. Bartol. *in l. eos C. ad leg. Cornel. de falſ.* imo plus tenuit Bartol. quod
4 ſi teſtis dixerit † vnum extra judicium; contrarium vero in judicio, punitur de falſo. Sed hæc opinio eſt reprobata per omnes ſcribentes, quia licet teſtis aliter in judicio, ac extra judicium dicat, non videtur mentiri.
5 Numquid autem † teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, dictum eſt infra *in c. de indiciis per viſum vnius teſtis.* Jul. Clar. *in pract. crimin. quaſtion. 24.* Deinde accuſa-
6 tore non probante reus † venit abſoluendus. Salic. *in l. 2. C. de probat. l. 1. ff. de iudic. l. qui accuſare. C. de edẽd. l. ei incumbit. ff. de probat.* Specula, *in tit. de actio. & petit. §. in anterioribus. verſ. ſi vero non habes. & in tit. de except. §. viſo. verſ. illud quoq;*. Ludou. Roma. *in l. cum mulier. ff. ſolut. matr. & in l. alia C. de his quib. vt in indign.* Alex. de Imol. *in l. decem. ff. de verbor. obligat.* Quid ſi de alio loco & tempore vltra poſitum in libello fuerit probatum, an reus abſolui debeat ab obſeruatione judicij, an vero debeat condemnari de eo, quod probatum eſt? Et ſecundum Bart. abſolui debet reus ab obſeruatione judicij, & de nouo poterit accuſari, vide eum *in l. pen. C. de priui.* Alij dixerunt poſſe condemnari de eo, quod probatum, ne delicta remaneant impunita *l. ſi à reo. ff. de fideiuſſ.* In hoc diſtinguendum eſſe exiſtimo, videlicet ſi accuſator accuſauerit de facto proprio, ſeu de facto, quod non ignoret, propter quod reus paſſus eſt graues expenſas ſeu carcerem, tunc dico reum abſolui debere obſeruatione judicij, & poſſe de nouo accuſari ſecundum doctrinam Bartoli quia dicto caſu accuſator videtur accuſare potius per iniuriam, quamuis ſi vero reus non fuerit paſſus grauiores expenſas, vt ſupra, & accuſator potuit ignorare factum, tunc dico poſſe condemnari de eo, ꝗ fuerit probatum vltra poſitum in libello. Numquid accuſator † defi- 7

5 *Teſtes in criminalibus numquid debeant eſſe omni exceptione maiores?*

6 *Accuſatore non probante, reus abſoluitur, & quid ſi probatum ſit de diuerſo, quam poſitum ſit in libello, an reus abſoluatur, vel puniatur de eo, quod probatum eſt?*

7 *Accuſator in probatione deficiens, an eo ipſo calumniari videatur?*

8 *Accuſator calumnioſus ante litem conteſtatam ab accuſatione deſiſtens, an puniri poſſit? & quid de accuſante per modum exceptionis?*

9 *Occidens eum, quem tempore illatorum vulnerum bannitum fuiſſe aſſerit, vtrum ſi in proceſſu non appareat, an antea vel poſt vulnera bannitus fuerit, pro vulneribus ſit condemnandus.*

10 *Probatio ſemiplena releuat accuſatorem à calumnia, niſi reus contrarium plene probat.*

11 *Accuſatio per modum exceptionis quando locum habeat, & per qua inducatur?*

12 *Accuſatus contra accuſantem de crimine excipiens, illumque de eo condemnari petens, accuſare videtur, & ſuper ea, tanquam ſuper accuſatione procedendum erit, & in hoc accuſationis ſubſtantialia erunt obſeruanda.*

13 *Accuſatus crimen in modum exceptionis lite conteſtata, opponere nequit.*

14 *Accuſatione per exceptionem propoſita, contra quem ad capturam prius procedendum, an contra accuſatorem vel accuſatum excipientem?*

15 *Exceptio accuſatoria in quibus ab accuſatione differat?*

16 *Excipiens de crimine, & non probans, an vt calumnioſus accuſator puniatur.*

17 *Prouocato quando ignoſcitur.*

ACcuſatione producta, deuenitur ad examinationem, & te-
1 ſtes † examinantur citato ipſo reo, & exiſtente contradictore, vt poſſit dare ſua interrogatoria, & ſi fuerint examinati teſtes non citato reo, iterum examinabuntur, & judices qui examinant teſtes reo citato, errant, ſecundum opinionem Salicet. *in l. fi. C. de quæſt.* Angel. *in tract. malefic. in verb. fama publica. verſ. quæro.* Hippol. de Marſil. *in l. 1. ff. de quæſt.* Aduerte, quod ſtylus Italiæ eſt in contrarium, & teſtes examinantur abſq; citatione partis, & teſtes non examinantur iterum, prout examinari non debēt. Et hæc conſuetudo examinandi abſq; citatione rei vtilis eſt in puniendis delinquentibus, quoniam citati aut fugiunt, aut teſtes corrumpunt, & licet omnes ſcribētes dicant teſtes examinari debere

reo

reo citato, tamen hæc conſuetudo defenditur, nec eſt de jure nouum, quod quando proceditur in criminalibus ex argumentis & indiciis, eo caſu teſtes examinari abſq; citatione partis poſſunt, textus eſt *in c. 1. de homicid. in 6.* & in ſcribentes. Sed in hac materia aduertant judices, quod
2 debent examinare † & interrogare teſtes, perinde ac ſi reus cõtradictor foret, cum judex teneatur de ſe ipſo facere debita interrogatoria, ſicut dicetur infra, *in ca. de non torquendo reo per indicia, niſi plene probata, & *
3 *quomodo probentur.* Et teſtes † ſemel examinati non debent iterum examinari ſuper eodem, quia ſi teſtis ſemel examinatus cum juramento depoſuerit, ſi iterum examinetur, & contrarium ſeu diuerſum quid deponat, neutrum dictum valebit. Bartol. *in l. eos C. ad leg. Cornel. de falſ.* imo plus tenuit Bartol. quod
4 ſi teſtis dixerit † vnum extra judicium; contrarium vero in judicio, punitur de falſo. Sed hæc opinio eſt reprobata per omnes ſcribentes, quia licet teſtis aliter in judicio, ac extra judicium dicat, non videtur menti-
5 ri. Numquid autem † teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, dictum eſt infra *in c. de indiciis per viſum vnius teſtis.* Jul. Clar. *in pract. crimin. quaſtion. 24.* Deinde accuſa-
6 tore non probante reus † venit abſoluendus. Salic. *in l. 2. C. de probat. l. 1. ff. de iudic. l. qui accuſare. C. de edẽd. l. ei incumbit. ff. de probat.* Specula. *in tit. de actio. & petit. §. in anterioribus. verſ. ſi vero non habes. & in tit. de except. §. viſo. verſ. illud quoq;.* Ludou. Roma. *in l. cum mulier. ff. ſolut. matr. & in l. alia C. de his quib. vt in indign.* Alex. de Imol. *in l. decem. ff. de verbor. obligat.* Quid ſi de alio loco & tempore vltra poſitum in libello fuerit probatum, an reus abſolui debeat ab obſeruatione judicij, an vero debeat condemnari de eo, quod probatum eſt? Et ſecundum Bart. abſolui debet reus ab obſeruatione judicij, & de nouo poterit accuſari, vide eum *in l. pen. C. de priui.* Alij dixerunt poſſe condemnari de eo, quod probatum, ne delicta remaneant impunita *l. ſi à reo. ff. de fideiuſſ.* In hoc diſtinguendum eſſe exiſtimo, videlicet ſi accuſator accuſauerit de facto proprio, ſeu de facto, quod non ignoret, propter quod reus paſſus eſt graues expenſas ſeu carcerem, tunc dico reum abſolui debere obſeruatione judicij, & poſſe de nouo accuſari ſecundum doctrinam Bartoli quia dicto caſu accuſator videtur accuſare potius per iniuriam, quamuis ſi vero reus non fuerit paſſus grauiores expenſas, vt ſupra, & accuſator potuit ignorare factum, tunc dico poſſe condemnari de eo, ꝙ fuerit probatum vltra poſitum in libello. Numquid accuſator † defi- 7

Digitized by Google

ciens in probatione, eo ipſo calumniari videatur? Et videtur, quod ſic, ſecundum Speculat. *in tit. de accuſat. num. 24.* Joſeph. Maſc. *in concl. 24. & ſeq. vol. 1.* Sed hęc opinio non placet, quia poteſt contingere, quod juſto errore accuſauerit Bart. *in l. athleta §. calumniator. ff. de infam.* Quare in hoc ſtandum eſt conſcientiæ judicis, qui conſiderabit, qua mente ad accuſationem accuſator proceſſe-rit, & ſi in euidenti calumnia reperiet, eum legitima pœna afficiet. *l. 1.*
8 *ff. ad SC. Turpill.* Et ſi quis † per calũniam accuſauerit, licet ante litem conteſtatam deſiſtat, poterit tamen puniri, licet multi teneant contrarium per regulam quod qui accuſat, & ſubito deſiſtit, non videtur accuſare, ſed dic poſſe puniri, quia jam iniuria eſt illata accuſato, vt ſupra *in dictis juribus.* Sed ſi quis accuſauerit per modum exceptionis, licet expreſſe appareat de calumnia, non poterit tamen condemnari, quia ignoſcitur illi, qui prouocatus eſt, vt infra in fine capitis huius dicitur.
9 Quid ſi accuſo † te, quod vulneraſti Titium de menſe Nouembris, & probatum eſt, ſed excipitur, quod Titius fuit bannitus de dicto menſe, & ſecundum leges contra exules poteſt impune offendi? Vertitur in dubium, quia in proceſſu apparet, an ante vel poſt vulnera fuerit bannitus, numquid pro vulneribus venias condemnandus? Et licet opiniones & auctoritates ſint vtrinque, dico te accuſatum abſolui debere, quia in delictis probationes in condemnando debeant neceſſario concludere. Angel. Aretin. *in tractat. de malefic. in verb. de anno præſenti. num. 6.* vbi vtrinque allegat. Poſtea notandum eſt, quod ſemiplena probatio † releuat accuſatorem calum- 10
nia, niſi reus contrarium plene probet. Bald. *in l. fin. Cod. de probat.* Denique eſt & alius modus accuſandi † per exceptionem, per quem pro- 11
ceditur & cognoſcitur de maleficio vltra ſupradictum modum. *leg. quoniam. C ad leg. Iul. de adult.* Jul. Clar. *in pract. crimi. quæſt. 19.* quo caſu quandoq; crimina obiiciuntur per accuſatum via exceptionis, quandoque contra producentes falſa, vel ſuſpecta inſtrumenta, ſiue teſtes & ſimilia; & tunc animaduertendum, & diſtinguendum eſt, videlicet ſi accuſatus excipit contra accuſatorem ſolum ad repellendum eundem accuſatorem ab accuſatione ſua ſiue ad derogandum fidei teſtium, ſiue fidei inſtrumẽtorum, tunc tales exceptiones non habent vim accuſationis, per regulam; *qui excipit, non excuſat.* textus eſt, *in l. reſcriptum. ff. de munerib. & honorib.* Si vero crimen † fuerit obiectum per accuſa- 12
tum nõ ſolum per exceptionem, ſed etiam fuerit petitum, quod accuſator,

tor condemnetur, tunc accuſatus non ſolum excipere, verum accuſare videtur; & tali caſu per judicem procedetur tamquam ſuper accuſatione. *leg. vn. ff. vi bonor. rapt. leg. 2. ff. de tabul. exhibend.* Et notandum eſt, quod in tali caſu debet & tenetur excipiens ponere locum, annum & menſem commiſſi delicti, perinde ac in accuſatione. Bartol. *in l. 1. ff. de except.* & eſt ratio, qui excipit, accuſare videtur, vt ſupra. Limita prædi-
13 cta, † quod lite conteſtata accuſatus non poteſt opponere crimē in modum exceptionis. *l. 1. §. extraneis. ff. ad leg. Iul. de adult.* Jul. Clar. *in pract. crimin. quæſt. 14. num. 14. & ſeq.* Et quia plerumque contingit in facto,
14 quod propoſita † ſupraſcripta exceptione in modum accuſationis incertus eſt judex, contra quem procedere debeat ad capturam, & tali caſu ſi pœna corporalis venit imponenda propter grauitatem & qualitatem delicti accuſatus & accuſator carcerabuntur, vt verius cognoſcatur de delinquente, nec relaxabuntur, niſi cognito delicto; & eſt ratio, quia in tali caſu vtraque pars eſt accuſata. Si vero nō erit pœna corporalis imponenda, judex relaxari permittit, datis tamen fideiuſſoribus, vide Cyn. *in l. fin. C. de accuſat.* Quid ſi iſti relaxati non paruerint foro, & judici, quomodo procedetur? dicetur infra *in 2. de captura & carcere.*

Poſtremo animaduertendum eſt, quod exceptio ſupradicta & propoſita modo, quo ſupra, pro accuſatione habetur, ſed tamen differt ab ea
† de qua ſupra, quia quando crimen 15
† obiectum accuſatori per modum 16
& viam exceptionis non probatur, non proceditur contra ipſum excipientem ad aliquam pœnam, vt puta de calumnia, ſiue in aliis pœnis, in quibus proceditur contra accuſantes de calumnia conuictos. Felin. *in ca. 1. num. 18. de except.* Et ratio diuerſitatis reddi poteſt, quia parcitur accuſato, qui prouocatus eſt: ignoſcitur enim illi † qui prouocatus eſt. 17
leg. ſi adulterium. §. imperatores. ff. ad leg. Iul. de adult. argum. l. qui cummaior §. libertus. ff. de bon. libert. Vnde accuſatus per exceptionem accuſans excuſatur, quis quouis modo licet ſanguinem proprium redimere, nec fugere etiam tenetur, ſi fuga ei periculum vitæ adferret, per tex. not. *in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil.* Iaſ. *in d. l. vt vim. n. 38.* vbi communem dicit. *ff. de iuſtit. & iur.* Jul. Clar. *in pract. crimin. §. homicidium. num. 33.* Bald. *in d. l. 2. C. vnde vi.* Hippol. de Marſil. *in pract. crim. §. quoniam. nu. 86.* vbi omnino vide, an quia fugere teneatur: prouocatus enim tanquam intenſo dolore cōmotus, non eſt in plenitudine intellectus: metus improuiſus inſtantis periculi tollit rectum judicium &

conſilium deliberandi., & ideo dicunt Dd. quod prouocatus non habeat ſtateram in manu, vt poſſit dare ictus & vulnera ad menſuram., per tex. *in c. olim cauſam.* vbi gloſ. notab. *ibid. in verb. exceſſiſtis. extra de reſtitut. ſpoliat.* tex. *in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. ad leg. Iul. de adult. coercend.* Bald. *in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.* Angel. Aret. *in tract. maleficior. in verb. & dictus Titius. n. 19.* Alex. *in conſil. 76.* incip. *viſa inquiſitione. n. 26. vol. 1. & in conſil. 119. vol. 7.* Hippol. de Marſil. *in pract. crimin. §. quoniam num. 82. cum ſeqq. & in tract. ad defenſam. cap. 1. n. 27.* Nec dolus & animus occidendi aut vindictæ ſtudium in prouocato præſumitur, ſed potius defenſionis neceſſitas, ein vnfürſetzlicher Todtſchlag. gl. & Dd. *in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur.* Curt. Iun. *in conſil. 235.* incip. *viſis ac diligentiſſime. nu. 16. vol. 3.* vbi communiter dicit. Defenſio autem moderata ſeu cum moderamine inculpatę tutelę dicitur, quando quis non potuit aliter ſe ab offenſione tueri, quam eo modo, quo ſe defendit, vt puta ſi in diſcrimine vitæ conſtitutus, omni meliori modo, quo poteſt, ne ab alio prouocatus inique occidatur, ſe defendit, text. notab. *in Clem. 1.* gl. *ibid. in verb. non valens. de homicid.* tex. *in l. ſcientiam. §. qui cũ aliter. ff. ad leg. Aquil.* Bar. & Dd. *in l. 1. Cod. vnde vi. & in d. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur.* Hippol. de Marſil. *in ſingul. 992.* Alex. *in conſil. 76.* incip. *viſa inquiſitione. num. 26. vol. 1.* Præſumitur quoque quis in diſcrimine vitæ conſtitutus, eo ipſo quod ab alio armata manu & gladio euaginato aggreditur, terror ille armorum aliquem in vitę diſcrimen adducit, tex. *in d. l. 1. Cod. vnde vi. & in l. idem eſt. §. qui armati. ff. de vi & vi armat.* ibi, *ſufficit terror armorum.* Angel. *in d. tract. maleficior. in verb. & dictus Titium num. 1.* Alex. *in conſ. 109.* incip. *viſis & vt oportet. num. 2. vol. 1.* vide conſtitution. criminal. Imperat. Carol. V. *in artic. 139. & ſeqq.* de neceſſaria defenſione & eius probatione, von rechter Nothwehr. Quo pertinet, quod quando agitur de excuſandis delictis principium & non finis attendatur. tex. *in l. quod ait lex. §. quod ait.* vbi Bartol. *num. 2. ff. ad leg. Iul. de adult.* text. *in l. quoniam facinora. Cod. ad leg. Iul. de vi public.* Hippol. de Marſil. *in pract. crim. §. quoniam. nu. 91.* Dd. *in l. 1. C. vnde vi.*

CA-

CAPVT XI.

DE DENVNCIATIONE.

SVMMARIA.

1 *Denunciator eſt ad inſtar accuſatoris; fallit in his, qui ratione officii ad id tenentur.*
2 *Denunciare quis teneatur, maleficium commiſſum in confinibus duarum villarum.*
3 *Juratus tenetur denunciare delictum finito officio ſuo, de quo non habuit ante notitiam.*
4 *Chirurgi ſiue ſyndici, qui tenentur vulnera denunciare, an leues percuſſiones denunciare teneantur, vel eos, qui cum vnguibus offenderint?*
5 *Denunciantes malitioſe delictum non aggrauantes, de falſo tenentur.*
6 *Denunciantes aliquem, qui non deliquit, an & quando excuſentur.*
7 *Denunciantes ratione officii, an ad expenſas teneantur.*
8 *Denuntiantibus officialibus, quando & quibus in caſibus credatur.*
9 *Denunciare qui tenẽtur ſub pœna, an excuſentur, ſi accuſator praeuenerit.*
10 *Jurati an teneantur denunciare delicta, quæ de jure non ſunt punienda.*
11 *Denuncians an in teſtem recipi poſſit.*
12 *Denuncians an conſequatur beneficium ſtatuti præmium proponentis indicanti delictum vel accuſatori.*
13 *Abſolutus à denunciatione an perinde ſit, ac ſi abſolutus foret ab accuſatione.*
14 *Denunciatione per ſaluarium facta, non dicetur de delicto conſtare.*
15 *Denunciatio ſola non facit aliquam probationem vel indicium, ſed tantum ſufficit ad inquirendum.*
16 *Denuncians an libellum edere teneatur, ſicut accuſator?*
17 *Denunciatio quando accuſationem vel inſtigationem ſapit?*
18 *Jurati qui denunciare tenentur, etiam caſus fortuitos, notorie impunibiles denunciare debent.*

DIctum eſt ſupra de accuſatione; hic vero videndum erit de denunciatione, per quam judices procedũt. *l. ea quidẽ. 7. l. ſi quis ſe 8. & l. ſinguli. 14. C. de accuſat. & inſcript.* Denunciator † eſt ad inſtar accuſatoris

toris, & debet aſſiſtere denunciatio-
ni, ſicut accuſator accuſationi ſuæ:
fallit tamen in officialibus & juratis
ſeu marigis villarum & aliis perſo-
nis, quæ per ſtatuta locorum, ſeu per
leges principum denunciare tenen-
tur, tali enim caſu judex ex officio
procedit *d.l.ea quidem 7.C.de accuſa.
& inſcript.* Hic à quolibet conſtitui
poteſt Angel. Aretin. *in tract. male-
ficior. verſic. nec non ad denunciatio-
nem.* Vnde quilibet de jure canoni-
co denunciare admittitur *c.ſi pecca-
uerit 2.q.1.&c. nouit extra de indic.*
eæque exceptiones contra denun-
ciantem opponi poſſunt, quę contra
accuſantem opponuntur. Bartol. *in
l. Diuus. col. penultim. ff. de cuſtod. &
exhibit. reor.* Vbi late hāc materiam
2 tractat. Si delictum † committitur
in confinibus duarum villarum, ju-
rati vtriuſque villæ denunciare te-
nentur. *l.1. Cod. vbi de crim. agi oport.*
3 Juratus † tenetur finito officio ſuo
delictum denunciare, de quo non
habuit ante notitiam *l. nam & ſi ſer-
uus. ff. de negot. geſt.* Chirurgi ſiue
4 Syndici † villarum, qui vulnera de-
nunciare tenentur, non tenētur de-
nunciare leues percuſſiones, nec et-
iam denunciare eos, qui cum vngui-
bus offenderint: cum tales offen-
dentes non incurrant pœnam ſtatu-
torum prohibētium offendere cum
armis Angel. *in l. armatos ff. de vi pu-
blic. & in l. pignore. §. qui furem ff. de
furt.* Prædicti jurati † ſi delicta de- 5
nunciauerint, & non aggrauauerint
contra veritatem malitioſe, ſiue cer-
ta pecunia, ſiue ad ſuggeſtionem ali-
cuius, tenentur de falſo. Bald. *in leg.
duobus §. fin. ff. de iureiur.* Idem etiam
habebit locum in eo, qui induxerit
ad denunciandum inique aliquod
maleficium, æqualiter punietur de
falſo. *l. lex Cornelia. §. fin.* & ibi Bart.
ff. ad leg. Cornel. de falſ. Syndici † de- 6
nunciantes aliquem deliquiſſe, qui
tamen non deliquit, excuſantur, ſi
crediderunt perſonis, quibus quili-
bet alius crediſſet, aliter puniun-
tur, ſiue ſaltem in expenſis condem-
nantur. Bartol. *in l. athletas §. fin. ff. de
infamib.* Prædicti autem omnes, qui
† per officium denunciāt, ad aliquas 7
expenſas non tenentur. Bartol. *in
rubric. Cod. de offic. aſſeſſor.* Jul. Clar.
in pract. crimin. quæſt. 7. num. 12. Sed
ſi prædicti aſſiſtent denunciationi
ſuæ, condemnabuntur in expenſis,
quia tunc funguntur officio accuſa-
toris, & non denunciantis, cum tali-
bus ſufficiat tantum denunciare. Su-
pradictis officialibus † regulariter 8
non creditur, ſi crimen eſt graue, a-
liter ſic, dummodo de viſu denun-
cient. Bartol. *in leg. diuus. ff. de cuſtod.
reor. & exhibend. reis.* Jurati qui † te- 9
nentur denunciare delicta ſub certa
pœna, non excuſantur ab ea, licet a-
lius accuſator præuenerit. Et ratio
poteſt eſſe, quod Reipubl. intereſt,
quoniam

quoniam poteſt contingere, quod per accuſatorem leuiter accuſarentur. *l.2.ff.ad SC.Tertull.* Item tenen-
10 tur delicta † denunciare, quæ non ſunt punienda de jure, nec excuſantur, quia nõ ſpectat ad ipſos juratos cognoſcere, ſed ad judices, & ipſi jurati poſſent ſe ſemper excuſare. Prędicta multi limitant non habere locum in delicto notorie non punibili, vtputa in occiſo, qui erat bannitus, & erat notorium. Angel. *in l. ne quis C. vt nemo priuatus*, ſed dic, vt ſupra dictum eſt Iul. Clar. *in pract.*
11 *crim. q.7.n.6.* Denuncians † regulariter nõ poteſt in teſtem recipi, imo ipſe debet teſtes idoneos producere, licet non teneatur aſſiſtere, *l. diuus. ff. de quæſt.* poteſt tamen in teſtẽ recipi, quando judex procedit non ad denunciandum, ſed procedit per inquiſitionem, & ſic cauti aſſeſſores præuident, quod quando alios teſtes non habent, procedunt per inquiſitionem, & examinant tales deputatos ad denunciandum, & tali caſu creditur prędictis, vide Bartol. *in d. leg. diuus.* Si per ſtatutum datur
12 præmium † indicanti delictum, an denuncians poſſit conſequi beneficium talis ſtatuti perinde ac ſi accuſaret? Dic, quod ſic. Idem etiam tene, quando ſtatutum daret præmiũ accuſatori, quod haberet locum in denunciatore, Angel. *in l. diuus. ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* Et ratio reddi poteſt, quod intereſt Reipublic. vt quando citius poſſit, manifeſtentur delinquentes, *leg. eum qui. ff. de iniur.* Deinde etiam alia ratio reddi poteſt, quod idem effectus quoad dilationem pœnæ ſequitur ex denũciatione, qui ſequitur ex accuſatione. *leg. qui ſepulchrum. ff. de ſepulchr. violat.* Abſolutus † à denunciatio- 13
ne perinde eſt, ac ſi abſolutus foret ab accuſatione, licet multi tenuerint contrarium, quod æque deducitur, & proceditur cõtra reum per denunciãtem ſiue per accuſatorem; iſti etiam plus dicunt, quod judex abſoluendo à denunciatione debet dicere denunciationem minus bene delatam, ad hoc allegant text. *in d. l. diuus ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* Tene tamen, vt in principio dictum eſt, niſi non legitime fuiſſet proceſſum, prout ſupra dictum eſt de abſoluto ab accuſatiõne. Denunciatio † facta 14
per ſalutarium ſiue juratum, ſiue aliter ad hoc deputatum de aliquo maleficio per dictam denunciationem, non dicetur conſtare judici delictum eſſe commiſſum, quemadmodum de delicto ante omnia judici conſtare debet, prout ſupra dictum eſt ſub *cap. accuſationis.* Hippol. de Marſil. *in prax. crimin. ab initio, num.17. & 19.* Judex itaque debet ſe informare de maleficio vltra talem denunciationem, quæ, vt ſupra non ſufficit, Anton. de Butr. *in c. ve-*

ſtra : extra de cohabit. cleric. & mu-
15 *lier.* Denunciatio etiam † ſola non facit aliquam probationem vel indicium, niſi in leuibus, Bartol. *in d.l. diuus. ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* Hippolit. de Marſil. *in pract. crimin. ab initio. n. 22.* Denunciatio per ſe eſt ſufficiens indicium inquirẽdum Bart. *in d.l. diuus. ff. de cuſtod. & exhi-*
16 *bit. reor.* Denuncians † libellum edere non tenetur, ſicut accuſator, quia qui denunciat, expedite agere videtur text. *in c. nouit. in fin. extra de iudic.* Intellige tamen prædicta habere locum in perſonis denunciantibus vigore ſtatutorum, ſiue conſuetudinis, quæ etiam vt ſupra non tenentur aſſiſtere denunciationi ſuæ, & intuitu & ratione talium perſonarum differt denunciatio accuſatione nomine & effectu : ſecus autem in aliis denunciantibus, quia tunc denunciatio plus ſapit accuſationẽ ſiue inſtigationem, quam inquiſitionem, & tali caſu tales denunciãtes poſſunt in expenſis condemnari, vt ſupra & dicetur infra *in c. ſeq. de inquiſitione.*
17 Jurati † villarum, qui maleficia denunciare tenentur, tenentur etiam denunciare caſus fortuitos, quia an ſit punibile, vel ne, ſpectat ad judicẽ cognoſcere. Angel. *de malefic. in verb. contra Gaium homicidam.* Extende, quod licet maleficia eſſent impunita etiam propter aliquod ſtatutum ſeu conſuetudinem, attamen tenentur denunciare ; fallit tamen ſecundum Angel. *in l. ne quis. Cod. vt nemo priuat.* quando notorium eſſet occiſum eſſe bannitum, qui per ſtatutum impune offendi poteſt.

Margaritæ Criminales.

Denunciationes oportet eſſe veras. Damh. *c. 6. n. 4.*

Denunciationis finis. *ibid. n. 13.*

Denunciare non permittitur infami vlli, *ibi. n. 3. & 3. ſeqq.*

Denunciatio requirit charitatiuam admonitionem. Bell. *lib. 2. c. 6. n. 10.*

Denunciatio maleficij facta per ſaltuarium non ſufficit ad hoc, vt videatur conſtare judici delictum eſſe commiſſum. *in princ. n. 19.*

Denunciatio maleficij non facit aliquam probationem nec indicium, niſi in leuibus. *ibi. n. 20.*

Denunciatio criminis cum fama facit indicium ad torturam. *ibi. n. 21.*

Denunciatio de per ſe eſt ſufficiens ad inquirendum. *ibi. n. 22.*

Denunciatio per ſaltuarium facta ſine juramento an valeat & aliquid operetur. *ibi. n. 23.*

Denunciatio criminis perperam factam inquiſitionem inde ſecutam eneruat. Hippol. *in §. quoniam num. 46.*

CAP.

CAPVT XII.

DE INQVISITIONE.

SVMMARIA.

1 *Judex quando & quibus pracedentibus ad inquiſitionem procedat.*
2 *Clauſula,* ſæpe & ſæpius,&c. *quare in inquiſitione ponatur.*
3 *Judex licet cognoſcat aliquod delictum, tamen non proceditur, niſi præcedant ſuper eo clamor & diffamatio.*
4 *Inquiſitio formari non debet, niſi pro grauioribus criminibus.*
5 *Judex indebite inquirens tenetur ad omnes expenſas & intereſſe partis indebite vexatæ.*
6 *Inquiſitio loco libelli ſuccedit, & eſt remedium in defectum accuſationis.*
7 *Inquiſitio formari non poteſt poſt lapſum annorum 20. nec etiam accuſatio admittitur.*
8 *Statutum prohibens accuſatorem, videtur etiam prohibere judicem inquirentem.*
9 *Inquiſitio quotuplex ſit; & quæ dicatur generalis?*
10 *Judici ante omnia de delicto conſtare debet.*
11 *Inquiſitio quid continere debeat? & an idem, quod accuſatio?*
12 *Inquiſitio in quibus differat ab accuſatione.*
13 *Statutum tribuens beneficium inquiſitioni, an extendatur ad accuſationem, & contra.*
14 *Teſtes poſt didicita teſtificata in inquiſitione ex officio formata recipiuntur, ſecus in accuſatione.*
15 *Inquiſitio aliquo inſtigante facta ſapit accuſationem, vnde inſtigator ad expenſas condemnatur ſi inquiſitus abſoluatur.*
16 *Minor 25. annis pro accuſatore regulariter examinari non poteſt; ſecus in inquiſitione.*
17 *Teſtes non idonei in inquiſitione admittuntur, ſecus in accuſatione.*
18 *Inquiſitione pendente ſi ſuperueniat accuſator quando audiatur?*
19 *Accuſator ſuperueniens quando à judice inquirente repellatur.*
20 *Inquiſitio an formari poſſit per judicem originis contra ſubditum pro delictis commiſſis extra territorium.*

SVpradictum eſt de diuerſo modo accuſandi; ſupereſt videre, quo pacto deficiente accuſatore pro purgandis ciuitatibus malis hominibus per judices procedatur. In primis ſciendum eſt, quod tunc ju-
1 dex † ad inquiſitionem procedit, cum clamor validus ad eum peruenit, & à perſonis honeſtis & non ſuſpectis, & ſæpe & ſæpius. Qua de re
2 in inquiſitione † ponuntur illa verba; *ſæpe & ſæpius*. Angel. Aret. *de malefic. in verb. non ſemel* & hæc ſunt de jure diuino, vt ibi; *deſcendam*, inquit Deus, *& videbo, ſi clamorem, qui peruenit ad me, opere perfecit:* & dixit omnipotens Deus: *Deſcendam & videbo*, tanquam judex, alioquin tanquam Deo omnia certa, explorata & in conſpectu ſunt. Vnde dicitur,
3 quod licet judex † cognouerit aliquod delictum, non tamen procedet, niſi præcedant ſupra ea clamor & diffamatio, vt ſupra, juxta etiam dictum Euangelicum: mulier, quis te accuſat? Et ſic intelligitur prædicta ſententia Euangelica, vt non prohibeat inquiſitionem ſimpliciter. Sed quando non præceſſit clamor, licet dicta ſententia per Gandin. & alios ſcribentes *in principio ſua practica* aliter intelligatur. Caueant etiam judices, vt non niſi pro
4 grauibus † criminibus inquirant: non enim eſt inquirendum de leuibus, quia tunc magis inquiruntur marſupia, quam delicta. Deus perdat judices auaros. Et tales judices † indebite inquirentes, tenentur ad 5
omnes expenſas, & intereſſe partis indebite vexatæ. Boſſius *in tit. de accuſat. n. 31.* & maxime quando apparet de culpa judicum, *l. filiusfamil. ff. de judic.* vide Dionyſ. Gothofr. *in not. ad C. in tit. de pœn. judic. qui male judic.* Inquiſitio loco libelli ſuccedit, † eaque eſt remedium in defectũ 6
accuſationis, ne delicta remaneant impunita. *l. ſi ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. l. 14. Cod. de pœn. leg. locatio.* §. *quod illicite ff. de public. & vectigal.* & ibi gl. Innocent. *in c. ſuper literis. extra de reſcript.* Judex † non inqui- 7
rat poſt lapſum 20. annorum, quo elapſo quis non admittitur ad accuſandum, ſicut dictum eſt ſupra, Jul. Clar. *in pract. crimin. q. 51.* Quare ſta-
tutum † prohibens accuſatorem, vi- 8
detur etiam prohibere judicem inquirentem. *l. non ſolum* §. *quamq; ff. de iniur.* Inquiſitio † duplex eſt, vna 9
generalis, alia ſpecialis. Generalis diuiditur in quatuor: Primo, cum prætor inquirit, quoad delicta perſonas, videlicet ſi ſunt aliqua pœna digni in ſua prouincia. Alia etiam generalis, quoad perſonas, ſpecialis quoad delicta, videlicet quando delictum eſt notorium, ſed ignoratur delinquens. Tertia generalis ad delicta, ſpecialis ad perſonas, videlicet quando ſyndici inquirunt cõtra poteſta-

teſtatem & familiam. Quarta eſt ge-
neralis contra perſonas, videlicet
cùm inquiritur contra ciuitatem,
ſpecialis eſt contra delicta & perſo-
nas. Supradicta probantur *in leg.*
congruit.ff.de offic.præſid.c.per inqui-
ſitionem extra de accuſat.l.aliud.ff. de
10 *regul.iur.* Judici † ante omnia con-
ſtare debet de delicto, ſicut dictum
eſt *in d. c. per inquiſitionem extra de*
accuſat. Jul. Clar. *in pract. crimi. q. 3.*
Et ſolemnitas, quæ requiritur in ea,
requiritur & in inquiſitione, licet in
aliquibus fallat, & infra dicetur. In-
11 quiſitio † debet continere certum
tempus & locum, prout de accuſa-
tione dictum eſt, non vitiatur pro-
pter aliquam falſam adiectionem, vt
puta cognomen, dummodo aliæ de-
monſtrationes ſint veræ, notat. *in l.*
12 *in iis ff. de hæred. inſtit.* Inquiſitio †
differt ab accuſatione, quia fit ex
mero officio, & eſt magis fauorabi-
13 lis. Vnde ſtatutum † tribuens bene-
ficium inquiſitioni, non extenditur
ad accuſationem, econtra vero ſic gl.
in c. in fidei. extra de hæretic. Inquiſi-
14 tio differt † etiam in formando pro-
ceſſu, quoniam poſt prædicta teſti-
ficata poſſunt recipi teſtes, in accu-
ſatione non vtique. Intelligo prædi-
cta in inquiſitione ex officio tãtum
facta, ſecus vbi inquiritur aliquo
promouente, notat. *in auth. qui ſe-*
mel. C. de teſti. Et ratio eſt, quia in-
15 quiſitio † aliquo promouente ſiue

inſtigante, ſapit potius accuſationẽ,
& tales perſonæ condemnantur in
expenſis, ſi inquiſitus fuerit abſolu-
tus. Bald. *in l. obſeruare. ff. de offic. pro-*
conſ. Ideo datur cautela, ne tales in-
ſtigatores ſinant ſe nominare in a-
ctis. Minor 25. annis † regulariter 16
pro accuſatore examinari non pot-
eſt, ſecus in inquiſitione, quo caſu
etiam teſtes † non idonei admittun- 17
tur, qui in accuſatione non admit-
terentur. Bald. *in l. 1. C. de ſum. Trinit.*
& fid. Cathol. Et ratio eſſe poteſt,
quod teſtes examinati ex officio nõ
præſumuntur falſo deponere quo-
niam carent inſtigatione: Limita ta-
men dictum Baldi, vt infra *in cap. de*
indiciis per viſum vnius teſtis. Item
pœna legis mutari poteſt, ſecus in
accuſatione. *l. non ſolum. §. quanquã.*
ff. de iniur. Inquiſitione † pendente 18
ſi ſuperueniat accuſator, audietur
quandocunq; ante ſentẽtiam, quia
per accuſationem ceſſat inquiſitio,
& acta facta judice inquirente, vale-
bunt in accuſatione, quia tẽdunt ad
vnum finem. Jul. Clar. *in pract. crim.*
q. 3. n. 4. 5. & ſeq. Aſſeſſores autem in-
timare poſſunt hæredibus occiſi, ſi
intendunt aliquo ſuo jure vti, qui-
bus exiſtentibus in mora, inquiſitio
procedit, & accuſator non audietur.
Limita tamen prædicta, quod judex
† repellet accuſatorem ſuperueniẽ- 19
tem, ſi certus erit de colluſione ſiue
de præuaricatione, notat. *in l. 3. ff. de*

 liber.

liber. homin. exhibend. Item repellet accuſatorem, quando eſt negligens, fallit tamen ſecundum aliquos, quãdo ſuam vel ſuorum proſequitur iniuriam. *l. 2. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult.* Quid ſi interfectus nõ habuerit hæredes? Judex proclamari curabit, ſi quis accuſare intendit, ſtatuendo terminum accuſare volentibus. Sed aduerte, quod conſulitur, judicem prius inquirere, quam proclamare, & hoc propter periculum colluſionis accuſatoris cum accuſato. Item propter negligentiam, qui tarde examinare poſſet teſtes, qui teſtes interim facile corrumpi poſſent. Paul. de Caſtro. *in conſ. 14. vol. 1.* Poſtremo quæritur, an inquiſi-
20 tio † formari poſſit per judicem originis contra ſubditum pro delictis commiſſis extra territorium? Reſpondetur vtrinque eſſe magnas autoritates & communes opiniones reputari, quod judex originis poſſit formare inquiſitionem, & puniri: ſecundum tamẽ ſtatuta loci delicti, Ang. Aretin. *in tract. de malefic. in verb. hac eſt quadam inquiſitio.*

Margarita Criminales.

Inquiſitio vulgo informatio. Bell. *l. 2. c. 8. n. 1.*

Inquiſitio ſemper ex officio judicis fit. *ib. n. 2.*

Ad Inquiſitionem debitam multa concurrunt neceſſaria. *ib. n. 4.*

Inquiſitio fit de maioribus criminibus. *ib. n. 6.*

Inquiſitionem præcedit publica fama. *ib. n. 8.*

Inquiſitio in forma debita redigi debet. *ib. n. 12.*

Inquiſitio generalis non requirit famam publicam præcedere. *ib. n. 15.*

Inquiſitio ſpecialis famam publicam præcedentem requirit. *ibid. numero 16.*

Inquiſitio à tormentis non eſt auſpicanda. *cap. 38. n. 17.*

Inquiſitio fieri debet in loco, vbi crimen factum eſt. Bell. *leg. 2. cap. 6. num. 31.*

Inquiſitio fieri debet in genere. *ibid. n. 31.*

Inquiſitio infamat. *ib. n. 29.*

Inquiſitio corruit probata bona fama inquiſiti. Hippol. *in §. conſtante. n. 17.*

Inquiſitio in quibus caſibus valeat infamia non præcedente. *ibid. num. 20.*

Inquiſitio ſuccedit loco libelli. *ib. num. 32.*

Inquiri an poſſit de delicto contra Reum cuius nomen ignoratur, & de delicto, quando ignorat nomen offenſi. *in princ. n. 17.*

Inquiſitio furti an valeat per verbum ſubtraxit, niſi dictione furto. Hippol. *in §. conſtante. n. 79.*

Inquiſitio an requirat ſolẽnitates, q̃ in accuſatione requirũtur. *ib. n. 83.*

Inqui-

Inquiſitio formari nequit ſuper delicto impunibili Hippol. *in* §. *diligenter n.100.*

Inquiſitio requirit probationem omnium contentorum, alias corruit Hippol. *in* §. *quoniam.58*

Inquiſitio ſi facta ſit de vulnere cum citatrice, & probatum ſit vulnus ſimpliciter, non poteſt ſequi condemnatio. *ib.n.57.*

Inquiſitio non fit ante crimen commiſſum. Battir. *in reg.1.n.1.*

Inquiſitio non fit contra non diffamatum. Bart. *reg.2.n.1.*

CAPVT XIII.

DE CAPTVRA ET CARCERE.

SVMMARIA.

1 *Iudex quando ad capturam procedere poſſit?*

2 *Relaxatio Rei capti quando ſtatim fieri debeat abſque expenſis non expectata ſententia?*

3 *Captura Rei an & quando fieri poſſit ſine autoritate judicis?*

4 *Repertus in flagranti crimine poteſt à quocunque capi, ſed non detineri, niſi per 20. horas.*

5 *Rectoris commiſſio de capiendo aliquo, durat etiam in tempus ſucceſſoris, ſi facta fuerit cum cauſa cognitione.*

6 *Reus in Eccleſia capi poteſt propter atrox delictum, & quid in aliis delictis.*

7 *Captus pro leui crimine, pro quo non ingeritur pœna ſanguinis, relaxari debet fideiuſſoribus, alias judex tenetur in ſyndicatu.*

8 *Carcer eſt ſpecies tormenti.*

9 *Fideiuſſores non ſunt recipiendi, vbi pœna corporalis aut banni ingeritur.*

10 *Nemo membrorum ſuorum eſt Dominus.*

11 *Relaxari fideiuſſoribus quibus caſibus reus minime debeat, licet pœna corporalis non ingeratur?*

12 *Relaxatus cum fideiuſſoribus non idoneis poteſt iterum capi, & cogitur idonee fideiubere, nec fideiuſſores ob talem capturam liberantur.*

13 *Capi à familia non permittens, ſi occidatur, homicidium erit impunitum, fallit, quando quis capitur pro delicto ciuili.*

14 *Familia an reum ſe defendentem impune occidere poſſit.*

15 *Capti gaudent priuilegio miſerabilium perſonarum.*

16 Car-

16 *Carceratus ſi eſt pauper, & egenus, debet ab eo ali, qui eum detineri fec*
17 *Carceratus an citari poſſit ad aliquem actum, & an contrahere poſſit, ſi*
tem cum eo, qui illum fecit carcerare, ad hoc vt ſe liberet?
18 *Carceratus juſtè pro vno debito vel delicto poteſt recommendari pro alio.*
19 *Captus à judice incompetenti debet tranſmitti ad ſuum judicem, & is non*
tenetur ſtare proceſſu formato per judicem tranſmittentem.
20 *Bannitus à familia captus, non poteſt ab ea impune occidi.*
21 *Carceratus frangens carceres, & fugiens habetur pro confeſſo, ſi conſtet de*
delicto.
22 *Iniuſte carceratus poteſt ex carcere fugere, & reſiſtentes cuſtodes impune*
offendere & occidere.
23 *Carceratio dicitur iniuſta, quando per judicem non fuit ſeruatus juris*
ordo in capiendo.
24 *Cuſtodes an teneantur, ſi carceratus pro delicto è carcere aufugiat.*

REgulariter non proceditur ad
1 capturam ſine † indiciis, proce-
di tamen poteſt habita aliquali in-
formatione. Poteſt etiam incipi à ca-
ptura, quãdo periculum eſt, ne reus
fugiat, vel quando reus reperitur in
crimine, & in ſupradictis non expe-
ctatur, quod cõſtet de delicto. Item
per quos captura fieri debet, & quis
capi poteſt, vide Bartol *in l. fin. ff. ad*
2 *leg. Iul. peculat.* Verum ſi reus † non
deliquerit, relaxari debet ſtatim, &
abſque expenſis, ſi ex officio captus
fuerit, non expectata aliqua ſenten-
tia. *l. 2. c. 2. C. de exhibit. reor.* Salic. *in*
l. nullus. C. eod. tit. ſine judicis autori-
3 tate † nemo capitur; fallit, in falſato-
re monetæ, deſertore militiæ, latro-
ne publico, agrorum depopulatore,
fure, virginum raptore, notat. *in leg.*
vnica Cod. de rapt. virgin. Item, re-
pertus † in flagranti crimine poteſt 4
capi, vt ſupra, à qualibet perſona. *L.*
quis in ſeruitute. §. fin. ff. de furt. l. vlt.
C. de malefic. & mathem. l. 1. C. de rapt.
virg. l. 1. & 2. C. de falſ. monet. Capti
tamen ſupradicti non poſſunt deti-
neri, niſi per ſpatium 20. horarum,
intra quod ſpatium debent ad judi-
cem mitti. Bartol. cum gl. *in l. c. 5. ff.*
ad leg. Iul. de adult. Cõmiſſio recto-
rum † de capiendo aliquẽ, durat et- 5
iam in tempus ſucceſſorum, ſi talis
cõmiſſio fuerit facta cũ cauſę cogni-
tione. Angel. *in l. fundũ. ff. de acquir.*
poſſeſſ. Propter atrox † delictum deti- 6
netur reus in Eccleſia. *Exod. c. 21. l. 2.*
C. de iis qui ad Eccleſ. cõfug. & ibi Cyn.
& Bart. *c. inter. & c. pœnale.* & ibi Ab-
bas *de immunit. Eccleſ.* Pro aliis vero
criminib. detineri non poteſt in Ec-
cleſia, cœmeterio, & hoc amplius in
hoſpi-

hoſpitali ab Epiſcopo conſtituto. Bald. *in l. ſi quis ad Eccleſiam. C. de Epiſcop. & cleric.* ſed de hoc vltimo dubitatur.
7 Captus † pro leui crimine, pro quo nō ingeritur pœna ſanguinis, relaxatur fideiuſſoribus; ſecus ſi aliqua pœna corporalis ingeratur, & ſi iudex non relaxabit, vbi non ingeritur pœna corporis, tenetur in
8 ſyndicatu. Et eſt ratio, quia carcer † eſt ſpecies tormenti. Bart. *in l. ſi vero. ff. qui ſatiſdar. cog. & in l. 1. ff. de cuſtod. reor.* imo ſeruitutis, & mala habitatio text. *in l. Titio. §. Titio. 2. ff. de condit. & demonſtrat.* text. *in l. 2. ff. de liber. hom. exhib.* text. *in l. ſi hominem ff. depoſiti* gloſſ. *ib. in verb. extenſum.* Bart. *in l. frater à fratre, num. 56. ff. de condict. indebit.* Bald. *in l. ob æs alienum. n. 1. C. de action. & obligat.* Hippol. *in pract. crimin. §. attingam. n. 28.* Signorol. de Homod. *in conſ. 174. nu. 3.* Et aduertendum eſt, quod fideiuſ-
9 ſores † vbi ingeritur pœna corporalis aut banni, non debent recipi per iudices; quia licet fideiuſſores expreſſe ſe obligaſſent ad pœnam corporalem ſiue banni, propter talem obligationem non poſſent puniri: &
10 eſt ratio, quia nemo eſt † Dominus membrorum ſuorum. *l. liber homo.* & ibi Bartol. *ff. ad leg. Aquil.* Præterea nota, quod ſunt caſus, in quibus licet non ingeratur pœna corporalis, reus tamen non relaxatur. Pri-
11 mo, quando reus † aufugit de carcere, alias perdit priuilegium, ſecundum Angel. *in tract. maleſi. in verb. fama publica.* Sed ęquitas eſt in contrarium, dummodo idonee fideiubeat. Secundo, quando reus à principio recuſauit fideiubere. Tertio, ſi confitetur ſponte delictum. Quarto, ſi repertus eſt in flagranti crimine, ſiue cum armis. De prædictis & aliis vide Hippol. *in d. §. attingam. in princip.* Sed hodie prædicta ſunt ad libitum iudicantium. Captus † ſi re- 12
laxabitur cum fideiuſſoribus non idoneis, poterit iterum capi, & cogetur idonee fideiubere. Bald. *in l. 1. ff. ſi quis in tus vocat.* Nec propter capturam rei principalis liberantur fideiuſſores. Bartol. *in l. ſi hæres à debitore. ff. de fideiuſſoribus.* Et ratio eſt, quod licet deuentum ſit ad capturā, non tamen eſt ſatisfactum: reſpicitur enim ad ipſam ſatisfactionem, tanquam cauſam finalem, quam ob rem fideiuſſores capi poterunt. Si † 13
quis ſe defendendo nō permittit capi à familia prætoris, quæ ipſum iuſte capere poteſt, ſi interficiatur à familia, homicidium tale erit impunitum, licet multi tenuerint contrarium Paul. de Caſtro. *in conſil.* incip. *viſo ſupradicto puncto. numer. 194.* Iacob. de Butr. *in l. 2. C. de his qui latro.* Supradicta limita non habere locū, quando quis capitur pro debito ciuili. Item limita, quod in cauſa criminali oportet, quod liquido con-

Digitized by Google

ſtet in proceſſu contra reum, vt ſu-
pra interfectum. Angel. *in l. ſi quis*
virginem. ff. de iniur. Caueant itaque
14 iudices † ne delinquentes capi curẽt
cum periculo vitæ, niſi liquido con-
ſtet contra ipſos delinquentes, ali-
15 ter puniuntur in ſyndicatu. Capti †
gaudent priuilegio miſerabilium
perſonarum, & legatum factum car-
ceratis dicitur ad pias cauſas. Bald. *in*
l. ſi quod. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. ſi
quis ad declinandum. C. de Epiſcop. &
cleric. Hippol. *in praxi crimin §. nũc*
videndum. numer. 10. & ſeqq. & §. at-
tingam numer. 75. & ſeqq. per iura i-
bid. allegata l. 1. C. quan. Imperat. in-
ter pupill. & vidu. & ibi Dd. & cauſa
carceratorum dicitur pia, vt per
Bartol. *in tractat. de carcer. in fin.* &
per Bald. *in l. ſi quis pro redemptione.*
C. de donat. Quare iudex tenetur vi-
ſitare & curare carceratos. Et ſi car-
16 ceratus † eſt pauper, quod non poſ-
ſit ſe ſuſtentare ille qui carcerari fe-
cit, debet eum alere, notat. *in l. 3. &*
l. iudices. C. de Epiſcop. audient. Car-
17 ceratus † non poteſt citari ad ali-
quem actum, & proceſſus formatus
eſt ipſo iure nullus. Item, regulariter
contrahere non poteſt. Bald. *in l. 1. C.*
de confeſſ. Aliqui ponunt cautelam
ridiculam, tamen not. quod carce-
rari extrahantur de carcere, cum cu-
ſtodia tamen officialium, & tali ca-
ſu volunt carceratos poſſe contra-
here. Carceratus poteſt contrahere
cum illo, qui fecit carcerari, dum ſit
rite & debite carceratus: Et eſt ratio,
quia aliter ſe liberare non poſſet. *l.*
qui in carcere. ff. quod met. cauſ. Ad-
uerte, quod multi tenent, quod car-
ceratus poſſit citari. Hippol. *in §. at-*
tingam. vbi multa allegat. Ego di-
ſtinguo, quod ſi carceratus eſt diues
& potens quod poſſit citari, aliter
non text. eſt cum gloſſ. *in l. 2. C. qui-*
bus ex cauſ. maior. Carceratus † pro 18
vno debito poteſt recommendari
pro alio, ſicuti carceratus pro vno
delicto poteſt recondemnari pro a-
lio, licet ſint multæ opiniones in cõ-
trarium. Hippol. *in §. diligenter.* Si
carceratus fuerit quis indebite, non
poterit recommendari pro alio de-
bito. Alexand. *in conſil. 158.* Captus
† à iudice non competenti debet 19
tranſmitti ad ſuum iudicem, & iu-
dex ad quem tranſmittitur, non te-
netur ſtare proceſſui, formato per
iudicem tranſmittentem. Si exul ca-
ptus eſt à familia prætoris, quamuis
ſtatuta locorum diſponant, banni-
tos † poſſe impune offendi & occi- 20
di. Bald. *in leg. huiuſmodi. §. ſi ita.* vbi
Ioan. de Imol. *ff. de legat. 1.* non po-
terit tamen ab ipſa familia impune
occidi propter reuerentiam magi-
ſtratus, & religionem iudicandi.
Carceratus † fugiens de carcere ha- 21
betur pro confeſſo, & poteſt pro-
cedi contra eum, tanquam confeſ-
ſum delictum, pro quo fuit captus.

quod

Digitized by Google

quod nota propter aliquas leges diſponentes abſentes non poſſe definitiue exulare. Nam dictæ leges non habebunt locum in pacto fugiente. *l. qui in carcerem. digeſt. quod met. cauſ.* Limita tamen prædicta, ſi conſtet de delicto. *leg. raptor. Cod. de Epiſcop. & cleric.* Item limita, ſi reus fugit fractis carceribus; aliter enim ſi aperto carcere. Item, quando car-
5 † ratione cuius videtur ſcriptura ſuſpecta, prout voluit Angel. & refert Joan. de Imol. *in leg. 1. §. ſi quis neget, verſicul. item addit*. quod tangit Jacob. de arte *ff. quemadmodum teſtament. aperi*. & quia etiam non appareret illum, qui teſtes prædictos examinavit eſſe notarium. Ut igitur tollatur omnis ambiguitas, videtur teſtes huiuſmodi debere denuo examinari & novos admitti: ne præfatus Siffredus inquiſitus & in cauſam tractus minus debite, & forſaſſe contra juſtitiam condemnetur: quod fiendum non eſt, quia in dubio ſanctius eſt nocentem abſolvere, quam innocentem condemnare *l. eum qui nocentem in princ. ff. de injur.* Quæ dixerim ſub correctione cuiuſlibet domini melius ſentientis, cui præmiſſa ſubmitto, & ſubmiſſa eſſe volo.

NOTABILE V.

Teſtes ſuper articulis eiſdem vel contrariis non admittendos, poteſt ſupremus Magiſtratus ex officio examinare.

SUMMARIA.

1 *Infans naſcens in matrimonio præſumptione juris in dubio viri & uxoris eſſe præſumitur.*

2 *Teſtibus examinatis, & depoſitionibus publicatis, alij ſuper eadem producti, quando poſſint & recipi.*

Non

NOn dubito quin attentis depoſitionibus teſtium parte providi viri, & honorabilis mulieris Martini Bergerii & bonæ Gansbergæ, contra & adverſus Joannem Gilberti in hac cauſa productorum, deberet juramentum deferri, ſi octavus & nonus articulus probari extitiſſent, ſcilicet quod matrimonium contractum extiterit anno Domini 1494. circa feſtum beati Hilarij, & quod deinde infra ſex menſes à die contracti matrimonii huiſmodi numerandos dicta Bona peperit: ſed quia illi non ſunt probati exiſtimo juramentum non eſſe deferendum, nec præfatos conjuges poſſe de jure obtinere:
1 † quia cum infans ille, de quo in proceſſu, natus fuerit in matrimonio, h. e. ex dicta Bona, quæ tempore nativitatis illius habebat maritum, dictum videlicet Martinum Bergerii, dictus infans præſumptione juris præſumitur in dubio fuiſſe & eſſe horum conjugum filius naturalis & legitimus, *l. quia ſemper. ff. de in jus vocand. & l. filium.* & quod ibi Bald. & Ang. *de in jus vocan.* non video remedium, cum teſtes ſuper dictis articulis examinati extiterint, & deinde eorum depoſitiones publicatæ & viſæ, hoc eſt, didiſcitæ, non poſſunt metu subornationis alii teſtes ſuper eiſdem produci, *ca. fraternitatis, de teſtibus. & clem. teſtibus. eo tit.* & quod utrobiq; not. Dd.
† Fateor quod ſi lata ſententia contra dictos conjuges ipſi appellarent 2
ad ſuperiorem, & deinde in proſecutione appellationis darentur ipſi ſuperiori nomina & cognomina eorum, qui ſine fraude habent notitiam contentorum in *dictis 8. & 9. articulis*, & deinde ſe abſentarent, poſſet idem ſuperior, in quo non eſt metus subornationis, recipere & examinare dictos teſtes, ut voluit Bal. *in l. ampliorem, ad fin. principij. C. de appell.* quem refert & ſequitur Roma. *conſil.* 479. exordiente. *In eo quod quæritur, an in eadem inſtantia, &c.* & plenius Alexand. de Imol. *in l. 3. §. hoc autem judicium. colum. 4. verſ. & ex dictis ſupra datur ſecundum Bald. & c. ff. de damno infecto.*

Notabile IV.

Inſtrumentum ſine die fidem non facit, niſi adhibito notarii protocollo ſaltem ex aliis vicinis actis illa eruatur.

SUM-

SUMMARIA.

1 *Diei initi contractus & recepti inſtrumenti inſertio eſt de ſolennitate, ſed an ſit quid minimum ut vitiare non debeat illius omiſſio*. & num. 4.

2 *Omiſſio ſigni* crucis *an vitiet inventarium, & cur.*

3 *Omiſſio dictionis in inſtrumento relicta lacuna ut inſeratur, an vitiet inſtrumentum.*

1 LIcet † appoſitio diei initi contractus & confecti inſtrumenti, ſeu receptionis illius ſit de ſolemnitate inſtrumenti ut videtur voluiſſe gloſſ. & quod ibi Joan. de pla. & doctores *in l. generali* C. *de tabu. lib.* 10. Spec. *tit. de inſtru edit.* §. *breviter. ver. ſunt autem novem &* §. *inſtrum. colum. mihi* 4. *verſi. quid ergo ſi dies canon. in cap.* 1. *de fi. inſtrument.* & Barto. *in l. ſi librarius ff. de regu. jur.* huiuſmodi tamen ſolennitas eſt quid minimum, ut vult Bart. in d. l. ſi librarius, pro quo allegat, quia ſi teſtis in cauſa productus de die nõ recordetur, nihilominus probat, *l. teſtium*, junctis ibi not. per gl. & Doct. C. *de teſti.* & idem voluit Vitalis de Camba *in ſuis cautelis*, ſub rubrica *de erro no. col.* 4. Propter quod videtur, quod illius omiſſio non deberet vitiare inſtrumentum, per ea quæ voluerunt multi & quidem non levis, ſed magnæ authoritatis *in l. fin. in princ.* C. *de jure jurand. & alibi* quos plenius Alexan. de Imol. *in dicta leg. fin. columna. mihi* 8. *ver. extra.* glo. *quæritur an omiſſio ſigni. &c.* commemorat, in illa quæſtione, qua & ibi & alibi Doctores quærere conſueverunt † an omiſſio ſigni crucis inventarium vitiet: ſuper qua & in dicta *leg. fin.* & alibi multi, inter quos fuerunt Raynerius, Salicet. Fulgoſ. Ang. Joannes de Imol. Joan. Andr. & quidam alii, voluerunt quod non, moti ut plurimum ea ratione, quia ſignum crucis eſt modica ſeu levis ſolennitas, & ſic omiſſio illius eſt omiſſio modicæ ſeu levis ſolennitatis. Videtur igitur in ſimili, quod omiſſio diei huiuſmodi non deberet vitiare inſtrumenum, cum omiſſio huiuſmodi ſit quid minimũ: ad quod facere videtur quod habetur *in c. in nomine Domini diſtinct.* 23. allegari conſueto *in dict c. de fide inſtrum.* ad probandum quod in inſtrumento apponi debeant anni Domini, &c. quia licet ibi ponatur annus incarnationis dominicæ, & menſis illius anni: non tamen ponitur dies, non igitur videtur quod inſtrumentum recognitionis dudũ factæ, anno videlicet Domini 1460. & de menſe Maij, per Magiſtrum Martinum Vitalis notarium, ſumptum per Magiſtrum Georgium Guilhoti notarium, vitiari debeat propter omiſſionem appoſitionis diei recognitionis 2

 huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi: eo maxime, quia in inſtrumento huiuſmodi non omnino omiſſa eſt dies, ſed dictum eſt & ſcriptum in eodem anno & die, quamvis non fuerit certus dierum numerus appoſitus, ſed dimiſſum ſpacium album & vacuum pro deſcriptione numeri huiuſmodi † pro quo facit, quod in ſimili voluit Bald. *in cap. inter dilectos colum. mihi. 5. verſ. quid ergo ſi notarius, &c. de fide inſtrumentor.* ſi tamen in inſtrumento dicatur anno & indictione, & deinde non expreſſa certa quota, ſeu numero indictionis, relinquatur ſpacium vacuum, non vitiatur inſtrumentum. † Verum quamvis hæc videantur colorata: ego tamen aſſerere non audeo in hoc caſu, ſignanter cum Doct. dicant & præſertim Bart. *in d. l. ſi librarius*, & fuit de mente Spec. *in d. §. inſtrumentum, ver. quid ergo ſi dies, &c.* quod inſtrumentum eſt nullũ propter omiſſionem appoſitionis diei. Et, ut mihi videtur, aſſignari poteſt diverſitas inter caſum, in quo loquitur Bald. *in d. c. inter dilectos*, & caſum præſentem. Et tamen verum quod ſi repetitur protocollum, ſeu liber notarum præfati Georgii, in quo ſcripta extitiſſet nota inſtrumenti recognitionis, de qua ſupra, & ante notam huiuſmodi reperiretur aliqua nota ſcripta ſub anno & menſe notæ huius recognitionis, & quæ haberet certum diem expreſſum, præſumi deberet & præſumeretur, quod eo ipſo die hæc nota recognitionis recepta extitiſſet, per ea quæ volunt Doctor. *ubi ſupra.*

3 (margin, beside "meri huiuſmodi †")

4 (margin, beside "vitiatur inſtrumentum. †")

NOTABLLE V.

Non ſunt duorum teſtium depoſitiones conjungendæ, quorum dicta ubique ſingularia ſunt, & nullibi plenam probationem faciunt.

SUMMARIA.

1 *Singularitas teſtis de fama deponentis an probet.*

2 *Diſpoſitio conditionalis effectum quando ſortiatur.*

NOn eſt ſufficienter probatum quod matrimonium contractum extiterit per verba de præſenti per & inter Antonium Caſtoris ex una parte & honeſtã quondam mulierem Aliſiam filiam providi quondam viri Antonii de Baucio. Et primo quidem non per quoddam prætenſum inſtrumentũ parte eiuſdem Antonii in hac cauſa productum: quia

quia in illo non eſt ſermo de matrimonio per verba de præſenti contracto, ſed per verba de futuro, & ſic de ſponſalibus non etiam per teſtes ut primo quidem nō per diſpoſitionem ſeu dictum cuiuſdam Petri Bannerii, alias Provenſal, primi teſtis parte dicti Antonii in hac cauſa producti. Tum quia, ſi bene, & diligenter, & alias prout oportet attendatur ad ejus depoſitionem, eam videlicet, quam feciſſe dicitur ſuper ſexto articulo, quorundam prætenſorum articulorum, exordientium. *Quod non obſtat, &c.* parte ipſius Antonii in hac cauſa productorum, ipſe teſtis non cognovit eundē Antonium: loquitur enim de quodam Annio Caſtoris qui (ut dicit) ferebatur amicus dictæ quondam Aliſiæ: & deinde ſubjungit de quodam Antonio Caſtoris de Sancto Saturnio, per quem dicit fuiſſe rectos & gubernatos bona, ac liberos, & hæredes dicti quondam Antonii Caſtoris: quod tamen non eſt verum, & quaſi unus illorum liberos habuit per alium poſtea gubernatos, quod etiam non eſt verum.

1 Tum † & quia dictus teſtis non deponit de propria ſcientia, ſed de prætenſa fama: qui cum fuerit & ſit unicus & ſingularis, non probat, *l. jurisjurandi, C. de teſt. &c. tam literis, eodem titulo.* Non etiam probatur per depoſitionem Antonii Ægidii ſecundi teſtis: quia ille fuit & eſt unicus & ſingularis, quatenus dico poſſit depoluiſſe de matrimonio contracto per verba de præſenti inter dictos quondam Antonium Caſtoris & Aliſiam de Pauccio, & ſic nihil probat, *dict. l. jurisjurandi.* Nec ſunt depoſitiones horum duorū teſtium ad invicem conjungendæ ad faciendum ſeu integrandum unam plenam probationem, & hoc pro eo quia prætenſa fama, de qua deponere conatus eſt primus teſtis, non eſt plene probata, pro quo allegaſſe ſufficiat quod ponit Alexan. de Imola, *conſ.* 11. exordiente. *Sentio in dubium revocari, &c. verſ. minus etiam conjungi poteſt, &c. & conſ.* 19. exordiente. *In his quæ in themate, &c. in* 4. *volum.* etiam non probatur per depoſitionem providi viri Richardi Varſini tertii & ultimi teſtis, quia ille nihil depoſuit, de hujuſmodi prætenſo matrimonio: dicit enim ſe nunquam vidiſſe aut cognoviſſe præfatam Aliſiam. Non eſt ergo probatum dictū aſſertum matrimonium: & ſic illa prætenſa donatio ex adverſo & in dictis articulis mentionata, utpote quæ habebat hanc tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequeretur, non probatur fuiſſe ſortita effectum pro eo quia † conditionalis diſpoſitio ita demum effectum ſortitur & aſſumit, ſi conditio ſequatur. *l. pecuniam. ff. ſi cer. pet. l. cedere diem ff. de verb. oblig. & l. qui hered. §. fi. de cond. & demon.* 2

NOTABILE VI.

Si bonæ teſtium exiſtimationis mentio fiat, ſufficit eos non obſectari: ſi optimæ, aliqualis ejus probatio videtur exigi.

SUMMARIA.

1 *Numerus teſtium ſupplet defectum qualitatis ſeu Idoneitatis aut fidei.*

2 *Indubio quilibet præſumendus eſt idoneus teſtis.*

3 *Statuto dicente teſtes debere eſſe bonæ opinionis & famæ, præſumendum eſt pro teſtibus, niſi contrarium probetur.*

4 *Incendium, fractura, animalium immiſſio, & ſimilia potius dicuntur inquietatio, quam ſpolium.*

Viſis multiplicibus ac variis & involutis proceſſibus dudum cœptis & pendentibus indeciſis inter nobilem & honorabilem virum Aymarum Audrardi Dominum Barcelone ex una parte: & officiarios conſules & homines ſeu habitantes loci Marſanæ ex alia, dico & reſpondeo, ſub benigna ſupportatione huius inſignis & magnifici parlamenti ſalva viſione proceſſuum huiuſmodi, quos non vidi: ſed duntaxat illorum extractum factum, ut audio, per egregios viros dominos eiuſdem nobilis Audrardi advocatos, quod beneficium delphinalis ſtatuti; ſcilicet ſi quid per literas fuit parte ipſius nobilis Audrardi legitime imploratum quodq; ſuper imploratione fuit opportune & legitime proceſſum per ſpectabilem virum Dominum Petrum Laterii jurium Doctorem, & Delphinalem conſiliarium: & quod propterea reintegratione & proviſione per eundem Dominũ Laterii, & ſuo mandato facta fuit male, indebite & ſine gravamine ex adverſo ad hanc inſignem curiam provocatum, recurſum & appellatum. Pro cuius dicti pleniore oſtenſione præmitto, quo dictus nobilis Audrardi tunc implorans probavit ſe fuiſſe à quadraginta añis citra in poſſeſſione ſeu quaſi claudendo ſeu claudi faciendi, & clauſum in deveſiũ tenendi quoddam tenementum ſeu eremũ, ſi tum in territorio Marſanæ, loco dicto en ratenbois, confrontatum à parte orientis cũ limitibus Roycani & Marſanæ, quadã Draya ſeu violo exiſtente in medio: à vento cum riperia ancellæ, à borea cum terris & eremis cuiuſdam vocati Berniſon, quas tenent Stephanus & Joañes Borelli ſeu

eorum

Digitized by Google

eorum hæredes & occidere cum territis dicti Berniſon, & cuiuſdam vocati Garelli. Et quod his non obſtantibus Caſtellanus, & ſi nō facialis, ſyndici Marſanæ, & quidam alii, ſub colore & obtentu quarundam prætenſarum literarum parte eorum aut aliquorum eorundem à curia montilii Ademarii obtentarum, vel alias, acceſſerunt ad dictum tenementum, & clauſuram illius fregerunt, & in parte cremaverunt & incenderunt, animalia in eo immiſerunt. De his enim ut audio depoſuerunt 12. teſtes, ad quæ probanda ſufficiebant, juxta diſpoſitionem dicti Delphinalis ſtatuti, duo aut tres teſtes communi ęſtimatione fide digni. Illa igitur multo fortius probaverunt & probant 13. teſtes: quinimo etiam quinq; aut ſex, ſi tot extiterunt etiamſi eorum aliqui
1 viderentur minus idonei, † quia numerus ſupplet defectum qualitatis, ſeu idoneitatis per id quod not. Jacob Butri. *in l. 3 poſt princ. ff. de teſtib.* & quod not. gloſſ. *in dicta l. §. eiuſdem. in verbo numerus.* ubi dicit gloſſ. quod illud quod deficit in fide teſtium, ſupplet numerus: quod etiam voluit Joan. Andr. *in tit. de noto. crimin. §. fama in additione* exordiente, *Allegato ſupra, &c.* & Joan. de Imol. *in l. qui teſtamento, colum.* 1. *ff. de teſtibus.* & expreſſe hoc tenet Nicol. de Neapo. *in l. excuſantur, in princ. in 2. colum ff. de excuſ.* pro quo allegat. gloſſ. *in d. §. eiuſdem ſuper verbo numerus*, quam dicit non eſſe alibi. Facit gloſſ. *in l. ſi quis ex argentariis. §. 1.* & quod ibi Bart. & Alexand. de Imol. *ff de eden.* & do. Jaſon May. *in authen ſi vero contigerit colum. 2. verſ. quinto facit. C. de judic.* Ubi ergo prætendi poſſet, ut non videtur, quod aliqui ex prædictis teſtibus poſſint dici minus idonei: numerus tamen ſuppleret defectum; Et ita ubi alias duo non probarent: ſufficerent tamē tres vel ſaltem quatuor, & multo fortius plures: quamvis de hoc non ſit hic diſputandum, poſtquam illo nō reperiuntur obiectati, & propterea non præſumuntur fide
digni: † quia in dubio quilibet præſumitur idoneus niſi contrariū probetur, *l. ab ea parte ff. de proba. & l. cum pater. §. rogo cum ſuu ſimi. ff. de leg. 2.* Niſi forte quis oppugnat, quod parte dicti nobilis Audrardi debuerit articulari & probari quod illi eſſent omni exiſtimatione fide digni, per id quod not. Bart. & poſt eum Ang. *in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemadmo. teſta. ape. ubi voluit.* quod ubi optima opinio teſtium cauſa inductivæ plenæ probationis, quę alias plena nō eſſet; ibi eſt articulandum & probandum de optima opinione. Sed hoc non obſtat. Tum quia licet Bar. & Ang. hoc ſenſerint, contrarium tamen conſuluit Jo. de Li. & idem tenuit Franc. de Ramp. *in auth ſed cum teſtator. C. ad leg. fal.* quos refert Jo. Imol. *in d. l. 1. §. ſi* 2

quis negat, colum. 7. qui tandem concordando dicit forte poſſe dici † quod ſi ſimpliciter ſtatutum dicat, quod debeant eſſe tres teſtes bonæ opinionis & famæ: tunc niſi probetur aliquid in contrarium, præſumatur pro eis: & ideo probent. Sed ubi ſtatutum requirit quod ſint optimæ opinionis, & ſic inſuperlativo, tunc forte procedere poſſet opinio Ang. Quia licet præſumatur quis quod ſit bonæ opinionis, non tamen præſumitur in ſuperlativo quod ſit optimæ. Et idem voluit Bart. Soc. *conſ.* 274. exordiente. *In cauſa dominæ Liſæ Bernard. co.* 12. *ver. Poſtremo dico &c. in* 2. *parte.* Cum igitur dictum ſtatutum ſi quis per literas non exigat quod illi duo aut tres teſtes ſint optimæ opinionis: ſed quod ſint omni æſtimatione fide digni, nec nocet ei quod prædixi doctrina quam ponit Ang. poſt Bart. *in d. l.* 1. § *ſi quis neget.* Dictus igitur nobilis Audrardi, juxta exigentiam dicti Delphinalis ſtatuti, ſufficienter probavit poſſeſſionem, ſeu quaſi, & actionem per eum allegatas † Et ſuppoſito, citra præjudicium veritatis, 4
quod fractura, incendium, & animalium immiſſio, de quibus ſupra, potius deberent dici inquietatio ſeu turba, quam ſpolium ſeu ejectio: nemini tamē dubium quin beneficium dicti ſtatuti, ſi quis per literas, competat etiam turbato in ſua poſſeſſione, ut legitur in eodem ſtatuto *ad fin.* ibi, *Quæ autem &c.*

NOTABILE VII.

Quando & quomodo teſtes refutari ſoleant.

SUMMARIA.

1 *Contra honeſtum hominem nemine accuſante non procedendum.*
2 *Inquiſitionis via quando & ubi procedendum.*
3 *Sine indiciis & infamia non inquirendum.*
4 *Iudex diffamantes ad ſolennem accuſationem urgere debet.*
5 *Solennitas requiritur in inquiſitione, ut in accuſatione.*
6 *Excuſationes quæ accuſationi poſſunt opponi; recte opponuntur inquiſitioni.*
7 *Inquiſitio ſine ordinario proceſſu eſt nulla.*
8 *Teſtes indebiti examinati non probant, nec indicium faciunt.*
9 *Muliebre teſtimonium in criminalibus reprobatur, licet valeat in civilibus.*
10 *Mulierum atteſtatio inſufficiens, etiam cum admittuntur.*
11 *Diffamatores, vel accuſatores non ſunt idonei teſtes.*
12 *Inductus ab inimico non eſt idoneus teſtis.*
13 *Teſtis metu etiam reverentiali adiectus non probat.*

14. *Teſtes*

14 *Teſtes de diverſo tempore deponentes ſunt ſingulares, neq; probant.*
15 *Singularibus teſtibus, velut uni, non creditur ſuper delicto.*
16 *Singularium teſtimonia non junguntur.*
17 *Adulterium ex viſu probari debet.*
18 *Inter conjunctas perſonas non præſumitur adulterium, & num. 25.*
19 *Teſti non veriſimilia deponenti non creditur.*
20 *Infamibus & vilibus non creditur abſque tortura.*
21 *Præſumptio contraria fortiore tollitur.*
22 *Magis veriſimile tollit minus veriſimile.*
23 *Cum pro reo ſunt indicia, potius abſolvendus, quam torquendus.*
24 *Bona rei fama elevat indicia torturæ.*
25 *Duobus teſtibus unumquodq; indicium probandum.*
26 *An probationes in crimine falſi à reo requirantur.*
27 *Quibus in criminibus purgatio à reo exigatur.*
28 *Innocens quilibet præſumitur.*
29 *De purgatione canonica, cui, quando, quomodo, ex quibus cauſis, & in quibus imponatur.*

DUo teſtes, & quidem mulieres examinatæ ſunt per viam inquiſitionis, ex qua ordinaria pœna imponi non ſolet. C. *inquiſitionis*, 21. *de accuſat.* contra hunc civem de adulterio ſuſpectum ac per eaſdem diffamatum, à ſenatu non ſatis æquo, & pecuniam ab homine copioſo grandē his occaſionibus emungere commodum volente: qua de conſuetudine Cravet. *conſ.* 137. *magiſter. nu.* 10. *per totum*, quæritur, an & quantam fidem faciant, ac quatenus probare vel judicium facere contra dictũ civem poſſint? in quo † primum venit
1 conſiderandum alienius videri, ſic contra honeſtum alias virum nemine accuſante procedi, contra *l. reſcripto § ſi quis. de mun. & honor.* ubi gl. *ad verb. non debet*, allegat ad hoc dictum Evangelicum: *Mulier nemo te accuſat. L. 3. C. qui accuſ. non poſſ* ubi Bartol. Salic. Quanquam autem † ab hac or- 2
dinarii proceſſus regula quædam delicta excipiant gl. Bart. & Dd. *l. 2. §. ſi publ. verb: ſine accuſatore de adulter.* tamen in illis non numeratur adulterium, ut patet ibidem, &c. *at ſi de jud.* ſed tantum ea crimina recenſentur, in quibus ſine crimine calumniæ & inſcriptionis procedi poteſt: ut annotat ibi Bart. *nu.* 11. Atqui inter eiuſmodi non recenſetur adulterium. *L. in cujus §. ult. ad l. Iul. de adult. l. jure mariti. C. eo tit.* Ergo in hoc ſine accuſatore & ordinaria accuſatione facile contra-

contra quenquam, præſertim frugi hominem procedi non debet. *l. quamvis.* 10. C. *ad l. Iul. de adult.* Nam inquiſitio eſt de jure ſpeciali, Cravet. *conſ.* 262. *n.* 6. ſed ſtandum eſt regulæ in caſu non excepto. Decad. *num.* 6. *&* 20 Cag & Dd. *in l.* 1. *de reg. jur.* C. 2. *de reſtit. ſpol. in* 6. Jaſon. poſt Bart. *l.* 2. *nu.* 33. *ſi quis in jus vocat.* Bart. *l. quoties. nu.* 1. *ſi quis caut.* Bald. *l ſi tutor. in fine* C. *de ſer. pign. dato manu.* Jaſ. *l. cæter. num.* 5. *ff. de legat.* 1. Schurff. *conſ.* 15. *quod in præſenti in* 6. *cent.* 1. Et ut maxime poſſit ſicut etiam moribus uſurpatur, magiſtratus per viam inquiſitionis etiam hoc in crimine contra
3 ſubditum procedere, tamen † nec illud tentandum erat non præeuntibus judiciis Cravet. *conſ.* 262. *n.* 1. nec præcedente fama. C *cum oporteat.* 19. *de accuſat.* quæ ſit loco accuſatoris. C. *qualiter.* 2. *de accuſ.* Spec. *de inquiſ.* §. 1. Chilia. *in pract. ca.* 2. *in prin. num.* 1. 2. 3. Ferrar. *in forma inquiſit. verb. fama pu-*
4 *blica præcedente.* adeo † ut ſi talis famę noſcantur & extent authores (ut in noſtro caſu) judex ab inquiſitione deſiſtere, & eos ad ordinaria accuſandum adigere debeat, Chilian. *ibi. c.* 1. ex Bart. *l.* 2 §. *ſi publ. de adul.* Super
5 † hæc ſolennitas requiritur eadem in inquiſitione, quæ in accuſatione, *c. qualiter.* 24. *de accuſ.* cujus in locum ſuccedit. Bart. *d.* §. *ſi publico. & l. infamem. notab.* 8. *de publ. judic. d. c. quali-*
6 *ter* 24. *de accuſat.* Unde † ſurrogatum ſapere decet ac retinere naturam ejus cui ſurrogatur. *l. ſi tum.* §. *qui injuriarum.* ub. glo. *verb. danda: ſi quis cautionibus*, & exceptiones, quæ accuſationi ineptę vel minus ſolenniter inſtitutæ recte opponuntur, eædem valent etiã adverſus inquiſitionem, Chilian. *in pract. cap.* 2. *n.* 4. per Spec. *tit. de inquiſ.* §. *viſo igitur. verſ. hoc autem ſcias*, & Bart. *ad* §. *ſi public. verſ. quæro. utrum contra judicem & d. l. infamem. l. libertorum. in princ. de accuſat.* Ergo † 7
ut in ea ordinarius proceſſus eſt obſervandus *l.* 3. ubi Dd. C. *de accuſat.* ſic & in inquiſitione *cap. ult.* ubi Hoſt. Panor. & Dd. *ut lite non conteſt.* inprimiſque copia judiciorum ac famæ reo eſt facienda, ut de iis ſe purgare vel interrogatoria opponere articulis poſſit, Ang. *in pract. crimin. verb. fama publica* Bart. & Dd. *l. ult. de quæſt.* Barbat. *conſi.* 47. *lib.* 1. & teſtes in ejus præſentia jurare, ſicut alias, debent. Boer. *deciſ.* 309. *n.* 4. *ver. debere jurare in præſentia nominati, &c.* alioqui proceſſus inquiſitionis nulliter inſtituitur, neque reum prægravat: dato etiam, quod conſuetudo eſſet in contrarium Chilian, *in pract.* 2. *de inquiſit. num.* 1. 2. 3. 4. per *l. ſeveriter.* C. *de excuſat. tutor. Cler.* 1. § *verum quia, de hæret.* Ang. *l. ſi vacantia.* C *de bono vac. li.* 10. §. *oport. in authent. ut jud. ſine quoquo ſuffrag.* Card. Zab. *clem.* 1. *verſic. quartò quære de off. ord.* & idem Chilian. Paulo poſt. *d. c.* 2. *num* 4. *& c.* 1. *in fine*, alle-

allegans ad hoc *l. prolatum*, ubi gloſſ. Bar. Bal. *nu.3.4. C. de ſentent.* Bart. *l. ſi quæramus. de teſtam.* Bal. *auth. generaliter. C. de epiſ. & cleric.* Quocirca † te-
8 ſtes iſtæ mulieres duæ inordinatæ contra hunc civem inauditum receptæ & auditæ, probare adverſus eum nihil debent aut poſſunt: dato quod etiam à Cardinale, nedum inferiore, teſtes examinati forent Bald. *in auth. ſed etſi quis. in fine. C. de teſtib.* Hipp. *in pract. crim. §. diligenter. n.147.* Imo perinde habentur, ac ſi nunquā eſſent examinati *§. ſi vero dicatur in auth. de teſtib.* adeo ut nec faciant indicium, quamlibet ſint omni alias exceptione majores. Hipp. *præal. loc.* per Bal. *in c.1. §. ſacramentum. de conſuetud. re feud.* Quanto igitur minus iſtis hic
9 mulierculis credi debeat, quarum † varius ac mutabilis ſenſus non tantum à poetis exagitatus, ſed etiam in teſtimoniis rerum, maxime criminalium, reprobatus eſt, *c. forus §. teſtes.* ubi gloſſ. & Dd. *de verb ſig.* Bart. *in tractat. ad reprobationē teſtium, teſtium facilitatem. verſ. item mulieres à teſtimonio repelluntur.* Quanquam enim mulieres non damnatæ in judiciis teſtimonii jus habeant, *l. ex eo.* 18. *de teſtibus.* tamen hoc accipiendum eſt de cauſis duntaxat civilibus, non publicis gravioris momenti, *l. qui teſtamento. §. mulier. de teſtam.* ut ſunt criminales publicorum judiciorum. &c. *d. c. forus.* Bartol. *præall. loc.* *in reprobat. teſt. verſ. item mulieres. c. ex eo 15. q. 4. c. quoniam c. tam literis, de teſtibus. text. in c. mulierem. q. 5. de crimine. cum ſeq.* ubi Archid. poſt gloſſ. *15. q. 3. c. ex eo. 15. q. 3.* ubi probatur, licet jure civili mulier teſtari de crimine poſſit, non tamen perinde jure Canonico; quod uſu in capitalibus maxime ſervari declarat Gandin. *tract. de fur. & latro num.* 8. niſi in caſibus quibus infames admittuntur, *d. c. mulierem*, & eſt ratio inquit, quia mulierum vanum & mutabile cor eſt. *l. filia. de inoffic. teſt.* item inquit, ſi in civilibus mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, *d. l. qui teſtamento §. mulier. de teſtam.* multo minus (notetur argumentatio) in cauſa criminali, ubi diligentius eſt agendum, *l. ultim. C. de prob. l. ubi* C. *de falſ. l. addictos. C. de apoſt.* Hæc Gand. quem ſequitur & ad idem allegat Albert. *in d. c. ex eo num. 1. de teſtib.* Quanquam autem fœminas in criminali cauſa recipi diximus iis caſibus, ubi infames audiuntur, non tamen inter eos recenſetur adulterium *l. ex eo.* juncta *l. 3. §. lege de teſtib.* quam alleg. glo. *d. l. ex eo.* Sed & qui accuſare non poteſt, nec teſtificari de crimine debet, *c. 1. 2. 3. 15. q. 3.* Atqui mulier non poteſt aliquē publici criminis reum facere, niſi ſuam ſuorumque injuriam perſequatur, *l qui accuſare ver. ob ſexum mulier. l. hi tamen de accuſa. l. ſenatus 5. l. de crimine* 11. C. *de iis qui ac-*

Digitized by Google

allegans ad hoc *l. prolatum*, ubi gloſſ. Bar. Bal. *nu.* 3. 4. *C. de ſentent.* Bart. *l. ſi quæramus. de teſtam.* Bal. *auth. generaliter. C. de epiſ. & cleric.* Quocirca † te-
8 ſtes iſtæ mulieres duæ inordinatæ contra hunc civem inauditum receptæ & auditæ, probare adverſus eum nihil debent aut poſſunt: dato quod etiam à Cardinale, nedum inferiore, teſtes examinati forent Bald. *in auth. ſed etſi quis. in fine. C. de teſtib.* Hipp. *in pract. crim.* §. *diligenter. n.* 147. Imo perinde habentur, ac ſi nunquã eſſent examinati §. *ſi vero dicatur in auth. de teſtib.* adeo ut nec faciant indicium, quamlibet ſint omni alias exceptione majores. Hipp. *præal. loc.* per Bal. *in c.* 1. §. *ſacramentum. de conſuetud. re feud.* Quanto igitur minus iſtis hic
9 mulierculis credi debeat, quarum † varius ac mutabilis ſenſus non tantum à poetis exagitatus, ſed etiam in teſtimoniis rerum, maxime criminalium, reprobatus eſt, *c. forus* §. *teſtes.* ubi gloſſ. & Dd. *de verb ſig.* Bart. *in tractat. ad reprobationẽ teſtium, teſtium facilitatem. verſ. item mulieres à teſtimonio repelluntur.* Quanquam enim mulieres non damnatæ in judiciis teſtimonii jus habeant, *l. ex eo.* 18. *de teſtibus.* tamen hoc accipiendum eſt de cauſis duntaxat civilibus, non publicis gravioris momenti, *l. qui teſtamento.* §. *mulier. de teſtam.* ut ſunt criminales publicorum judiciorum. &c. *d. c. forus.* Bartol. *præall. loc. in reprobat. teſt. verſ. item mulieres. c. ex eo* 15. *q.* 4. *c. quoniam c. tam literis, de teſtibus. text. in c. mulierem. q.* 5. *de crimine. cum ſeq.* ubi Archid. poſt gloſſ. 15. *q.* 3. *c. ex eo.* 15. *q.* 3. ubi probatur, licet jure civili mulier teſtari de crimine poſſit, non tamen perinde jure Canonico; quod uſu in capitalibus maxime ſervari declarat Gandin. *tract. de fur. & latro num.* 8. niſi in caſibus quibus infames admittuntur, *d. c. mulierem*, & eſt ratio inquit, quia mulierum vanum & mutabile cor eſt. *l. filia. de inoffic. teſt.* item inquit, ſi in civilibus mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, *d. l. qui teſtamento* §. *mulier. de teſtam.* multo minus (notetur argumentatio) in cauſa criminali, ubi diligentius eſt agendum, *l. ultim. C. de prob. l. ubi C. de falſ. l. addictos. C. de apoſt.* Hæc Gand. quem ſequitur & ad idem allegat Albert. *in dc. ex eo num.* 1. *de teſtib.* Quanquam autem fœminas in criminali cauſa recipi diximus iis caſibus, ubi infames audiuntur, non tamen inter eos recenſetur adulterium *l. ex eo.* juncta *l.* 3. §. *lege de teſtib.* quam alleg. glo. *d. l. ex eo.* Sed & qui accuſare non poteſt, nec teſtificari de crimine debet, *c.* 1. 2. 3. 15. *q.* 3. Atqui mulier non poteſt aliquẽ publici criminis reum facere, niſi ſuam ſuorumque injuriam perſequatur, *l qui accuſare ver. ob ſexum mulier. l. hi tamen de accuſa. l. ſenatus* 5. *l. de crimine* 11. *C. de iis qui ac-*

cuſ. poſſ. c. ex eo 15. q. 3. Ergo nec poterit de eo ſimiliter contra reum teſtificari, *d. c. l. 1. verſ. l. Iulia. de adulteriis. ff. de public. judi. §. item l. Iulia. Inſt. eod.* Sequitur ergo, quod de hoc nihil pertinente ad injuriam filiarum iſtarum & externarum muliercularum, ut ab iis accuſari reus noſter non poſſit ſic nec teſtimonio gravari debeat: præſertim ex communi opinione: quę licet jure civili mulierem in criminali ad teſtificandum admittat, jure tamen Canonico excludit, veluti proſequitur Julius Clarus *lib. 5. ſentent. §. fin. q. 24. n. 1. 2. 3. 4.* Panor. *c. quoniam. n. 2.* Dec. *n. 5. de teſt.* Crotus *tract. teſt. parte 3. n. 39.* Alexan. *conſ. 11.*
10 *num. 6. lib. 1.* Quin † & jure civili ac caſu quod admittuntur, non ſunt teſtes omni exceptione majores Bart. Cæpoll. *conſ. 32. quidam n. 2.* Molin. ad Ale. *conſ. 11. verb. civil. & conſ. 64. n. 3.* ubi ipſe Alex. *verſ. unde videmus li. 1.* Alex. *conſ. 178. viſo lib. 2.* Crav. *conſ. 99. n. 5. parte 1.* Joan. Cephal. *conſ. 133. num. 33. li. 2.* Horat. Lucius *conſ. 161. n. 19. 1. tomo conſ. criminal.* Dec. *l. fœmina. n. 35. de re. jur.* Varium enim & mutabile ſemper fœmina *c. forus. in fin. de verbor. ſi. l. filia. C. inoff. teſt. l. reprehendenda C. de inſtit. & ſubſtit.* Unde Verſus:

Quid levius fumo? flumen; quid flumine? ventus.

Quid vento? mulier, quid muliere? nihil.

Et alia ad hoc allegat Bartol. *tract. ad reprobat. teſt. in princ. verb. quod mulier.* & Bald. *l. quoties numer. 7. verſ. dic. quod mulier. Cod. de ſuis & legit*: dicit mulierem ter in hora mutari gloſſ. *l. 1. de confir. tut.* Non igitur mirum, ſi minus illis quam maribus credatur. Panorm. *d. c. forus* Bald. *conſ. 21. quo melius libr. 2.* Fac. *l. ult. de fid. inſtrum.* Fel. *d. c. quoniam de teſtibus* Hipp. *l. unius. §. in ea cauſa. de quæſtionibus.* Imprimis vero cum iſtæ fœmellæ diffamaverint reum: & rumorem hunc de eo primum, ſicut confitentur, ſparſerint, ideoque calumniæ † & inju- 11
riarum dicam, ſi abſolvatur, expectare ac extimeſcere cogantur. *l. ſi non convitij. verb. homicidij crimen objeciſti. Cod. de injur. l. item. 15. §. convitii. §. art. de injur. l. 1. C. de curioſ. lib. 12. l. ult. Co. de calum.* non valet eorum teſtimonium in propria cauſa, quam per ſe crimen probare debent. *l. qui accuſare. C. de eden. c. 1. de fid. inſtrum. l. nimis. C. de teſtibus.* ſic etiam criminum delatores, *l. ab accuſatione. ff. ad S. C. Turpil.* ubi gloſſ. ad verbum. *nunciatores.* Hipp. *in rubr. de probat. n. 119. per l. 1. C. de curioſ. lib. 12. l. ea. l. ſinguli. C. de accuſat.* Quid, † quod ex in- 12
terrogationibus & illarum reſponſionibus deprehenduntur hæ nugatrices ac huius inimicis civis ſubornatæ, ac pollicitationibus inductæ, ut vel hac ratione iis credi non debeat, *l. teſtium. ver. vilet. ac redemptos l. ſi*

l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus. c. licet. de
probat. c. non ſane 27. q. 5. Bartol. in
tract. ad reprob. verſ. reprobantur ſi pro-
miſſione, &c. Anton. Gabriel Ro-
manus de teſte., concluſ. 1. numer 3.
13 Quid, quod † etiam metu ſaltem re-
verentiali & minis ubi eorum qui va-
lebant, ad ita teſtificandum adactæ
ſunt: quod ipſam quoque fidem e-
levat c. item inidonei 4. q. 3. ubi gloſſ.
verb. imperari c. forus ubi gl. verbi do-
minantis. de verb. ſig. Quod? quod in
teſtimonio ſuo ſingulares reperiun-
tur: ideoque fide indignæ, c. licet. u-
bi gl. verb. ſingulares de teſtib. Dec. &
alii c. 1. de probat. Arno ſoliloq. 36. c. te-
ſtes cum ſeqq. 3. quæſt. 3. quæſt. 9. c. nihilo-
minus. 8. 3. quæſt. 4. Bart. tractat ad re
probat. verſic. reprobantur teſtes, ſi unus
dicit de una re, &c. Prima namque
teſtatur de facto verno diei Lunæ,
altera de facto æſtivo diei Jouis. De
14 † diverſis igitur factis deponunt:
quia de diverſo tempore d. c. teſtes d. c.
nihilominus. ubi Archid. 3. quæſt. 4. l. 3.
§. divi. de Carbon. edict. l. quibona. §. ult.
de damn. infect. Ant. de Butr. & com-
muniter Dd. c. cum cauſam quæ inter
Archid. de teſtib. Cyn. l. teſtium. q. 6. &
ibi Bald. C. de teſtib. Cyn. l. teſtium. q.
6. & ibi Bald. C. de teſtib. Panor. conſil.
98. n. 3. lib. 1. Bald. conſil. 29. proponitur.
n. 2. vol. 3. & conſil. 459. viſa n. 4. ver. pri-
mo quia teſtes. vol. 4. Anch. conſ. 64. n.
3. conſ. 149. n. 1. & 2. Caſtrenſ. conſ. 137.
in cauſa, quæ vertitur Pergami ad fin. &
conſ. 155. in cauſa quæ vertitur coram
Domino in fin. vol. 2. Jaſ. conſ. 131. n. 3.
lib. 1. Crav. t. de antiq. temp. parte 4. §.
abſolutis. n. 63. Etenim † ſi uni teſti nõ 15
creditur ſuper delicto c. veniens. 10.
rum ſimil. de teſtib. multò minus duo-
bus ſingularibus, Joan. Arn. d. ſoliloq.
36. Afflict. in conſt. reg. quæ. 72. qui mi-
nus probant, quam unus, Bald. & Dd.
l. ſervos. Cod. de teſtib. Fel. & Can. c. licet
cauſam de probat. Panor. conſil. 42. vol.
1. Boer. dec. 342. qui non faciunt ſe-
miplenam probationem, Bald. l. 1. C.
qui accuſar. Jaſ. repet. l. admonendi. nu.
112. de jurejur. & l. nec is. nu. 9. de acqui.
hæred. Cornæ. conſ. 132. n. 25. lib. 1. conſi.
163. n. 6. li. 2. neq; rediguntur ad con-
cordiam, Jac. Æmil. in terminis cau-
ſæ matrimonialis, conſ. 61. in cauſ. n. 6.
Fred. de Sen. conſ. 162 Domin. Alexan.
conſ. 143. quoniam. vol. 2. Et † quorum 16
ideo teſtimonia non conjunguntur,
quia de diverſis depoſuiſſe cenſen-
tur. Bald. Ang. Jaſ. nu. 11. l. ſi. quis §. co-
gentur, de eden. Ant. Gab. Roma. lib. 1.
concluſ. 2. de teſte, Crav. conſ. 6 & conſ.
79. num. 10. & de antiquit. temp. parte 1.
§. quid n. 19. ne quidem quod ad judi-
cium aliquod faciendum, Hipp. in
pract. §. diligenter. Ant. Gab. de teſte con-
clu. 2. n. 10. utrumq; contra Bart. tract.
ad reprobationem p. 2. Quanto igitur
magis idem in iſtis duabus mulIercu-
lis plebeis, & quæ aliquando ancillæ
fuerunt, maxime in tam gravi cau-
ſa, & criminali dicendum eſt: potiſ-

ſimum quando prior nihil obſcæni
viderit, ſed tantum hunc reum cum
ſua affine ex horto ſuo exiviſſe di-
17 cat? Atqui † ut teſtis flagitium iſtud
probet: eum vidiſſe neceſſe eſt. *l. ca-
pite 25. ubi gloſſ. verb. accuſaturo de ad-
ulter.* Ang. *tractat. malefic. verba fama
publica. nu.22.* Gand. *eo tract. tit de præ-
ſumpt. num.23.* Jacob. de Bel. *titul. de
leno. in fine.* Matheſ. *ſingul.118. num.4.*
18 Et quis † credat, perſonas affines in
gradu prohibito tantum ſcelus con-
cepiſſe. *l. cum qui Cod. de epiſ. & cleric. c.
pen. de cohab. cleric. l. ſi quis 34. C. de a-
dul.* præſertim in horto propter civi-
tatis muros poſito: ubi non modo
vicini per ſepes (ut volunt vidiſſe hæ
mulieres) ſed etiam vigiles de turri
ac portis, cives de ſuis tectis omnia
19 proſpicere potuiſſent? Teſti † autem
veriſimilia non deponenti non cre-
ditur. *l. ob carnem. §. fil. qui falſo. de te-
ſtib. §. præterea ext. eo* Ferrar. *in for. ex-
ced. contra teſtes. §.1. num.67.* Cum de
falſo ſuſpectus ſit, quoniam non ve-
riſimile habet imaginem falſitatis,
Panorm. Fel. & Dd. *C. quia veriſimil.
de præſump.* Dec. *conſil.184. in fine conſ.
595. n.8. conſ.58. conſ.315. n.8.* Arct. &
Canon. *c. tertio loco de prob.* Omitto,
20 † quod iſtæ mulieres infames ex ſi-
milibus delictis perhibentur, & cer-
te viles ſunt ancillæ. Quanquam au-
tem inhabiles ex alia aliqua cauſa,
quam delicti, puta domeſticitatis,
paupertatis, quoties admittuntur
ex alia cauſa ſpeciali ad teſtimonium,
toties iis credatur juratis abſque tor-
tura. Alex. *l. ex arbitrio de quæſt.* Boſſ.
de ind. nu.151. tamen infamibus & vi-
libus non creditur abſque tortura, in
qua dictum ſuum ſuſtinuerint, gl. &
Dd. *§. ſi vero ignoti, in auth. de teſtib. l.
ob carnem. §. ſi ea rei conditio, ff. eo titul.*
Boſſ. *de indi. n.151. & 160.* Plot. *conſil.
crimin.132. §. Ioannes, nu.26.* Sed † etſi, 21
quam hic d, teſtes præſumptionem
facerent, tamen illa per contrariam
fortiorem hic eliderctur. *l. pen. de in
integ. reſt.* præſertim in criminali tam
ardua cauſa *cap. accedens. de crim. falſ.*
cum aliis quæ ad hoc cumulat Hipp.
in pract. crimin. §. diligenter. n.191. 192.
ubi addit eadem ratione unum in-
dicium alio contrario fortiore tol-
li, per Alex. *conſil. 77. in cauſ. circa fi-
nem. vol. 1.* Bal. *conſil 302. verſu inter.
circa finem, vol.2.* Ang. *l. injuriarum. §. ſi
quis de honore. de injur.* Fulg. *conſ.173. in
cauſa* Hipp. *præall. loc. numer. 194. &
195.* addens ibi rationem, quod ma-
gis † veriſimile tollat minus veriſi- 22
mile, ſecundum Bald. *l. fin. in 2. oppoſ.
C. de hæred. inſtituend.* & major veri-
ſimilitudo minorem. Bald. *l. ſive poſ-
ſideris.* per illum text. *C. de probat.* Jaſ.
& Dd. *l. ſi extraneus ff. de cond. cauſ. da-
ta.* Cum † autem in dubio pro reo 23
ſit pronunciandum *lege abſentem l.
pen. de pœn. c. ult. de re jud. l. qui accuſar.
Cod. de eden.* conficitur, quoties ali-
qua pro reo ſunt indicia, quæ elidant

con-

contraria, potius cũ abſolvendum,
quam torquendum, aut jurejuran-
do onerandum eſſe, Boer. *deciſ.* 155.
num. 9. Jaſ. *l.* 1. *nu.* 10 11 *C. com. de legat.*
Hipp. *l.* 1. *n.* 59. *ad l Corn. de ſicar. & in
pract.* §. *diligenter. nu.* 190. Cyn. & Dd.
l. ultim. C. de probat. maxime cum, ut
hic probatur, bona ejus alias fama
& exiſtimatio. Hipp. *in pract. crim.* §.
diligenter. num. 197. ubi *nu.* 196. dicit,
etiamſi contra reum aliquod judi-
24 cium ſit probatum, tamen † ſi contra
demonſtretur frugi ipſius vita & o-
pinio, tolli per hoc indicium contra-
rium, ut ad torturam non valeat, ex
communi doctrina *l. ult. C. de prob. l.
ult. de quaeſt.* Bald. *l. ea quidem. in fi. verſi.
quaero an diffamatus. C. de accuſat.* late
Hipp. *ad* §. *diligenter, num.* 196. Bruno
à Solis *conſil. crim.* 1. *n.* 152. 153. 154.
Rolan. à Valle. *conſil.* 16. *&* 45. *volum.*
1. Quanquam hic nullum verum in-
dicium contra reum ſit probatum,
de quo Bart. & alii *d. l. fin. de quaeſt.* cum
etiam duobus teſtibus non ſingula-
ribus (quales hic ſunt) ſed omni ex-
ceptione majoribus (cuiuſmodi hic
25 deſunt) ſaltem † duobus unumquod-
que indicium ſit probandum. Hipp.
l. unus. §. *teſtes. numer.* 2. *l. de minore.* §.
plurium. de quaeſt. Ægid. Boſſ. *in pract.
crim. titul. de tortura*, *c.* 30. Quid
quod ipſa neceſſitudo & affinitas ha-
ſce perſonas à ſuſpicione tanti ſce-
leris abſolvat? *l. ſi quae* 34. ubi Bald.
& Sal. *tit. de adult. l. eum qui probabilem*,
C. de epiſc. & cleric. C. penul. ubi gloſſ.
ult. & Dd. *de cohab. cleric. & mulier. c.
cum in juventute de praeſum.* Et ſane
non probante accuſatore ac qui ejus
loco ſit, diffamatore, nullae ſunt aliae
partes judicis, quã ad abſolvendum,
l. qui accuſare. Cod. de edend. Nec † vero 26
quis mihi facile perſuaſerit, verum
eſſe, quod gloſſ. *l. fallaciter. C. de abo-
lit.* & alii *l. ubi C. de falſ.* tradunt vel in
crimine falſi aut ſimili ab utraq; par-
te, etiam à reo, probationes requiri:
Primum regula eſt in contrarium *l.
qui accuſare C. de edend. l. ult. actor. C. de
probat.* ut gloſſ. fatetur *d. l. fallaciter.
ver. regulariter contra.* à qua non eſt
recedendum, ubi non probatur ex-
ceptio *l. ab ea parte, de probat. l.* 1. *in fin.
C. de reb. cred.* Non autem probatur
haec exceptio *in d. l. ubi C de fal.* Nam
etſi textus ibi nolit omnia actori in-
cumbere, ſed judicem ſtatuat inter-
medium inter partes, quae & ipſe de
innocentia vel reatu rei inquirere
debeat, non tamen inde ſequitur
probationem hic ullam incumbere
reo: quod text. nuſquam verbo di-
cit: ideo ſuppleri non debet *l. de pre-
tio. de publica.* non magis quam in a-
liis criminibus, ubi idem officium
inquirendi à lege judici imponitur,
*l. abſentem. de poen. l. congruit. de off. praeſ.
l.* 1. *& paſſim. de quaeſt. l.* 3. *de teſtibus cum
ſimilibus.* Caeterum † *l. pen. ad* S. C. 27
Turpill. nihil huc facit, & eo perpe-
ram inducitur, ut inſpicienti patet.

Porro *d. l. fallaciter. Cod. de abolit.* id a-
deo non probat, ut mihi contrarium
potius inde colligi videatur. Recen-
ſet enim ſpecialia quædam crimina,
in quibus non tantum actori neceſ-
ſitas probandi crimen, verum etiam
reo purgandi, quæ negat, imponi-
tur: cuiuſmodi ſunt violatę majeſta
tis, oppugnatæ vel proditæ patriæ,
peculatus & ſacramenti (militiæ) de-
ſerti, quæ ibi nominatim recenſen-
tur. Falſi vero crimen cum nuſquam
ibi regulæ eximatur, concludemus
ex *d. l. fallaciter.* potius hic in contra-
riam partem, nempe quod exce-
ptum non eſt, in generalitate *d. l. qui
accuſare. Cod. de eden.* manere opor-
tere. Dec. *l. 1. nu. 20. de reg. jur.* Cæ-
28 terum † & cum *d. l. fallaciter.* purga-
tionis probationẽ à reo exigat, non
videtur agere de termino juris com-
munis, quo præſumitur quiſque in-
nocens, donec contra probetur. *c.
ult.* & paſſim. *de præſumpt. l. abſentem
de pœn.* Alciat. *reg. 2. præſump. 4. nu. 2.*
29 ſed † de purgatione ſuſpicionum,
quæ per ſuſpecti juramentum pur-
gari ſolent, *tot. tit. de purgat. canon.*
Æmil. *conſ. 61. in cauſa n. 7. & 8. per c.
atteſtationes de deſponſ. impub.* honeſti
& fide digni nobilis ac ingenui, nec
ante in flagitiis perjuriiſque depre-
henſi, *c. 1. de purgat. canon.* alioqui pro
convicto habendi ac puniendi, *c. cum
P. 7. de purg. can.* ſcilic. cum infamia
ortum habet ex probabilibus conje-
cturis, *c. nos inter. 6. c. inter. 10. c. 2. 3.
de purg. can.* Panor. poſt gl. *c. contine-
batur. de deſponſat. impub.* nec aliter ut
in noſtro caſu *c. cum in juventute 11. de
purg. can.* quo in titulo quæ de purga-
tionibus traduntur, ut poſtquam
purgans ſe principalis de veritate ju-
ravit, *c. quoties 5. eod tit.* ipſi compur-
gat. ejus honeſti. *conſtit. 9. de purg. can.
c. cum P. 7. cum dilecti. tit. purgat. can.* &
notitiam ejus habentes, *d. c. cum P.* ut
vicini. *d. c. cum dilecti*, jurent de cre-
dulitate. *c. de teſtib. 13. eod. tit.* nempe q;
credant eum verum juraſſe *c. quoties
5. in fine. de purgat. can.* Quanquam ju-
re quoq; Saxo. probetur, tamen nec
olim jure civili receptum fuit. *l. non
omnis. §. à barbaris. de re milit. c. præſen-
ti. §. ſicubi.* ubi gl. *in verb. conſcientia. C.
de his qui ad eccleſ. confug.* nec hodie,
nec quidem in curiis Saxon. uſurpa-
tur, ſed ſufficit ipſum principalem,
poſtquam illi impoſitum eſt à judice
per ſententiam, ſuo ſe jurejurando
purgare, de quo Jaſon. *nu. 219.* Beuſt.
nu. 145. cum ſeqq. Curt. *n. 317.* Caccia-
lup. *nu. 260. l. admonendi.* gl. *l. 1. nu. 50.*
Caſtr. *l. 3. n. 10.* Beuſt. *in rubr. nu. 195.
cum multis ſeqq. de jurejur.* Myn. *obſ. 87.
cent. 2.* Damhoud. *in pract. crim. c. 44.*
Angel. *conſ. 172.* Bart. *in l. ſed etſi. §. ſi
magiſter. in fi. ad leg. Aquil. & conſt. pro
22. part. 1.* ubi etiam ad civiles cauſas
porrigitur.

TITU-

TITVLVS IV.

CAPUT I.

De publicatione atteſtationum teſtium.

SUMMARIA.

1 *Teſtes an finita examinatione & depoſitione ſint publicandi.*
2 *Publicatio teſtium quæ.*
3 *Hac à producente tantum peti poteſt.*
4 *Pars adverſa quando proteſtari, & exceptiones ſuas opponendas reſervare ſolet.*
5 *In teſtium publicatione quæ requiruntur.*
6 *Publicatione teſtium ſemel facta, an teſtes amplius produci & examinari poſſint, necne?*

1 PRoductis denique teſtibus † juratis & examine abſoluto copia atteſtationum partibus eſt facienda, ut probationes & defenſiones ſuas hinc inde deducere poſſint. Publica-
2 tio vero teſtium † judice competente ſeu ipſius rei ordinario ad inſtantiam producentis, & altera parte, contra quam producti ſunt, ci-
3 tata peti debet; nec † ab alio, qui eos non produxit, licet ſua interſit, peti poteſt. *c. 2. extra de teſtibus.* Innocent. *in c. conſtitutus. de teſtibus.* Nell. à S. Geminian. *in tract. de teſtib. part. 2. numer.* 121. Solet quoque tandem
4 pars adverſa † ante publicationem, vel in ipſo publicationis actu proteſtari, & exceptiones ſuas poſt publicationem demum tam contra perſonas, quam eorum dicta opponendas reſervare. Deinde judex † par- 5
tibus præſentibus, vel abſentibus, citatis tamen, teſtium depoſitionem in toto vel pro parte, per ſe vel notarium legat; & demum dicat, habeantur pro publicatis, quod tum redigatur in ſcriptis. Speculat. *in titul. de teſtibus. §. ſatis utiliter in princip.* Denique teſtes † publicatione 6
teſtium ſemel facta: regulariter iterum vel amplius produci & examinari non poſſunt, etſi pars producens illud petat, per *c. cum veniſſent, & c. per tuas.* & ibi Abb. *extra de teſtibus.* Ratio eſt, ne ſubornatio teſtium fiat, *c. fraternitatis.* ubi communi-

Digitized by Google

muniter Canoniſt. *de teſtibus & Clem. fin. eod. tit. auth. de teſtibus. §. quia vero collat. 7. aut. qui ſemel. C. de probat.* glo. *in l. 2. C. ſentent. reſcind. non poſſ. l. per hanc.* & ibi Bartol. & alii. C. *de tempor. appellat.* Verum hæc tamen ſuas & quidem multas limitationes habent. Philipp. Port. *lib. 1. commun. opin. concluſ. 29.* Socin. *in fallent. reg.* 403. And. Gail. *lib. 1. obſer.* 105. Speculat. *in tit. de teſtib.* § *ſatis utiliter.* Plura fuſius vide in proceſſu civili. Atque hæc de teſtium publicatione breviter dicta ſufficiant, ſequuntur modo exceptiones contra perſonas & dicta teſtium.

CAP. II.

De exceptionibus contra perſonas & dicta teſtium.

SUMMARIA.

1 *Teſtium publicatione facta, quomodo contra eorum perſonas & dicta excipiatur.*
2 *Exceptiones contra perſonas teſtium, quibus cauſis depromi ſolet.*
3 *Innocentia quibus teſtibus probari debet; & quæ perſonæ excipiuntur.* num. 4. *ſecus in nobili.* num. 5.
6 *Contra dicta teſtium quomodo & quando opponitur.*
7 *Dicta teſtium in rei circumſtantiis bene conſonare debent, & ſunt ſine cauſa ſcientiæ.* n. 8.
9 *Contra examinis & teſtium depoſitionis formam quomodo excipitur.*

1 PEracta demum † teſtium publicatione, tam contra perſonas, quam dicta teſtium exceptiones opponuntur, quibus fides eorum imminui intenditur. Exceptiones † con- 2 tra perſonas teſtium variis ex cauſis depromuntur, ut quod teſtis ſit domeſticus, & producenti conjunctus ut ſunt pater, mater, filius, maritus, uxor, libertus, ſervus, colonus, affinis. §. *affinitatis. Inſtit. de nupt. c. abſens. 3. q. 6.* Mercenarius. *l. ſervus. C. de quaſt. l. reſpiciendum. §. furta ff. de pœn.* Item, conſanguinei, & omnes, qui ſunt de producentis familia, ac quibus deniq; ratione poteſtatis imperari

ſperari poteſt. *c.1. cauſ. 3. quæſt. 5. c. in literis extra de teſtib. c. accuſatores 3. q. 5. l. idonei 6. l. teſtes. 24. ff. de teſtib.* Lanfranc. de Orian. *in praxi. titul. de teſtium. depoſit. numer. 54. & ſeqq.* Secus ſi perſona illa domeſtica è domo vel poteſtate ſit dimiſſa; vel ſi teſtes utrique parti æquè ſint domeſtici & conjuncti: par enim affectionis cauſa ſuſpicionem in teſtimonio tollit. Speculat. *in titul. de teſte. §. opponitur autem num. 10. & ſeqq.* Joan. Sichard. *in l. 2. C. de teſtibus.* vel niſi veritas aliter haberi nequeat, tunc admittendi quoque ſunt teſtes inhabiles & minus idonei, de quo per Salicet. *in l. ea quidem. collat. 27. verſ. ad quintam quæſtionem. Cod. de accuſat.* & Alexand. *in conſil. 64. volum. 1.* Hippol. de Marſil. *in l. Divus. & l. de minore. numer. 24. ff. de quæſt. & l. fin. C. ad leg. Cornel. de ſicar.* pulchre notat Anton. de Butr. *in c. tertio loco. numer. 14. de probat.* Alexand. *in conſil. 64.* incip. *viſo themate. numer. 5. volum. 1. & in conſil.* 152. incip. *viſo proceſſu cauſæ. numer. 11.* Hippol. *in ſingul. 73.* incip. *plures ſunt. numer. 2.* Damhoud. *in praxi. rer. crimin. titul. 51. de ſalvatione, numer. 7.* Joan. Berb. *in aur. pract. part. 4. rubric. 3. numer. 2. de probat.* Panormit. *in c. ulti. de his qui vi. met. cauſ.*

3 Innocentia † enim probari debet teſtibus domeſticis & ſanguine conjunctis *c. tam literis. & c. veniens. extra de teſtibus. l. 1. §. ad quæſtionem. ff. de quæſt.* & ibi Marſil. *numer. 26.* & late Malcard. *de probat. concluſ. 904.* ita ſingulariter voluit Joan. de Anan. *in conſ. 50.* incip. *viſa inquiſitione* Hippolit. de Marſiliis *in ſingul. 59.* incip. *innocentibus.* Speculat. *in titul. de inquiſit. §. 1. verſicul. ſed numquid. & verſ. generaliter.* idem. *in titul. de teſtib. §. 1. verſic. ſed numquid frater.* Bald. & Salicet. *in l. parentes. C. de teſtibus.* cum multis ſimilibus allegatis per Anton. Gabriel. *in commun. concluſ. 22. libr. 7.* Porro favor innocentiæ tantus eſt, ut pro ejus probatione admittantur teſtes alias ſuſpecti, puta frater pro fratre, Dominus pro ſervo, civitas pro cive, Abbas pro Monacho. Item teſtes deponentes de crudelitate plenã fidem faciunt, ut ſi teſtis dicat, ſe exiſtimare homicidium ad defenſionem factum, quia aliter quam per credulitatem deponere non poſſunt. Alexand. *in conſil. 76. vol. 1.* Jaſon. *ad rubric. ff. de jurejurand. numer. 7.* Item, admittuntur conjecturę & præſumptiones à genere armorum, à loco, tempore, perſona, inimicitiis præcedentibus, quæ omnia accurato judicis arbitrio committuntur, per notat. Dd. *in l. parentes. C. de teſtib.* Bald. *in l. 1. numer. 21. C. de confeſſ.* Jaſon. *ad rubric. ff. de jurejurand. num. 7. & ſeq.* Hippol. *in l. unius. §. cogniturum. ff. de quæſt. num. 51.* idem *in ſingul. 19.* incip. *tamen ſcis clarum num. 2. & 4.* Alexand.

in conſil.76.nu.5. & conſil.109. num.6. volum.1. & in conſil.24.incip. animadverſis his. num.39.vol.2. Deci. pulchre *in conſil.459. num.7.* Gabriel Saraii *ad Matthæſ. in ſingul.37. num.17.* ubi omnino vide, dicens, quod in criminalibus favore defenſionis tantum credatur duobus teſtibus negantibus factum, quantum duobus teſtibus illud affirmantibus. gloſſ. communiter approbata *in c. cleric in verb. aliqui diſt.81.*

effuſione, & de aliis in articulo hujuſmodi mentionatis. Sed ſolum teſtificantur & deponunt † quod cum idem Jacobus B. dicto B. diceret tu percuſſiſti me cum uno baculo ſalicis, ipſe B. reſpondit cretè non feci, non te percuſſi cum baculo, imo te percuſſi cum uno baculo pini: & ſic in effectualiter nihil deponunt, niſi de quadam prętenſa extrajudiciali confuſione dicti St. B. per quam non probatur plene prætenſa intentio, ut apparet ex his, quæ not. Imola & Dd. *in ca. quam grave de exceſſib. prælator*. Bart. *in l. 5. ff. ad leg. Iul. de adulter*. Bald. *in l. ictus fuſtium. ff. de his qui notant. infam*. Salicet. *in l. ſi quis in ea culpa. Cod. de cuſtod. reor*. Præterea præſuppoſito citra præjudicium veritatis, quod per confeſſionem extrajudicialem factum in præſentia partis probaretur crimen, prout alicubi not. Panormit. eſſet tamen neceſſarium, quod pars, in cujus favorem fieret confeſſio, illi acceptaret, prout dicimus in civili, in qua non ſufficit confeſſionem fieri in præſentia partis, niſi etiam pars confeſſionem acceptet, vt poſt Richardum de Salicet. not. Salicet. ejus nepos *in l. generaliter. Cod. de non num. pecun. & in l. 1. verſ. 15. oppon. Cod. de confeſſ.* quod non legitur factum in caſu, quinimo oppoſitum; quia cum præfatus B. diceret ſe percuſſum cum baculo ſalicis, alius reſpondiſſe prætenditur, quod non cum illo, ſed cum baculo pini; & hoc non reperitur acceptatum & ſic non obſtat dictum dictorum teſtium, qui etiam nihil dixerunt de acri percuſſione, nihil de vulnere, nihil de ſanguinis effuſione, nihil etiam de proſtratione in terram præfati I. B. nec quod ipſe inibi ſemimortuus relictus ſit: quæ tamen omnia in articulo prædicto dicto B. fuerunt impoſita: non etiam depoſuerunt abſolute, quod præfatus B. confeſſus extiterit ſe percuſſiſſe dictum B. in faciem, ſed quod dixerat ſe neſcire in capite vel in vultu: & ſic quod ad hæc omnia, deberet idem B. ab imperitis, utpote nullo modo probatis, ſententialiter abſolvi, etiamſi de jure prætendi poſſet probatam eſſe percuſſionem cum baculo pini: quinimo videtur, quod etiam eo caſu abſolvi deberet ab omnibus intitulatis. Per ea quæ voluit Jacob. de Aret. *in quodam ſuo conſil.* cujus meminit Bald. *in l. 2. C. de probation*. Verum quia idem Jacob. habet contradictiones, & quia forte non omnino loquitur in terminis, nec Bartol. *in l. denunciaſſe. §. qui tamen ff. ad leg. Iul. de adult*. Ego ſuper hac ultima ratione non facio magnum fundamentum.

No-

NOTABILE III.

Confeſſio extrajudicialis confitenti non præjudicat, niſi pro illo, cujus intereſt, ſtipulante Notario.

SUMMARIA.

1 *Confeſſio extrajudicialis parte abſente an locum habeat; et ſi pars ſit præſens & non acceptet, an ſit nulla.*
2 *Confeſſio extrajudicialis coram notario facta parte abſente, an cenſeatur facta in judicio, & valeat*, num. 4.
3 *Confeſſio liberatoria parte abſente, & extra judicium facta, an teneat.*
5 *Jus alicui ex contractu acquiſitum, an debeat acceptari cum omnibus ſuis clauſulis.*
6 *Iuramentum probationem ſupplet, & an poſſit deferri ex officio judicis.*
7 *Veritas perquirenda, & non occultanda.*
8 *Actio de dolo contra tertium impedientem quando detur.*
9 *Actio de dolo propter inadvertentiam an notario dari debeat.*

ETiamſi ſufficienter apparuiſſet de quadam confeſſione, quam abſentibus I. de A. & I. conjugibus feciſſe dicitur honeſtus vir Fr. G. anno incarnationis Dominicæ 1580. die 20. Menſis Martij: hujuſmodi tamen confeſſio eisdẽ de A. & I. prodeſſe non poterat, nec nocere dicto
1 Fr. pro eo † quia illa facta fuit, ſi & quatenus appareat illam fuiſſe factam, abſentibus eisdem de A. & I. & extra judicium ergo non valuit, ut voluit gloſ. & Dd. magis communiter *in c. ex parte de confeſſ.* & clarius, hoc tenent gl. ubi etiam Parnormitan. *in c. ſi cautio. de fide inſtrum.* & Legiſt. *in l generaliter.* Cod. *de non numer. pecun.* nec ad validitatem confeſſionis ſufficit præſentia partis, ſed opus eſt quod fiat parte præſente & acceptante, ut ſentit Cyn. *in leg.* 1. *quaſt.* 6. ubi etiam Salicet. *in* 15. *oppoſition.* Cod. *de confeſſ.* Salicet. *in l. generaliter quaſt* 6. C. *de non numer. pecun. & in l. jubemus.* Cod. *de liber. cauſ.* ubi etiam refert ſe ita ſæpius conſuluiſſe, quod etiam voluit Jaſon. *in l. error. col.* 1. Cod. *de jur. & facti ignor. & in l. poſtquam liti. col.* 1. Cod. *de pact.* & utrobique ponit multas remiſſiones,

quæ videri poſſunt. Forte vero op-ponetur † quod cum confeſſio præ-dicta facta extiterit ſub præſentia notarij, illa videatur fuiſſe facta in judicio. Sed hoc non obſtat. Pro quo allegaſſe ſufficiat notata per gl. Salic. & Dd. *in l. jubemus C. de libera l. cauſa.* 2

3 Etiam nec obſtat, † ſi forte opponatur, quod quamvis confeſſio extrajudicialis facta ad obligandum, & parte abſente non valeat: ſi tamen fiat ad liberandum, illa valet, quoad hoc ut poſſit pars abſens opponere doli exceptionem, ut videtur ſenſiſſe gl. *in l. non ſolum. §. ſi liberationis* Federic. de Sen. *in conſ.* 269. incip. *Andr. l. poſtquam liti.* Paul. de Caſtr. *in conſ.* 83. incip. *ad id quod quæritur, ſatis clara patet reſponſio.* & Panormitan. *in c. ex parte. col.* 5. *v. ſecundo caſu.* ibi, *item valet confeſſio facta. de confeſſ.* & Iaſ. *in l. tale pactum. in princ. col.* 1. *ff. de pact.* ubi allegat Bartol. *in d. l. non ſolum. §. ſi liberationis* & Canoniſt. *in d. c. ſi caut.* Pro quo dicit eſſe bonam gloſ. *in l. illud. C. de SS eccleſ.*

4 Nec obſtat, ſi opponatur † quod confeſſio facta etiam parte abſente valeat, quando fuit facta ſub præſentia notarij, ut voluit Bartol. *in l. cum quis decedens §.* 1. *ff. de legat.* 3. & Bald. *in l. rationes C. de probat.* Quoniam reſpondeo, quod Bart. & Bald. loquuntur eo caſu, quo notarius præſens fuit ſtipulatus nomine & vice abſentis. Et ita eos etiã intelligit Jaſ. *in d. l. tale pactum. in princ. col.* 1. *v. tertio intelligit.* Præterea confeſſio † prædicta ideo etiam non potuit nec poteſt præjudicare dicto G. nec prodeſſe præfatis de A. & I. quia tẽpore confeſsionis hujuſmodi & in ea fuerunt reſervatæ & exceptæ certæ expenſæ, quæ parte dicti G. fuerunt petitæ taxari, & de quibus depoſuerunt teſtes parte ejus producti. Illæ igitur peti potuerunt non obſtante dicta confeſsione, per ea quæ not. Dd. *in l. ſi ex cautione ff. de non numer. pecun.* Nec obſtat, quod ex adverſo vel oppoſitum vel allegatum dicitur, ſcilicet quod pro eis debuerit idem G. experiri, non contra ipſos dẽ A. & I. ſed contra honeſtum virum Dn. G. de V. P. Quoniam reſpondeo, quod ille, cui acquiritur jus ex contractu, debet acceptare contractum hujuſmodi cum omnib. clauſulis in eo appoſitis. *l. Cajus. ff. de manumiſſ. vindict.* & *l* 2. *ff. de rebus eorum,* & quod not. Bald. & poſt eum Iaſon *in l. contra juris civilis regulas §. ſi filius. ff. de pact.* & Bald. *in c. nihil de elect.* Suppoſito igitur citra præjudicium veritatis, quod dicta prætenſa confeſſio de jure valuiſſet, prout tamen non valuit, nec valet, ut prædixi, debuiſſent & deberent dicti de A. & I. confeſſionem recipere cum ſuis clauſulis, & ſic cum reſervatione dictarum expenſarũ per prædicta. Niſi forte opponant, quod de reſervatione

tione hujuſmodi non ſufficienter apparuerit. Sed ſtud non videtur
6 obſtare † cum ſaltem duo depoſuerint, & ſi aliquid deerat plenæ probationi, potuit juramentum deferri in ſupplementum plenæ probationis, per ea quæ not. Dd. *in l. admonendi ff. de jurejur. l. in bonæ fidei. C. eodem tit.* & Canoniſt. *in c. fin. eod. tit.* & potuit deferre juramentum hujuſmodi etiam ex officio judicis, ut notat Salicet. *in d. l. in bonæ fidei col. pen. v. item quod judex ex ſuo officio.* & Alexan. de Imol. *in conſ. 53. vol. 1.* Ex quibus infero, quod ſententia dudum lata per H. virum Dn. A. B. promulgata pro dicto G. & contra dictos de A. & I. fuerit plene & juſte lata, & quod conſequenter fuerit male & contra debitum juris caſſata & revocata, reverentia ſalva dixerim egregiorum dominorum, qui illam revocarunt, & dictos de A. & I. ab impetitis abſolverunt, & quorum ſententiæ fuerunt & ſunt revocandæ, niſi forte opponatur, quod appellato noviſſime interjecta parte dicti G. fuerit & ſit deſerta, pro quo quia cauſa illius finita non extitit infra primum fatale. Sed hoc non videtur obſtare, pro eo, quia idem G. fuit impeditus facto notarii, qui tẽpore expeditionis proceſſus factæ eidẽ G. pro obtinenda conſultatione totum proceſſum non expediunt, ſed penes eum remanſerunt omnes termini tenti ab anno Domini 1561. die 19. Menſis Januari, uſque ad diem expeditionis proceſſus, qui poſtea portatus eſt S. B. conſiliario hujus G. qui propterea nihil potuit recte conſulere, ut ſatis cognoſci poteſt ex literis per eundem S. miſſis R. patri & viro egregio Dn. I. de P. in cauſa productis & inſertis. De quo etiam poterit officio R. patris & viri egregii Dn. judicis cauſæ huius Domin' ict ba & notarius eiusdem cauſæ interrogari. Et non ſolũ poteſt hoc fieri † per ipſum 7
Dn. judicẽ, ſed etiã debet, ut veritas reperiatur, & ut non occultetur, & ut illi repetatur locus ſit. *l. ſi eũ in fine principii ff. ſi quis caut. l. 2. C. de edend. l. ſi. in fine, cũ ſuu ſimilib. ff. de probat.* & comperta veritate debebit tempus impedimenti deduci de primo anno: quia licet appellãti † impedito facto tertii 8
curra 1. & 2. annis, non obſtare impedimento huiuſmodi, & eo caſu detur actio de dolo contra tertiũ impediẽtem, & ipſo non exiſtente ſolvendo peti poſſit, & dari debeat in integrũ reſtitutio ad tantũ tempus, quantũ facto tertii fuit ſibi ablatũ, ut voluit gl. *in l. arbitrio. §. dolo.* & quod ibi Barto. *ff. de dolo auth. item ſi appellatione* & quod ibi Dd. communiter. *C. de tempo. appellat.* & Dd magis communiter *in cap ex ratione. de appellat.* & gl. *in l. ſi. ff. de eo per quem factum erit.* Hoc tamen non videtur procedere † contra notariũ, quia non puto, quod pſe 8

 doloſe

doloſe prætermiſerit ordinare & deſcribere in proceſſu miſſo illos terminos, ſed puto propter varias occupationes, vel forte propter inadvertentiam: ſuper quo poterit ipſe examinari. Et ſic non poteſt dari actio de dolo contra eum. Debet ergo ſibi provideri per deductionem ſeu detractionem temporis impedimenti, quod etiam voluit Paul. de Caſtr. *in conſ.* 21. incip. *in cauſa deſertionis appellationis.*

TITULUS V.

CAPUT I.

DE PRAESUMPTIONIBUS.

SUMMARIA.

1 *Præſumptio, aliæque probationum ſpecies quænam à probandi onere relevant.*
2 *Definitio præſumptionis quæ.*
3 *Præſumptionis diviſio quæ.*
4 *Præſumptio juris quæ eſt.*
5 *Præſumptio facti quæ.*
6 *Præſumptionum ſpecies quotuplices.*
7 *Temeraria quæ eſt; quæ probabilis.* num. 8. *quæ violenta.* num. 9. *quæ neceſſaria.* num. 10.
11 *Præſumptionis cauſa efficiens quæ eſt.*
12 *Lex quando dicitur præſumptio juris.*
13 *Præſumptio hominis quæ eſt.*
14 *Materia præſumptionum quænam.*
15 *Quænam circa perſonam præſumuntur: & quæ circa res.* num. 16.
17 *Qualibet res natura ſua eſt libera.*
18 *Præſumptio de rebus capitur ex communiter accidentibus.*
19 *Quæ præſumptiones circa judicia verſantur.*
20 *Forma & modus præſumendi ratione ſignorum quinam conſtituitur.*
21 *Iudex quibus ex cauſis inquiſitionem de crimine vel quæſtionem ſuſcipit.*
22 *In criminalibus regulariter præſumi non licet.*
23 *Nemo ex ſuſpicionibus, præſumptionibus, indiciis & conjecturis damnatur.*

24 Ex

24 *Ex præſumptionibus juris violentis condemnatio ſit in criminalibus.*
25 *Effectus præſumptionis quinam eſt.*
26 *Præſumptio major minori fortior; & ſpecialis generali.* num. 27.
28 *Præſumptioni affinis eſt conjectura; ejusq; definitio quæ.*
29 *Definitio judicij quæ.*
30 *Signum eſt vel neceſſarium, vel non neceſſarium.*
31 *Definitio ſuſpicionis quæ.*
32 *Opinionis definitio quæ.*

1 PRæſumptio † cæteræque proba-
tionum ſpecies, quæ ſequuntur,
ab onere probandi potius relevant,
quam rem directo probant. Alciat.
in tract. præſumpt. in prin. part. 3. *num.*
2. per notat. à Bartol. Salicet. Bald. &
aliis: *in rubr. Cod. de probat.* Donel. *in*
lib. 1. *C. de teſtam. milit.* Præſumptio
2 † eſt rei dubiæ, aliquibus ſignis
extrinſecus quæſitis credulitas ac fi-
des. gloſſ. *in rubr. ff. de probat.* Cano-
niſt. *in rubr. extra de præſumpt.* Bald.
in rubr. Cod. de probat. Menoch. *de præ-*
ſumpt. libro 1. *quæſtio.* 7. *num.* 4. Hinc
præſumere eſt aliquid ante conje-
ctando ſumere vel capere, vel cre-
dere aut opinari, quam aliter de rei
certitudine ac veritate conſtet. We-
ſenbeccius *in paratit. ff. de probat. &*
3 *præſumpt. numer.* 14. Et eſt † du-
4 plex.: alia juris & de jure, † quæ di-
citur liquidiſſima probatio. *Cod. de*
5 *rei uxor. action.* alia eſt facti † quæ
ex multis cauſis & ſuſpicionibus ſur-
git, ea tantum eſt probabilis & non
6 neceſſaria. Deinde ſpecies † præ-
ſumptionum ſunt multæ: alia teme-
raria † quæ inſufficiens, & à judice 7
repellitur, nec animum judicis mo-
vere debet: alia probabilis, † hujus 8
eſt unus modus, qui ſurgit ex ſuſpi-
cione & fama. Alciatus *de præſum-*
ptione part. 3. *numer.* 1. *in prælud.* Bal-
dus *in rubr. de probat. numer.* 4. ſed
judex eam ſequi non debet, ita
quod probabiliter ipſam contra ali-
quem haberet: alia violenta † quæ 9
ſurgit ex rebus veriſimilibus: alia de-
nique neceſſaria † de qua neceſſa- 10
rio præſumitur. Bald. *in l. ea quidem.*
num. 5. *C. de accuſa. & in d. rubr. num.*
4. *C. de probat.* Menoch. *de præſumpt.*
q. 3. *per tot.* Porro cauſa efficiens † 11
præſumptioni ſeſt lex vel homo. Lex
† enim, quando aliquid præſumit, 12
dicitur juris præſumptio Hipp. de
Marſil. *in rubr. numer.* 108. *de probat.*
& in l. 1. *in prin. num.* 31. *& § ad quæ-*
ſtionem. num. 17. *& ſeq. ff. de quæſt.* Al-
ciat. *de præſumpt. in princip. part.* 2. *nu.*
3. & ſumitur vel ex ſignis & judiciis
neceſſariis, violentis & indubitatis,
& tum pro veritate habetur, adeo

ut probationem in contrarium non
admittat. *l. antiquæ. C. ad SC. Vellejan.*
l. fin. C. ad SC. Macedon. l fin. C. de ar-
13 *bitr.* Præſumptio † hominis, eſt con-
jectura quæ fit ab homine, & lege
comprehenſa non eſt, nec ſine aliis
adminiculis plenam fidem facit.
Menoch. *Lib. 1. præſumpt. quæſt. 5. per*
tot. Bald. *in rub. nu. 3. extra de præſumpt.*
& Abb. *in c. quant. extra eod. titu. l. in-*
ſtrumenta. l. rationes. C. de præſumpt. l.
indicia C. de rei vindic. l. abſentem ff. de
14 *pœn.* Deinde materia † ex qua ſumun-
tur præſumptiones, ſunt ſigna, indi-
cia, conjecturæ, qualitates, actio-
nes, aliæq; variæ cauſarum circum
ſtantiæ, quæ verſantur circa perſo-
nas, res, judicia, actiones vel cogita-
tiones hominum. Menoch. *lib. 1. præ-*
ſumpt. q. 11. n. 9. q. 12. n 16. & q. 13. 14.
15 *15. 16. & ſeq.* Circa perſonam † i-
gitur ea, quæ homini naturaliter vel
communiter inſunt, ſemper adeſſe
præſumuntur. gl. *in c. ſi forte de elect.*
in c. ut ſenſus communis, dilectio,
cura & educatio ſuæ prolis, *l. non co-*
dicillum. 4. C. de teſtam. l. non ei. ff. de ad-
opt. generandi appetitus, potentia &
facultas, ſibi ſuisque proſpiciendi
ſtudium, curandi & conſervandi
res ſuas, *l. 1. §. jus naturale. ff. de inſtit.*
& jur. Bartol. *in l. filium. ff. de his qui*
ſui vel alien. jur. l. qui ſervandarum 15.
ff. de præſcript verb. l. 9. in fin. & l. ſeq.
ff. de prob. libertatis affectio, inno-
centia, & bona fides, &c. *L. libertas.*
4. ff. de ſtatu homin. l. abſentem. ff de pœn.
l. 4. C. de edend. l. pen. C. de evict. Circa
res † ita præſumitur, qualiter à na- 16
turali qualitate & inſita vi eſſe per-
mittuntur. Unde quia quælibet res
† natura ſua eſt libera. *L. res libera. L.* 17
ſed ſi qua digeſt. ſi ſerv. vindic. Schneid-
wein. *in §. fin. num. 3. & ſeq. Inſtit. de*
ſerv. ruſt. præd. Deinde de rebus etiam
præſumptio † capitur communiter 18
ex accidentibus & quales ſe commu-
niter habent, ac eſſe conſueverunt,
qualis item de ijsdem eſt commu-
nis hominum opinio, ſuſpicio vel fa-
ma. *L. cum 22. ff. de probat.* nam præ-
ſentia ex præſentibus exiſtimari ſo-
lent, Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præ-*
ſumpt. 25. Menoch. *Lib. 1. præſumpt. q.*
19. n. 3. Circa indicia præſumptiones
† deniq; verſantur, ubi præſumptio 19
pro judice & proceſſu capitur. Me-
noch. *Libr. 2. præſumpt. qu. 67. per tot.*
Forma & modus præſumendi † ra- 20
tione ſignorum, ex quibus præſum-
ptio colligitur, varius conſtituitur.
Bald. *in rubr. n. 1. extra de præſumpt.* Iu-
dex enim † ex variis indiciis & cir- 21
cumſtantiis de crimine vel inquiſi-
tionem vel quæſtionem ſufficere ar-
bitratur. Menoch. *Lib. 1. præſumpt. q.*
88. & ſequ. & libr. 2. de arbitr. jud. caſ.
270. alias in cauſis † criminalib. regu- 22
lariter præſumi nō licet. Ex ſuſpicio-
nib. n. ſeu præſumptionib. † indici- 23
is ſeu conjecturis nemo damnatur.
L. abſentis ff. de pœn. Leg. fin. & ibi Bart.

ff. de

ff. de queſtio. Verum ex præſumptionibus violentis juris & de jure, & ſic
24 † ex præſumptione legis fit condemnatio in criminalibus. *L. ſi qui adulterij.* ubi gl. & Bald. *C. ad Leg. Iul. de adult.* Innocen. *in c. quia veriſimile de præſumpt.* Effectus denique † præ-
25 ſumptionis eſt, ut onus probandi in adverſarium, contra quem præſumitur, transferat. *L. fin. in princip. ff. quod met. cauſ.* niſi forte ex altera parte fortior præſumptio exiſtat. Ut
26 præſumptio † major fortior eſt minori *L. in filium 6 ff. de his qui ſunt ſui vel alieni jur. L. 24. ff. de probat.* Specia-
27 lis † generali. Menoch *de arbitr. judic. Libr. 2. caſ. 472. numer. 14.* & naturalis accidentali. Menoch. *d. Loco n. 19.* quod tamen intelligendum eſt de præſumptione juris *L. cum de indebito in princip. ff. de probat.* Poſtremo af-
28 finis † præſumptioni eſt conjectura, quæ eſt indicium, quod à probabilibus ſumatur Bald. *in L. 2. in princ.*
29 *ff. de excuſ. tut.* Indicium † quod eſt nota quædam & veſtigium rei g ſtæ, de quo ſpeciatim *in cap. ſeq.* cop oſius. *L. indicia. C. de rei vindic.* Signum,
30 & hoc eſt † vel neceſſarium, quod aliter ſe habere nequit, vel non ne-
31 ceſſarium, ſed veriſimile. Suſpicio † quæ animum aliquo argumento in partem aliquam trahit, licet non omnem excludat & dubitationem eximat. Bald. *in L. ea quidem. n. 3. Cod. de*
32 *accuſat.* Opinio † denique eſt veriſimilis aliqua ſaltem ſuſpicio, veſtigiũ, nota & exemplum. De hiſce nempe indiciis, conjecturis & quæſtionibus ſeu torturis *in ſeq. c.* infra latius.

Margaritæ Criminales.

Præſumptio eſt contra comentarienſem, ſi Reus in carcere reperiatur mortuus. Bellou. *lib. 3. c. 18. n. 21.*

Una per aliam tollitur. idem *Lib. 2. c. 15. n. 25.*

Præſumptio juris & de jure non admittit probationem in contrarium idem *Lib 2. c. 14. n. 10.*

Pręſumptioni non ilico ſtandum, idem *Lib. 2. c. 6. n. 24.*

Præſumptionib. ſolis Reus non cõdemnatur, & quando Battand. *reg. 62. n. 1.*

Præſumptio violenta an in criminalibus ad condemnandum ſufficiat Hipp. *in §. diligenter. n. 22.*

Hæc neminem criminaliter damnat, idem *in §. quoniam. n. 32.*

Præſumptiones perſpicuæ faciunt argumentum. idem *in §. diligenter. n. 115.*

Præſumptiones ex conjecturis elicitæ, an manifeſtæ vocentur. Damhoud. *in princ. n. 7.*

Hæ in criminalibus debent eſſe luce clariores, idem *c. 10. n. 17.*

Præſumptiones in criminalibus plenam probationem non faciunt. idem *cap. 49. n. 4.*

CAP.

Digitized by Google

CAPUT II.

De indiciis, eorumque definitione & genere.

SUMMARIA.

1 *Indicium variè definitur, & diverſimodè nuncupatur.*
2 *Argumentum, ſignum & præſumptio ſunt minora, quam indicium.*
3 *Indicia ad torturam ſufficientia quomodo cognoſci poſſint?*
4 *Indiciorum duo ſunt genera.*
5 *Indicium indicans propoſitum, indicat & interfectorem, licet non ſemper puniatur de propoſito.*
6 *Indicium eſt aliud remotum & leve, aliud propinquum & grave.*
7 *Indicium propinquum quodnam ſit? & quod remotum?*
8 *Negotiis attributa quomodo conſiderentur.*
9 *Tempus præteritum maxime valet, nam & quæ fiant, & quæ futura ſint, ex præteritis colliguntur.*
10. *Propoſitum indicantia qualia eſſe oporteat.*
11 *Præſumptio juris & de jure non recipit probationes in contrarium: ſecus de præſumptione juris.*
12 *Negotium omne per tria tempora certioribus argumentis arguitur.*
13 *Indicia ante delictum ex quibus capiantur?*

1 INdicium † varie definitur, & dicitur ſignum alicujus maleficii commiſſi, vel alterius rei, de qua agitur, & varie nominatur, videlicet argumentum, ſignum & præſum-
2 ptio. Sed hæc duo † ſunt minora, quã indicium. Et dicunt omnes, quod non poteſt dari certa doctrina. Sed ſecundum Bart. *in l. fin. ff. de quæſt.* po-
3 teſt dari aliqua via † ad cognoſcendum indicia ad torturam ſufficien-
4 tia. Indiciorum † duo ſunt genera; ut unum, quod indicat aliquem deliquiſſe, & ex propoſito, & omne
† quod indicat propoſitum, indi- 5
cat interfectorem, licet non ſemper puniatur de propoſito, & hoc evenit, quando rixantes obviant ſorte & caſu. Aliud indicat deliquiſſe, ſed non ex propoſito, ut in tabula. Et in prædictis indicium aliud † 6
eſt remotum & leve, aliud propinquum & grave. Propinquum eſt, quod tangit negotium, ut unus † te- 7
ſtis

ctis de viſis, captus in loco delicti, & reliqua. Indicium vero remotùm dicitur, homo malæ conditionis & ſimilia. Et ſecundum Oratores at-
8 tributa † negotijs, partim ſunt continentia cum ipſo negotio, partim in geſtione negotij conſiderantur, partim adjuncta negotio ſunt, partim geſtum negotium conſe-
9 quuntur. Sed præteritum † tempus maxime valet: nam & quæ fiant, & quæ futura ſunt, ex præteritis colli-
10 guntur: & ea quæ † in delicto fiunt, ſive poſt, ad hoc ut indicant propoſitum, oportet eſſe ejuſmodi, ut conſequantur ab ante delictum geſtis, & de induſtria facta videantur, de qua induſtria loquitur textus *in c. 21. Exod. & l. militis agrum. ff. de re milit.* Cicero *in libro 2. de invention. tit. nunc ad cauſam conjecturalem.* In prædi-
11 ctis duplex † eſt præſumptio, una juris, & de jure, & hæc non recipit probationes in contrarium; alia eſt juris & hæc recipit probationes in contrarium. Qualiter autem probentur indicia, dicetur infra *in tit. de indiciis per viſum unius teſtis.* Poſtre-
12 mo, quia per tria tempora omne † negotium arguitur certioribus argumentis, itaque per ea excutiam locos indiciorum in ſpecie, de quibus hactenus in genere dictum eſt.
13 Ante igitur † delictum capiuntur indicia à perſona, cauſa, conſiliis, & is ordo eſt, facere voluerit, potuerit, fecerit. Sed quæſtio, an fecerit, incipit à ſecundo tempore.

Margaritæ Criminales.

Indicia capturam præcedere debent. Hippol. *in §. conſtante. num.* 1. & cur *ibid. num.* 3.

Indicia quando ſunt loco diffamationis. *ib. num.* 29.

An Indicia ſufficiũt ad torturam, judicis arbitrio relictum eſt. Hippol. *in §. diligenter. n.* 23.

Indicia multum urgentia faciunt plenam probationem. *ib. n.* 21.

Indicia etiam in crimine læſæ Majeſtatis torturam præcedere debent. *ib. num* 175.

Indicium unum an ad torturam ſufficiat. *ibid.* 177.

Indicium, quo tortura repeti poſſit Bellou. *lib.* 3. *c.* 14. *n.* 1.

Indicia contra Commentarienſem. idem *lib.* 3. *c.* 18. *n.* 23.

Indicia veriſimilia torturam præcedere debent. *ib. c.* 5. *n* 1.

Indicia talia eſſe debent, ut quaſi ſuperſit ſola Rei confeſſio. *ib. n.* 2.

Indicia ſunt probationibus proxima. *ibid. n.* 19.

Indicia dicuntur quaſi veritatem demonſtrantia. *ibi. n.* 20.

Indicia ad torturã ſufficientia relinquuntur officio judicis. *ib. n.* 16.

Indicia novem ad condemnationem ſufficientia. Battan 1. *reg.* 28. *n.* 3.

Indicia indiciis tolluntur. Battan. *reg.* 18. *num.* 8.

CAPUT III.

De fama, converſatione & victu reorum.

SUMMARIA.

1 *Rei fama à judice examinari debet.*

2 *Quid ſit fama; quomodo ea conſideretur; & an ſufficiens faciat indicium ad torturam.*

3 *Reus torqueri non poteſt ex indicio remoto à maleficio, ſed alia ſimul requiruntur.*

4 *Mala fama an non ſolum in eo, in quo quis infamatur, ſed etiam in alijs, opinionem rei gravet?*

5 *Mala fama adhæc ut doceat, in eodem genere mali eſſe debet.*

6 *Fama ſeu infamia inquiſitionem præcedere debet, alias non proceditur, niſi in caſibus exceptis.*

7 *Indicium malæ famæ ceſſat ſi probetur à tribus annis citra reum fuiſſe bonæ vitæ.*

8 *Mala fama non ſufficit, niſi de infamia convictus fuerit.*

9 *Bona fama reum à tortura tuetur.*

10 *Bona fama in genere tollit indicia in ſpecie.*

11 *Teſtes ſuper mala fama ſpecialiter examinati, an teſtibus in genere de bona fama deponentibus præferantur.*

12 *Mala converſatio eſt malæ actionis indicium.*

13 *Malæ ſuſpiciones ex converſatione & victu trahuntur.*

14 *Cum occiſi inimicis converſans, ex propoſito occidiſſe præſumitur.*

15 *Converſatio cum malis hominibus indicium inducit ad torturam contra delinquentem.*

16 *Mali hominis aſſociatio indicium præmeditati conſilij mali inducit.*

1 PEr judicem † examinari debet, cujus famæ & æſtimationis ſit reus, qualis etiam fuerit: Nam propter malam famam delinquentis facile de inſidijs & dolo præſumitur. *lib. jud. cap. 6. leg. 4. de ſuſpect. tutor.*

& fama eſt † communis opinio voce manifeſtata ex ſuſpicione proveniens *leg. de minore. ff. de quæſtion.* & ibi Bartol. *in lib. 1. Reg. cap. 2.* Varie que conſideratur, videlicet in genere & in ſpecie: in genere, quando fa- 2

do fama eſt, quod aliquis eſt bonus
vel malus, vel etiam in aliquo gene-
re mali, & per hanc non oritur ali-
quod indicium ad torturam, ſecun-
dum Bartol. *in l. fin ff. de quæſt.* ibi, eſt
homo malæ conditionis, eſt indi-
cium quale quale, & non ſufficit ad
torturam ſine alijs; ſecus ſi eſſet uni-
3 tum. Et eſt regula † generalis, quod
ex indicio remoto à maleficio Reus
non torquetur, ſed alia ſimul requi-
runtur. Sed ſecundum Brunum fa
ma generalis parit indicium ad tor-
turam, quoties cum fama ſpeciali
jungitur, & vita præcedens magnam
partem defert ad præſumendum,
quod, quid ſit: Unde unusquisque
4 caveat, quia non ſolum in eo † in quo
quis infamatur, ſed etiam in alijs
gravatur ejus opinio, vide eundem
Brun. *in gl. circa 3. & 5. col.* Sed om-
nes dicunt, quod ad hoc ut mala fa-
5 ma reo noceat, † debet eſſe in eo-
dem genere mali, quia ex diſſimili-
bus non oritur conjectura. Fama
6 ſeu infamia † inquiſitionem præce-
dere debet, aliter non procedetur,
niſi in caſib. exceptis per Hippol. *in*
§. conſtante num. 12. Item, quando ex
præſumptione hominis præſumitur
contra aliquem propter malam fa-
mam in eodem genere malitiæ, pro-
batio in contrarium admitti poteſt.
7 Et indicium † malæ famæ ceſſabit, ſi à
tribus annis citra probabitur fuiſſe
bonæ vitæ, *cap. cum in tua. extra de*
ſponſal. Item, fama mala † probari 8
debet, & non ſufficit, quod ita dica- NB.
tur de aliquo, niſi fuerit convictus
de infamia, & qualiter probetur. Et
definitio prædicta declarat, quæ re-
quirantur in fama, quæ etiam pro-
bari debet ſecundum Hippol. in §.
conſtante n. 116. Item, ſecundum O-
ratores, quando dicitur, *Deinde vi-*
ta hominis ex antefactis ſpectabitur, in
qua conſiderabit accuſator, num quan-
do ſimile quid fecerit, ſi id non reperiet,
num quando venerit in ſimilem ſuſpicio-
nem De quo per M. T. Ciceron. *ad*
Heren. li. 1. & li. 2. de invent. tit. 2. Qua-
re mala fama contra aliquem oriri
non debet, niſi ut ſupra, & niſi reus
convictus fuerit, & quando mala fa-
ma apparebit, ut ſupra, non indicia
ſumentur in eodem genere mali, ſed
& in diverſo, ſecundum Brun. *ut ſu-*
pra. & ratio Oratorum reddi poteſt.
Deinde, qui fecerit illud tam nequi-
ter eundem hoc tam perperã feciſſe
non eſt mirandum. E contra autem
propter bonam famã † non torque- 9
bitur ſecundum Bal. *in l. 1. C. locat.* ubi
multa ſimilia dicit. Sed aliqui limi-
tant non torqueri ita graviter. Hoc
amplius dixerunt aliqui per bonam † 10
famam in genere tolli indicia in ſpe-
cie. Sed multi contradicunt, quod
quando teſtes † ſũt ſpecialiter exami-
nati ſuper mala fama alicujꝰ, tũc tales 11

teſtes præferuntur teſtib. deponentibus in genere de bona fama notat. *in c. cum oportet. extra de accuſat.* alia vero eſt fama in ſpecie, de aliquo particulari facto, & quod tale quid ſit, vel non, & differt à ſupradicta, quia reſpicit vitam hominum, ut ſupra: hæc vero reſpicit negotium, de quo quis accuſatur, & oritur ex circumſtantijs negotij. Denique mala
12 converſatio † eſt malę actionis indicium: nam qualis quiſq; eſt, tali conſortio delectatur, & ideo ſi commiſſum ſit homicidium, & Cajus ſolitus ſit converſari cum homicidis, lex ex tali converſatione habebit contra ſe indicium dict. homicidij Guid. de Suſar. *in tit. quæ & qualia.* Hippol. de Marſil. *in § expedita in fin.* Idem *in lib. Moyſis.* Deuter. *cap.* 21. Proverb. *cap.* 4. & 24. & Iſaiæ *cap.* 16. Idem ſecundum Oratores ex converſatione &
13 † victu multæ trahũtur ſuſpiciones, ſecundum Ciceronem, *libro* 1 *de invent. tit.* 13. & *lib* 2 *tit.* 2. Pręterea cõ-
14 verſatio † ſæpè accipitur in alio genere, videlicet ſi occiſus viſus fuerit converſari cum inimicis occiſi, præſumetur, quod ex propoſito & de induſtria occiderit. Et ſecundum ali-
15 quos per converſationem † cum malis hominibus oritur indicium contra delinquentem ad torturam ſecũdum Hippol. *in § expedita n.* 93. Sed in libris Moſis urgens eſt indicium, Iſaiæ *cap.* 16. ibi. *ſocij furum.* & Proverb. *cap.* 4. ibi. *perverſi corde non inveniunt bonum.* Item, ſi ſequatur homicidium, ſi interceſſerit aſſociatio
† mali hominis, licet in ea nihil fecerit, pręſumetur de malo conſilio 16
& de pręmeditato. *L. non ideo minus.* & ibi *Dd. C. de accuſ.* & ſic ex hoc ſimplici ſociatu oritur indiciũ propter qualitatem perſonę: nam conſilia impiorum ſunt doloſa. Proverb. *c.* 12. & *ſeq.*

Margaritæ Criminales.

Fama in maleficijs initium habere debet à perſonis fide dignis Damhoud. *c.* 8. *n.* 10.

Fama ſola nullis alijs indicijs fulta, nihil efficit. Damhoud. *c.* 9 *n.* 7.

Famæ actores ſunt nominandi. *ibid. n.* 10.

Fama quando probatur. *ib. n.* 44.

Fama contraria fama eliditur. Damh. c. 35. *n.* 14.

Fama ſola an faciat indicium ad torturam, idem *cap.* 36. *n.* 22.

Fama ets eſt fragilis & pernicioſa. *ibid. n.* 23.

Fama juncta alijs adminiculis, facit indicium ſufficiens ad torturam. *ibid. n.* 24.

Fama vehemens efficit ſufficiens indicium ad torturam. *ibid. n.* 25.

Fama non facit plenam probationem. idem *c.* 49. *n.* 5.

Fama ſeu infamia Rei inquiſitionem

nem præcedere debet Hippol. *in §. conſtante.n.*12.

Fama ad inquiſitionem indicium eſt ſufficiens. Batta.*reg.*2.*n.*3.

Converſans cum malis hominibus habet contra ſe indicium iniquitatis & delicti. Hippol. *in §. ſecunda. num.*91.

Malæ converſationis deſcriptio. Damhoud.*c.*10.*n.*4.

Converſationis reprobatæ, jure à teſtimonio repellitur, idē *c.*50 *n.*29.

Convictores à fideli teſtimonio ferendo rejici debent. *ibid.n.*5.

Victus denegatio eſt ſpecies torturæ Bellouiſ.*lib.*3.*c.*2. *in addit.*

CAPUT IV.

An ſolum inimicitia, & ſic aliæ cauſæ ad torquendum ſufficiant: & quid de mendacio, an id ad torturam indicium faciat.

SUMMARIA.

1 *Inimicus an torqueri poterit, quando quis interfectus, & neſcitur, à quo, ſi inimicitia fuerit capitalis?*

2 *Inimicitia eſt indicium à maleficio remotum.*

3 *Pluribus rixantibus ſi quis fuerit occiſus, contra inimicum, ſi de individuo non conſtet, præſumitur, & ex hoc is torqueri poterit.*

4 *Nemo reperitur, qui non metuat, oderit ſperet, & iraſcatur, per quas cauſas delinquitur.*

5 *Inimicus & ſuſpectus quæ probare debeat, ne torqueatur.*

6 *Reus ſuſpectus interrogari debet, ubi fuerit, cum quibus comederit tempore delicti.*

7 *Reſpondens mendaciter an torqueri poſſit?*

8 *Variatio ſeu mendacium in quibus & circa quæ noceat?*

9 *In quibus mentiri liceat propter ſalutem.*

10 *De homicidio accuſatus ſi negaverit, ſi poſtea probetur occidiſſe, poterit dicere, feciſſe ad ſui defenſionem.*

11 *Delictum quo caſu per mendacium approbari videatur?*

SI quis eſt interfectus, & neſcitur,
1 à † quo, ſed probatur, quod Ti-
tius erat inimicus illius, ex tali præ-
ſumptione poterit Titius torqueri,
ſecundum Spec. *in §. ſpecies. titul. de*
præſumpt. & ſecundum Rom. *in l. 1. ff.*
ad SC. Syllan. per text. ibi. *in ſuſpicio*
nem cadit, per quem text. multi con-
ſentiunt ſemel poſſe torqueri, dum-
modo inimicitia ſit capitalis. Adde
Eccleſiaſt. *c. 12.* ibi *nunquam credes in-*
imico. Sed moderni contra tenent.
Hippol. *in §. diligenter. num.* 70. quem
multi ſequũtur per multas rationes,
2 maxime quod inimicitia † eſt indi-
cium remotum, & dictum Speculat.
intelligũt, quoties neceſſe eſt unum
ex pluribus hominem interfeciſſe, &
certum eſt delictum, & certæ perſo-
næ, ſed incertum eſt de individuo, &
3 tunc ex illis pluribus † poterit ini-
micus torqueri. Oratores multi cõ-
ſentiunt, quia multæ cauſæ ſunt, quæ
inducunt ad maleficium, etiam la-
tentes & ignotæ, cum nemo reperia-
4 tur † qui non metuat, oderit, ſperet,
& iraſcatur, per quas cauſas delin-
quitur. Quare non ſequitur, Titius
inimicus eſt: ergo occidit, cum alius
poterit occidere propter ſupradi-
ctas cauſas, etiam latentes. Ego in
hac difficultate pro conciliandis o-
pinionibus diſtinguo ſecundum Ci-
ceron *in lib. 2. de invent. tit. 2.* ibi, *ma-*
xime enim quæri oportet in hac conſtitu-
tione; primum potueritne aliquid fieri:
deinde æquè ab alis potuerit. Concludi-
tur, quod ſi Petrus † probabit alium 5
æquè potuiſſe occidere, non tor-
queatur; aliter ſic. Quare demon-
ſtrabit reus, aut alijs quoque bono
fuiſſe, aut alios quoque id, de quo i-
pſe inſimuletur, facere potuiſſe. Vi-
de Ciceron. *ad Heren. lib. 2. titul. collat.*
Hac defenſione uſus eſt Cicero *pro*
Murena, in familiam Acharianam,
& *pro Scauro* circa mortem Boſtaris
in matrem avertens crimen. Maxi-
mum autem eſt remedium definien-
darum quæſtionum hoc caſu & o-
mni alio, videlicet quod ſuſpectus
interrogetur † ubi fuit, & cum qui- 6
bus comedit tempore delicti. De
hac interrogatione, vide Bart. *in l. fin.*
ff. de quæſt. & ita per locum & tempus
Oratores omne negotium definie-
bant. Denique mendacium quod at-
tinet; reus mendaciter reſpondens
† torqueri poteſt, quia tacendo ve- 7
ritatem, in dolo eſſe videtur. *l. ſervus.*
ff. de dolo. Alij contra, quia licet
reo contraria dicere propter ſalu-
tem. Propterea aliqui diſtinguunt
quod quando eſt mendacium circa
negotium principale ſeu circum-
ſtantias, tunc fit indicium ad tortu-
ram, utputa ſi eſſet varius circa lo-
cum delicti, vel tempus, tunc † va- 8
riatio ſeu mendacium nocet, ut in
exemplo Bartol. *in leg. fin. ff. de quæ-*
ſtion. ubi propter delictum de nocte
judex interrogat ſuſpectum, ubi &
cum

cum quibus fuit illa nocte, & ſi reperitur mendax, oritur maxima præſumptio: ſecus autem ſi mendacium
9 † fuerit circa diverſa ut puta circa nomen loci & originis & alterius rei ſimilis, tunc enim licet mentiri propter ſalutem. Omitto alias diſtinctiones ſcribentium, & dico, quotiens tractatur de aliquo facto, quod habet annexum determinationem loci vel temporis vel alterius rei, qua de agitur; tunc mendacium nocet, ut in exemplo Bartoli, quoniam dicto caſu reus videtur deliquiſſe, quia non apparet alibi fuiſſe, & reperitur
10 mendax, qua de re Reus torqueri poteſt. Itaq; ſi accuſatus † de homicidio negaverit occidiſſe, ſi probabitur, poterit tamen dicere feciſſe ad ſui defenſionem, licet mentitus ſit ſecundum Bartol. *in leg. cum de indebito ff. de probat.* quia mendacium non eſt circa negotium principale, vel quia non approbat delictum termi-
11 natum † per locum & tempus, ubi reus fuiſſe videtur, quoties alibi fuiſſe dicit, & mentitur, & ſic approbat delictum per mendacium.

Margarita Criminalis.

Inimicitia capitalis tribuit citato excuſationem. Damh. *c. 25. n. 23.*

Inimicus non denunciat. idem *ca. 6. num. 6.*

Inimici à fideli teſtimonio rejiciuntur. idem *c. 50. n. 3.*

Inimicus quis dicendus. *ib. n. 4.*

Inimicus nuper nunc tamen amicus factus à teſtimonio repellitur. *ib. num. 5.*

Inimicitia an & quando faciat indicium ad torturam idem *in §. diligenter n. 69.*

Inimicitiæ excludunt aliquem à teſtimonio. Bellouil. *lib. 2. c. 4. nu. 35. & 41.*

Mendacium an faciat indicium ad torturam. Damh. *c. 36. n. 26.*

Mentiri pro levi inimicitia de facile quis non præſumitur. Hipp. *in §. diligenter, n. 70.*

Mentiri non præſumitur conſtitutus in mortis articulo. *ibid. n. 119.*

CAPUT V.

De indiciis per unius teſtis viſum; & quid de repertis in crimine, ſive in loco criminis.

SUMMARIA.

1 *Probatio, quæ per viſum fit, omnibus aliis major eſt. Et tunc dicitur plena probatio, quando fit per duos teſtes, de viſu omni exceptione majores.*

2 Reus

Digitized by Google

2 *Reus an torqueri poßit ex dicto unius teſtis de viſu, maxime ſi teſtis ſit omni exceptione major?*

3 *Teſtis de viſu ut indicium faciat ad torturam, deponere debet, quod maleficio interfuerit, alias ſecus.*

4 *Duo teſtes requiruntur ad probandum indicia remota à maleficio.*

5 *Unus teſtis de viſu indicium facit, niſi alia circumſtantiæ reſiſtant.*

6 *Teſtis qui non eſt omni exceptione major, in quibus probet?*

7 *Teſtis non idoneus per aliquod privilegium idoneus fieri nequit.*

8 *Teſtis omni exceptione major eſſe debet, quando tractatur de condemnando, ſecus de torquendo.*

9 *Teſtes non idonei in caſu inquiſitionis admittuntur, quia tunc ceſſat periculum corruptionis.*

10 *Teſtes etiam infames non niſi inſtigati falſum deponunt.*

11 *Teſti inimico etiam in caſu inquiſitionis credendum non eſt.*

12 *Teſtes inhabiles in caſu accuſationis admitti non debent, etiam ad torquendum.*

13 *Iudex videns delictum committi, non poteſt tamen ſine alijs probationib. reum torquere.*

14 *Viſus vibrare gladium contra vulneratum, licet non ſit viſus vulnerare, torqueri poterit.*

15 *Teſtes ſi dixerint vidiſſe duos ſolos rixari, & vidiſſe in fine rixæ vulneratum ex hoc ad condemnationem procedi poterit.*

16 *Inimicus interfecti ſi viſus fuerit ſolus ambulare in loco delicti cum gladio evaginato, reperto interfecto condemnari poterit.*

17 *Reperti in crimine an ex hoc ſolo convincantur ut de facto puniri poßint.*

18 *Reperti in domo. ubi perpetratum eſt maleficium, & neſcitur à quo, torqueri poterunt, & an ex hoc damnari poßint?*

19 *Tortura ab eo, qui ſolitus eſt delinquere, incipienda eſt.*

20 *Reperti in loco delicti vel in loco proximo torqueri poſſunt, maxime ſi fuerint inimici interfecti, & reperti cum armis.*

21 *Repertus prope mortuum cum gladio, torqueri poterit, & an damnari.*

22 *Vicini indicia contra ſe habent, quando rei non reperiuntur, maxime in furtis, quia ſaltem ſcire præſumuntur.*

1 PRobatio † quæ fit per viſum, ſecundum omnes, eſt major omnibus alijs, & tunc dicitur plena probatio, quando fit per duos teſtes de vi-

viſu, & omni exceptione majores.
Sed dubitatur, an per ſolum dictum
2 † unius teſtis de viſu, reus torqueri
poſſit? Et non eſt majus indiciũ iſto,
unde ſecundum multos torqueri po-
teſt, dummodo teſtis ſit omni exce-
ptione major. Vide Bartol. *in l. ad-*
monendi. ff. de jurejur. Item debet de-
3 ponere † quod interfuerit, aliter nõ
facit indicium ad torquendum: nam
4 quando deponeret † ſuper remotis
à maleficio, & his quæ conſequũtur,
requiruntur duo teſtes, ut not. *in l.*
fin. Cod. famil. erciſc. Adde ſecun-
5 dum Bald. quod unus teſtis † de vi-
ſu facit indicium, niſi aliæ circumſtã-
tiæ reſiſtant, ut per eum *in l. 2. C. quor.*
appellat. non recip. Volunt tamen
6 aliqui, quod licet teſtis † non ſit o-
mni exceptione major, tamen in ali-
quibus probet, videlicet quando
concurrit levitas vitæ rei. Item, in
criminibus exceptis, vide gl. *in l. 3. ff.*
de teſtam. Hoc tamen multi reſpuunt,
vt Alexand. *in conſ. 11. volum. 1.* quia te-
7 ſtis † non idoneus per aliquod pri-
vilegium non poteſt fieri idoneus.
Alij ſentiunt, quod talis teſtis, licet
non major omni exceptione, tamen
probet, quando alia merita proceſ-
ſus concurrunt. Demum reſtrin-
8 gunt, quod teſtis † debet eſſe omni
exceptione major, quando tracta-
tur de condemnando; ſecus de tor-
quendo; & ratio eſt, quia majus ver-
ſatur periculum in condemnando,
quam in torquendo, vt tradit Hip-
polyt. *in §. diligenter num.* 4. In præ-
dictis diſtinguo, quod in caſu † in- 9
quiſitionis teſtes etiam non idonei
admittantur, ſecundum Baldum *in*
l. 1. C. de ſum. Trin. & fid. Cathol. Et ra-
tio reddi poteſt, quod hoc caſu ceſ-
ſat periculum corruptionis, quia li-
cet teſtes † ſint infames, non niſi in- 10
ſtigati falſo deponunt, quod non
accidit in ſupradicto caſu: limita rẽ: 11
† tamen non eſſe credendum inimi-
co, licet in caſu inquiſitionis per re-
gulã, quod inimici de inimicis ſem-
per male cogitant, & facile mentiun-
tur. In caſu vero accuſationis teſtes
† inhabiles admitti non debent, ne- 12
que ad torquendum, quamvis ſint in
contrarium ſupradictæ authorita-
tes. Et ſi velis ſequi opinion. prædi-
ctorum, ſaltem reſtringe, quod ex
natura negotij non poſſunt haberi
alii teſtes & aliter veritas haberi ne-
queat, & quod tractatur de torquen-
do tantum. Judex quamvis viderit
committi delictum † non tamen po- 13
teſt ſine alijs probationibus reum
torquere, ut per Specul. *in tit. ſenten.*
§ qualiter. Viſus vibrare † & jacere 14
gladium contra vulneratum, licet
non ſit viſus vulnerare, poterit ta-
men torqueri ſecundum Speculat.
in tit. de probat. §. & ſi. Si teſtes dixe-
rint vidiſſe † duos ſolos rixari, & vi- 15
diſſe in fine rixæ vulneratum; ex hoc
poterit procedi ad condemnationẽ:

& ratio eſt, quod non eſt defenſio in
contrarium, reperto interfecto, ini-
16 micus interfecti † viſus ambulare
ſolus in loco delicti cum gladio eva-
ginato condemnari poterit. Vide
Angel. *in tract. maleſic. in tit. de indiciis*
in dubitat. Deniq; reperti in crimine
17 † ex hoc loco convincuntur, & de
facto poſſunt puniri, ſecundum gl.
in l. ictus fuſtium. ff. de iis qui notant. in-
fam. Sed hæc opinio non placet, quia
quamvis reus crimē fateatur, (quod
eſt majus) monetur tamen, ut ſuas
faciat defenſiones, not. *in l.* 1. § *ſi quis*
in villa. ff. ad SC. Syllan. & Exodi *c.* 22.
18 Si in aliqua domo † perpetratum
eſt maleficium, & neſcitur à quo, re-
perti in illa domo tempore delicti,
torquebuntur: & ratio eſt, quia præ-
ſumuntur ſcire, & ſecundum aliquos
poſſunt damnari. Sed dic, ut *in tit.*
ne quis per aliqua indicia convincatur,
19 *&c.* Et ſupradicto caſu tortura †
incipiet à ſolito delinquere ſecun-
dum *Roman. in l.* 1. *ff. ad SC. Syllan.* Re-
perti in loco delicti † torqueri poſ- 20
ſunt. Idem ſi in loco proximo. *l.* 1. *§.*
quid ergo. ff. ad SC. Syllan. Prædicta
multi limitant, quod inventus ſit ini-
micus interfecti, vel quod aliæ adſint
cauſæ. Alij addiderunt, quod ſit in-
ventus cum armis. Sed ego credo
ſufficere, ut inventus ſit inimicus in-
terfecti, licet non inveniatur cum
armis, quia poſt delictum potuiſſet
celare arma, concluſiue diſtinguen-
do, ut ſupra, procedetur ad torturā,
& non aliter, quia quilibet poteſt
obviare, forte & caſu. Repertus pro-
pe mortuum † cum gladio torqueri 21
poterit, ſed ſecundum alios damna-
ri ob manifeſtum indicium. Vide
Bart. *in l. manifeſtus. ff. de furtis.* Scien-
dum eſt, quod ſi non reperiuntur rei,
† ut ſupradictum eſt, capientur in- 22
dicia contra vicinos, qui ſaltem ſci-
re præſumuntur, maxime in furtis.
Baldus *in leg.* 1. *Cod. locati,* & in lege
divina Deuteronom. *capit.* 21. *in*
princ.

CAPUT VI.

DE FUGA IN SPECIE.

SUMMARIA.

1 *Servi fuga ejus præſcriptionem impedit, ſicut animalis fuga.*

2 *Probationem ſemiplenam facit fuga, tamen non totam ſi aliter ſtatuto diſponeretur, licet quem in mala fide conſtituat.*

3 *Fuga triplex eſt, voluntaria ſcil. cauſaria & ignominioſa.*

4 Fuga

4 *Fuga an proprie dicatur quando quis latitat, ut fugiat, ſed non comprehenditur.*

5 *Fugiens in domum propriam, an poſſit in ea capi, & per officialem pro debito civili extrahi.*

6 *Fugiens ad eccleſias an ſit tutus.*

7 *Pro civili debito ſi quis ducatur per eccleſiam, non gaudebit ejus immunitate.*

8 *Homicida Titius ſi non potuit fugere in eccleſiam, ſed invenit quendam ſacerdotem deferentem corpus Chriſti & fugit ad ipſum, & eum accepit, an eccleſiæ immunitate gaudere debeat.*

9 *Eccleſiæ fures an iſtud privilegium habeant.*

10 *De territorio fugienti in aliud, an per poteſtatis familiam, vel præpoſiti capi poſſit.*

11 *Fuga poſt accuſationem an faciat ſuſpicionem.*

12 *Cum gladio fugiens de domo, in qua homo mortuus reperitur, an occidiſſe præſumatur.*

13 *Fugitivus debitor an creditoris propria auctoritate capi poſſit.*

14 *Sola fuga an ſuſpicionem faciat.*

15 *Fugitivus qui ad aliam patriam vadit, an per loci judicem citari poterit, in quo deliquit, ſine illius judicis requiſitione cum hic criminis, ratione forum ſortiatur.*

CONditionem hujus temporis proſpiciens, quia plurimi cum deliquerunt, aufugiunt, ideo in præſenti capit. fugæ materiam inſerere auſus ſum. Et primitus eſt notãdum,
1 quod fuga † ſervi impedit ejus præſcriptionem, ſicut fuga animalis *l.* 1. & ibi Bald. *Cod. de ſer. fug.* Fuga enim reddit quem ſuſpectum, *l. impuberib.* §. *præterea.* & ibi Bart. *ff. de ſuſpect. tut.* & ſi ex ſtat leve indiciũ ad torturam. Bald. *in l. non hoc. Cod. unde cognati* Specul. *in titul. de probat.* §. *fin. verſ. ult. not.*
2 ubi dicit, quod fuga † facit ſemiplenam probationem, tamen non totam, ſi aliter ſtatuto diſponeretur, licet conſtituat quem in mala fide, *l. mala fide.* & ibi Bal. *Cod. de long. temp. præſcript. quæ pro lib. op.* Unde eſt advertendum, quod fuga † eſt triplex, 3
ſcilicet voluntaria, cauſaria & ignominioſa. Bald. *in l. C. de ædilit. act.* ideo quæritur, fuga † an proprie di- 4
citur, quando quis latitat, ut fugiat, ſed non comprehenditur, vide Bald. *in l.* 1. *col.* 3. *C. de ædil. act.* & *in l.* 1. *Cod. de ſeru. fug.* ubi dicit, quod fugiens dicitur latitare Alex. de Imol. *in l. pen.*

de cuſtod. reor. & fugiens de carcere quod invenit apertum, non facit indicium contra ſe Bald. *in l. ſuccurritur. Cod. ex quibus cauſ. major.* Petr. de Sun. *in leg. bonæ fidei. Cod. de jurejur.* tamen ſi revertitur, non dicitur fugere, nec tenetur pœna ſtatuti fugientis è carcere. Bald. *in l. 1. colum. 3. C. de ſeru. fug. & in l. 1. C. de ædil. act.* Sed fu-
5 giens in domum † propriam, an poſſit in ea capi & extrahi per officialem pro debito civili. Bald. & Alex. *in l. plerique de in jus voc.* contra Bald. *in l. 1. C. de ſum. trin. & fide Cathol.* qui tamen loquitur, quando fuit captus extra domum, ſed evaſit, & in domum aufugit, quia poteſt de domo in cõtinenti extrahi, ita Alexand. *in l. quod ait. de adult.* Item quæritur, an fugi-
6 ens † ad eccleſias ſit tutus, pro hoc vide textum *in titulo de His, qui ad eccleſ. confug. in conſil.* incip. *ſtatuto civitatis Tuder.* Oldrad. *in conſil.* 4. quod eſt notandum etiam, quod ſi quis
7 pro † debito ducatur per Eccleſiam, non gaudeat immunitate eccleſię ita Archidiac. *cap. antiquitus. 17. quaſt.* 4. ex quo oritur alia quæſtio: Titius
8 † homicida non potuit fugere ad Eccleſiam, ſed invenit quendam ſacerdotem deferentem corpus Chriſti, aufugit ad ipſum, & eum accepit, an gaudere debeat immunitate eccleſiæ, & primo videtur quod ſic, per text. *in l. unica. Cod. de his qui ad eccle. confug.* nam quod aliquis in eccleſia ſtatutus ſit, introductum eſt in Dei favorem, ergo multo fortius ſi fugiat ad ipſum. *argum. leg. capitalium. §. ad ſtatuas ff. de pœn. & l. quis ſit fugitivus. §. idem Iulianus. de ædil. edict.* nam teſte Ariſtotele propter unumquodque tale, id ipſum magis. Sed quid de furibus † eccleſiæ, an habeant 9
iſtud privilegium? Et dicendum quod ſic, *in leg. præſenti. §. quod ſi in finibus. C. de his qui ad eccleſ. confug.* text. *in cap. ſicut. de immunit. eccleſ.* quod poteſt intelligi ſecundum Jacob. de Bel. de furibus neceſſario ſecus autem in aliis. *argumen. l. fin. de relig. & ſumpt. fun. & l. æde ſacra* §. 1. *ff. de contrah. empt. & l. ſi ſepulchrum. Cod. de relig.* & ibi Bald. Unde quando quis in eccleſia deliquit, tunc judex ſecularis non poteſt eum extrahere de eccleſia, ſed Epiſcopus loci, & eũ tradet judici ſeculari, ſi ſit laicus, *aut. ſi quis ei. C. ad l. Iul. de adul.* Propterea quæritur, † an fugiens de uno terri- 10
torio in aliud per familiam poteſtatis, vel præpoſiti poſſit capi, & eſt dicendum quod non, ita Bald *in addit. ad Specul. de comp. jud. adi. verſ. ſed pene quod malefactor.* Baldus & Flor. de S. Petr. *in l. ſicut. §. Ariſtot. ff. ſi ſervit. vindic.* Salicet. *in leg. 2 C. de exhibend reis.* Angel. de Aretin. *in tractat. malefic. verſ. quod fama facit.* quod eſt contra dictum Bartol. *in l quod ait. §. quod ait.* & ibi Alexand. *de adult.* Bald. *in l. quicunq. Cod. de ſeru. fugit.* Sed quæritur,

etiam inficiari non poſſunt, & mul-
ti per ea damnati fuerunt, quo per
ſuperuenientiam delinquētium co-
gnitum fuit innocentes damnatos
eſſe. Vnde propter periculum † in- 34
dicij tutius eſſe exiſtimo, reum tor-
queri, vt poſſit ſuper certo judi-
cari. Nec obſtant, quæ apparent in
contrarium, neminem torqueri, niſi
in ſubſidium probationum, quia re-
ſpondeo, prędictā regulam † habe- 35
re locum, quando conſtat de delicto
per aliud genus probationis, quam

per indicia ſupradicta, vt puta ſi per teſtes fuerit legitime probatum ſiue in iis per quæ lex vult condemnare, exemplo *l. ſi qua. Cod. ad leg. Iul. de adult.* nam quæ ſunt † indubitata legi, debent eſſe indubitata judici. *l. ſi tutor. Cod. de priuileg. tutor.*

CAPUT IX.

De tormentorum periculo; deque non torquendo reo, niſi de delicto conſtet.

SUMMARIA.

1 *Tormentis humanitatis, religionis & juriſconſultorum argumenta repugnant.*

2 *Tormentis & quæſtionibus non ſemper fides adhibenda eſt.*

3 *Tormenta multi populi renuerunt, quia plus mali, quam boni ciuitatibus attulerunt.*

4 *Tormenta & quæſtiones niſi certis in rebus interponi antiqui voluerunt.*

5 *Judices tormenta abhorrere debent, nec facile ad ea proſilire nec in omni cauſa, nec in omni perſona, nec quibuslibet indiciis.*

6 *Indicia ad torturam ſufficientia cognoſci poſſunt, licet certa doctrina de eis tradi non poſſit.*

7 *Indiciorum loci & origo remiſſiue.*

8 *Indicia ad torturam talia eſſe debent, vt ſuſpectus ſit reus, & aliis argumentis, ita probationi admoneantur, vt ſola confeſſio deeſſe videatur.*

9 *Rei confeſſioni judices ne credant, licet ſæpius ratificata, niſi ipſa confeſſio fuerit per ſigna declarata.*

10 *Judices arbitrium torquendi ſibi arrogare non debent, quia nullum arbitrium habere poſſunt, niſi pro reo.*

11 *Intellectus* l. quæſtionis modum. ff. de quæſtion.

12 *Ad tormenta deueniendum non eſt, niſi conſtet de homine mortuo, de cadauere & vulneribus.*

13 *Inſpectio cadaueris, & eius vulnerum ad peritos ſpectat, & non ad judices propter periculum judicandi.*

14 *De ictu & vulnere ſtandum eſt in arte peritis: & ad hoc duo medici requiruntur, licet de conſuetudine dicto vnius ſtetur.*

16 De

15 *Contra latrones ad torturam proceditur, licet de delicto non conſtet. Et quæ ſit ratio?*

16 *Confitens occidiſſe aliquem, an ſit damnandus, ſi non conſtet de corpore, vel id non ſit veriſimile?*

17 *Aliquem torquere, ſi delictum non conſtet, exemplo pernitioſum eſt, quod etiam procedit in accuſatis de furto & veneficio.*

1 TOrmentis † humanitatis, & religionis, nec non Iuriſconſultorum argumēta repugnant, in primis exordiendo ab orbe condito, exempla fori diuini non deſunt. Etenim abſque tortura reos aut condemnatos, aut liberatos fuiſſe conſtat. Deinde ſecundum Iuriſcon-
2 ſultos † quæſtionibus fidem non ſemper, non tamen nunquam habendam, conſtitutionibus declaratum: etenim res fragilis eſt, atque periculoſa, & quæ veritatem fallit. Nam plerique patientia ſiue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt veritas ab eis exprimi nullo modo poſſit. Alij tanta ſunt impatientia vt in quouis mentiri, quam pati tormenta velint. Et ita fit, vt etiam vario modo fateantur, & non tantum ſe, verum etiam alios criminentur. *l. 1. ff. eod.* Quam ob
3 rem multi populi † tormenta renuerunt, quia plus mali, quam boni ciuitatibus attulerint, & eorum pernitie plures innocentes, quam nocentes damnauerint. Et hodie in regno Aragoniæ rei non torquentur.
4 Præterea † legitur maiores voluiſſe, niſi certis in rebus interponi quæſtiones, cum quæ vere dicerentur ſciri, quæ falſo in queſtione pronunciarentur, refelli poſſunt hoc modo. Quo in loco quid poſitum ſit, & ſi quid eſſet ſimile, quod videri aut aliquo ſimili ſigno percipi poſſit, vide Ciceron. *lib. 1. ad Heren.* Quamuis ſupradictæ ſententiæ verba vetuſtis in Codicibus aliter ac in nouis legantur. Reliquum eſt ergo, vt judices † aut abhorreant tor- 5
menta, aut non facile ad ea proſiliant, nec in omni cauſa, nec in omni perſona, nec quibuslibet indiciis, & licet (vt omnes dicunt) non poſſit dari certa doctrina: poteſt tamen dari † aliqua via ad cognoſcendum 6
indicia ſufficiētia ad torturam. Bartol. *in l. fin. ff. eod. tit.* De locis & origine † indiciorum dictum eſt ſupe- 7
rius, per quos videre eſt, quid in quacunque re verum ſit, & quid veriſimile aut probabile. Et maiori ex parte vnusquisq; conjector eſt veri. Sed vltra prædicta, indicia debent † eſſe talia ad torturam, cum 8
ſuſpectus eſt reus, & aliis argumentis, ita probationi admoueantur, vt

ſola confeſſio deeſſe videatur, &
9 confeſſioni † ne credant judices, licet ſæpius ratificatæ, niſi dicta confeſſio fuerit per ſigna declarata, de quibus ſignis dicetur infra *cap. fin. huius tit.* quod hac in materia maxime notandum eſt. Et eſt communis
10 error judicum † putantium torturam eſſe arbitralem, quaſi natura corpora reorum arbitrio ſuo ad lacerandum crearit. Contra quos dico, quod quando eſſet ſimpliciter arbitrium (quod tamen non conceditur) tale arbitrium reduceretur ad jus commune, ſecundum Angel. *in l.1.ff.de teſtā.milit.* Et omnes ſcribentes conſentiunt. Vlterius dico, quod jura loquentia de arbitrio intelliguntur contra accuſatorem, nō contra reum, videlicet judicem poſſe deſiſtere, & ſuperſedere à tortura propter periculum & fragilitatem torturæ, non autem excedere modum, de quo lex diſpoſuit, vt *in leg.1.* ibi, *quando vel quatenus faciendum*
11 *ſit, videamus.ff.eod.tit.* Et ita † intelligitur *leg. quæſtionis modum. ff. eod. tit.* dicente Iuriſconſulto, ibi, *itaque quæſtionem haberi oportet, vt ſeruus ſaluus ſit innocentiæ vel ſupplicio.* De-
12 nique ſciendum eſt in primis ad † tormenta non deueniri: niſi conſtet de homine mortuo, & cadauere, nec non de vulneribus, & quæ mortifera ſint, & quæ non, & in qua parte corporis, & quo genere armorum.

Et talis inſpectio ſpectat † ad peri- 13
tos, licet à multis judicibus fiat, quæ tamen fieri non debet propter periculum judicandi, cum vel damnentur ſecundum ictum ſuum, in puris tamen rixis, & de ictu † ſtandum eſt 14
in arte peritis. Hoc amplius duo requiruntur medici, licet de conſuetudine ſtetur dicto vnius. vide Bartol. & Hippolyt. *in leg.fin.ad leg. Cornel.de ſicar.* Abſtineant igitur judices maleficiorū à tali prophana conſuetudine, vt ſupra de indiciis dictū eſt. In quibuſdam tamen caſibus † 15
licet regulariter torqueri, nec etiam inquiri poſſit, niſi conſtet de delicto, proceditur ad torturam, vt puta in latrones, qui abſcondunt cadauera eiiciēdo in flumina aut mare. Vnde ſi reus † confiteatur occidiſſe a- 16
liquos ignotos, damnabitur, licet non appareat corpora fuiſſe interempta, vide Brun. *in gl. ſexto principaliter.* vbi dicit fuiſſe judicatum in ciuitate S. Limitat tamen hoc non obſeruari, quando non eſſet veriſimile propter diſtātiam loci, vel bonam famam criminati. Sed ego in hoc caſu dico, reum non damnari, niſi conſtet de certa perſona, & indiuiduo, vel ſaltem conſtet de certis ſignis, quia delictum debet verificari, vt infra de verificanda confeſſione dicetur, vt puta de veſtimentis vel pecuniis occiſo ademptis. Exēplo enim pernitioſum eſt † torquē- 17
re, niſi

re, niſi delictum conſtet. Legitur enim ſeruum M. Agrij argentarij inſimulatum occidiſſe Alexandrum Titi Fannij ſeruum, eoque nomine tortum, confeſſum facinus, ſupplicio affectum, paruulo tamen tempore interiecto, ille, cuius de nece creditum erat, domum rediit, vide Valerium Maximum *lib. 8. de quaſt. c. 4.* Et quod dictum eſt de homicidio, extende ad furta, licet hoc tempore judices ſtatim, quod aliquis dicit ſibi aliquid furto ſubtractum, ſuſpectos torqueant. De tali errore vide Brun. *in gloſſ. circa quartam.*

Idem ſi quæſtio erit veneficij, conſtare debet veneno necatum.

CAPUT X.

De non torquendo reo, niſi formato proceſſu; & publicato cum exhibita indiciorum copia: & quid de eo ſine indiciis, etiam in crimine læſæ majeſtatis.

SUMMARIA.

1 *Proceſſu non formato, ad tormenta non deuenitur, & an id procedat in manifeſto, & notorio, crimino ſo & inuento in flagranti crimine.*

2 *Accuſatus vel inquiſitus ſi accuſationi vel inquiſitioni reſpondere recuſet, torqueri poteſt etiam ſine indiciis ad eruendam reſponſionem, vel procedi poſſit.*

3 *Reos ter interrogatos, accuſationi non reſpondentes, perinde ac confeſſos Brutus damnauit, cuius tamen opinio ſeruanda non eſt.*

4 *Rei ad torturam ducti & interrogati, quid ſciant de tali re, ſi reſpondeant dixiſſe: & interrogati quid dixerint, reſpondeant ſcriptum eſſe, & aliud reſponſum dare nolint, an torqueri poſſint, donec judici aliter reſpondeant.*

5 *Reus torqueri non debet, non publicato proceſſu.*

6 *Teſtes non publicati, aliquam probationem concludentem non inducunt, quia eorum dicta minui poſſunt per oppoſitiones, ac tolli per aliam probationem etiam contrariam.*

7 *Copia indiciorum à judice ante torturam dari debet, licet judices captos hodie ſtatim torqueri jubeant, quorum obſeruantia nulla lege nititur.*

8 Reus

8 *Reus ex eo, quia captus de crimine damnari non debet, niſi aliter de maleficio conuincatur.*

9 *Reus ante torturam audiendus eſt, quia tale quid probare poteſt, quo probato, ad torturam non deueniretur.*

10 *In cauſis criminalibus cautius eſt agendum, quam in ciuilibus, & in eis forma judicii fortius obſeruanda eſt.*

11 *Judex de teſtis conditione inquirere debet licet pars non dicat.*

12 *Exemplum indiciorum reo opponere volenti dari debet.*

13 *Papa aut imperator legem aliquam facere non poteſt, per quam defenſiones reorum tollantur.*

14 *Judex ex officio reo copiam indiciorum dare tenetur, licet ipſe eã non petat.*

15 *Judicis intereſt ratione humanitatis & intuitu religionis indefenſum non occidere.*

16 *Judex aliquod genus renuntia defenſioni per reum facta non admittet, niſi vere judex cognoſcat reum nullas habere defenſiones.*

17 *Reus, indiciis non præcedentibus, torqueri non debet, alias judex punitur, licet reus per talem torturã repertus fuerit commiſiſſe crimen obiectũ.*

18 *Si quis illicitum committat, pœna ab illicito non excuſatur, licet tale illicitum ad optimum finem peruenerit.*

19 *Indiciis non præcedentibus, ſi inquiſitio formetur, & reus conſiteatur, & ratificet, tamen damnari non poterit.*

20 *Nulla confeſſio per indicia poſt quæſtionem habitam ſuperuenientia, non confirmatur, ſecus ſi ſponte conſiteatur, nam tunc ſine indiciis damnabitur.*

21 *Judex ad torturam promptior eſſe debet in delictis, quæ occulte committuntur, præcedentibus tamen aliqualibus indiciis.*

22 *Caſus, in quibus ad torturam ſine plenis indiciis deueniri poteſt.*

23 *Reus ob contumaciam bannitus, ſi poſtea capiatur, ſine aliis indiciis torqueri poterit.*

24 *Torqueri licet reus conſentiat, judex eum ſine indiciis torquere non debet.*

25 *Rei terreri poſſunt in caſibus, in quibus torqueri non poſſunt.*

26 *An judices, quando indicia contra aliquem deſunt, per ſortilegia procedere poſſint.*

1 NOn formato proceſſu † ad tormenta non deuenitur, niſi in manifeſto

ſeſto & notorio, criminoſo & inuento in flagranti crimine, quo caſu de facto proceditur. Et ſecundum multos ſcribentes ex hoc ſolo dicuntur eſſe conuicti, & de facto puniri poſſunt, *argument. leg.* §. *1.* & quæ ibi not. *Cod. de rapt. virgin.* & gl. *in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infam.* Sed hæc opinio non placet, quia licet quis crimen confiteatur, tamen ſatisfacere defenſiones moneri debet, prout infra de ſpontanea confeſſione dicetur. Eo magis in ſupradicto caſu, & in quocunque alio oportet formare proceſſum; antequã ad torturam deueniatur, fallit tamen, quando reus
2 inquiſitus † ſiue accuſatus recuſat reſpondere accuſationi ſiue inquiſitioni: tunc enim torquetur, etiam ſine iudiciis non ad eliciendam confeſſionem, quia non formato proceſſu nihil agi oportet, ſed ad eruendam reſponſionem affirmativam ſiue negatiuam, vt procedi poſſit. Vide Bald. *in leg. accuſare Codi. qui accuſari non poſſ.* Sed aliqui volunt reos recuſantes reſpondere, tanquam confeſſos damnari. Legitur
3 Brutum reos † ter interrogatos nõ reſpondentes accuſationi, perinde ac confeſſos damnaſſe, vide Plutarchum *in vita Public. in princip.* Sed hæc Bruti opinio non eſt obſeruanda, niſi forte in reó criminoſo, vel inuento in flagranti crimine. Sed aliquando contingit, quod poſtquam acceptum eſt conſtitutum à reis † de plano, ſi ad torturam 4
ducuntur, & interrogantur, quid ſciant de tali re, reſpondent dixiſſe. Interrogati quid dixerint, reſpondent eſſe ſcriptum, & aliud reſponſum dare nolunt. Hoc caſu, quamuis indicia ſint leuia, poterunt tamen torqueri donec reſpondeat iudici, quia tenentur reſpondere & replicare. Simile contingit hoc anno in quibuſdam incendiariis, ex quorũ reſponſione, accedentib. quoque non aliis leuibus indiciis, extraordinaria pœna condemnati fuerunt, prætore M. A. G. P. V. Deinde non publicato proceſſu reus † non tor- 5
quetur, quia non dicitur quicquam probatum, niſi publicato proceſſu, *l. ſolam. C. de teſt.* nam teſtes non † pu- 6
blicati non inducunt aliquam probationem concludentem, quia dicta eorum poſſunt per oppoſitiones minui, aut tolli per aliam probationem, etiam contrariam. Quare ſecundum omnes iudex † tenetur da- 7
re exemplum indiciorum ante torturam: hodie vero iudices reis captis nõ exhibent idinciorum exemplum, & procedunt ad torturam. Sed hæc opinio in iure vndique refellitur, & ego ſenio confectus, nunquam inueni aliquam legem ſiue rationem pro tali obſeruantia, nam non ſequitur: captus eſt;

Digitized by Google

ergo torqueri ſiue damnari debet,
8 imò ex eo quod quis † ſit captus, nō
debet de crimine damnari, niſi aliter
de maleficio conuincatur. Quam
9 ob rem reus † audiri debet, quia po-
teſt quid tale probare, quo probato
non peruenitur ad torturam: poteſt
enim reus opponere ſiue in con-
trarium probare, vtique audien-
dus eſt, quia ſequeretur abſurdum,
quod ſubſtantialis modus & forma
iudicii opponendi teſtibus non ſer-
10 uaretur in cauſis † criminalibus, in
quibus tamen cautius eſt agen-
dum, quam in ciuilibus, & ſecun-
dum ipſos iudices tolli debet de
corpore iuris, ſupradicta *l. ſolam. C.*
de teſtib. vbi eſt caſus, quod ex di-
ctis teſtium ante publicationem
11 non ſit probatio. Præterea iudex †
tenetur inquirere de conditione
teſtis, licet pars non dicat not. *in ca.*
per tuas. extra de teſtib. Eo magis de-
12 bet dari exemplum indiciorum †
reo opponere volenti, quia tam te-
ſtes, quam dicta teſtium debent eſſe
explorata reo, cum oppoſitiones
ſint de iure diuino, & audacter dixi
nullam reperiri legem pro dictis iu-
dicibus, quia nec Pontifex, nec Im-
13 perator Romanus poteſt † aliquam
legem concedere, per quam tollan-
tur defenſiones reorum, cum de-
fenſiones ſint de iure naturali, vt ſu-
14 pra de indiciis, vbi teneo iudicem †
teneri ex officio dare exemplum in-
diciorum, licet pars non petat, quia
reus non poteſt renunciare pro-
priæ defenſioni, vide gloſſ. *in leg.*
pactum ff. de pact. Et intereſt † iu- 15
dicis ratione humanitatis & intuitu
religionis indefenſum non occidere
Exod. cap. 22. Quare iudex † non 16
admittet aliquod genus renunciæ,
niſi reus dicat ſe alias non habere
defenſiones, & reuera iudex cogno-
ſcat eum carere defenſionibus. Et
hæc obſeruantia multum placet,
vid. Bald. *in l. ſeruum quoque ff. de*
procurat. Denique reus ſine † in- 17
diciis non torquetur. Vnde iu-
dex, qui non præcedentibus indi-
ciis reum torquet, puniri debet, li-
cet per talem torturam reus reper-
tus ſit commiſiſſe crimen obiectū:
Et ratio eſt, quia iudex delinquit in
officium, & contra naturam officii,
& quando aliquis † committit illi- 18
citum ab illiciti pœna non excuſa-
tur, quamuis tale illicitum perue-
nerit ad optimum finem, vide Bald.
in leg. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic.
præſid. Et ſimile legitur exemplum
Torquati, quoniam bello aduerſus
Latinos cum eſſet conſul, filium ſuū
ſecuri percuti iuſſit, qui ſpeculatum
ab eo miſſus, ne pugnaret interdi-
ctus, hoſtem, à quo prouocatus fue-
rit, occidit, & ipſi naturæ prætulit
ius interdicti maieſtatis atque im-
perii. Vide Ciceronem *de finibus in*
verſu accurate. Item quando indicia † 19
non

Digitized by Google

non præcedunt, & inquiſitio formatur, licet reus confeſſus fuerit, & poſtea ratificauerit, non poterit tamen damnari, quia ab initio fuit illi-
20 citum. Et confeſſio † non confirmatur per indicia ſuperuenientia poſt quæſtionem habitam. gloſſ. eſt *in l. maritus. ff. eod. tit.* de qua gaudet Bald. *in leg. final. Cod. de accuſat.* ſecus autem, ſi reus ſpõte aut ſine tortura confeſſus fuerit, quia tunc ſine indiciis damnabitur & infra de ſpontanea confeſſione dicetur. Sed ſecũdum aliquos in prodimentis & tractatibus, qui fiunt ſecreto, propter probationis difficultatem deuenitur ad torturam ſine indiciis, vide Brun. *in tractat. 5.* Concluſiue dic,
21 quod in ſupradictis † caſibus & generaliter in delictis, quæ occulto committuntur, & de ſui natura ſecreto perpetrãtur, vt puta adulterium, ſimonia, Sodomia, veneno aliquem necare, monetam falſificare & maleficiis de nocte commiſſis iudex debet eſſe promptior ad torturam, præcedentibus tamen aliqualibus indiciis, ſed ſine indiciis nunquam: & ratio eſt, quia in dictis caſibus non inuenientur teſtes. *leg. ſi cum exceptio. ff. quod met. cauſ.* At apud Plutarch. *in vita Marcelli.* legitur Capitolinum condemnatum fuiſſe ob Sodomiam, licet nullus teſtis adfuiſſet, ſed ſolum animaduerſione pudoris, lachrymarum iuvenis ad iudices acciti. Sunt & alii ca-
ſus, † in quibus torquetur ſine in- 22
diciis, vt puta ſi de furto conſtat, poſſunt cuſtodes torqueri. Item ſi hoſpitanti in aliquo hoſpitio aliquid ſublatum erit, & ignoratur à quo, familia hoſpitis poterit torqueri, niſi hoſpes fuerit bonæ famæ vide Bartolum *in leg. 1. ff. de offic. præfect. vigil.* Sed conſiderando prædictos caſus omnino non carent indiciis, licet non ſint plena, & talibus caſibus proceditur, per qualia indicia vt ſupra dictum eſt. Eſt & alius caſus ſecundum ſcriptores, in quo torquetur reus, & ſine indiciis, quorum verba ſunt vi-
delicet, quando accuſatus † vel 23
inquiſitus, quia non comparuit, fuit poſitus in banno propter contumaciam: nam ſi poſtea comparet, quando vult purgare contumaciam, & reſpondere, quod forte ei hoc à ſtatuto permittitur, poterit tunc quæſtio haberi ſine aliis indiciis, vide Brun. *in gloſſ. quinto principaliter.* & Hipolyt. *in §. diligenter. numero 136.* Sed animaduerte hanc opinionem eſſe falſam, & ſolum habere locum in reo capto, ſecus in ſe ſponte præſentante. Primo, quia indicium abſentiæ tollitur per præſentationem rei. *argumen. leg. diuus. ff. de in integr. reſtit.* Secundo, quod lege permittente fit, iure fieri videtur: iudex enim

Digitized by Google

nõ debet plus oneris imponere, quã lex;& mens iudicis debet eſſe conformis legi, vt per Baldum *in leg. 1. Cod. ſi pendent. appellat.* & Deuteronõ. *cap. 12.* Tertio, quia abſentia poteſt contingere ex diuerſis accidentibus,& de abſente (lege concedente) non eſt male præſumendum, quia de iis, quæ conceduntur, iudex non debet male præſumere *leg. ſi tutor. Cod. de priuileg. ∙ut.* Deniq; nõ debet quis per ſolã cõtumaciã torqueri, cũ nec poſſit exulare. *leg. raptor. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* vbi plus dicitur, quod licet reus abſit, non damnatur tamẽ, ſi delictum contra eum non fuerit probatum. Et intellige hoc in reo ſe præſentante in termino legis, ſecus quando reus fuerit captus, quia tũc poterit torqueri. Vlterius licet reus conſentiat † ſe torqueri, iudex tamen non debet eum torquere ſine 24
iudiciis, vide infra *in tit. quæ perſona torqueri poſſ. & quæ non.* In caſibus tamen, † in quibus rei torqueri non poſſunt, terreri tamen poſſunt; vide 25
Bald. *in l. 2. C. de cuſtod. reor.* Sed aliqui iudices, † quando deſunt indicia, procedunt per ſortilegia & ſimilia, 26
licet per hæc nec etiam inquiri poſſit. Legitur tamen Claudium Cæſarẽ mòri iuſſiſſe, quia Meſſalina ſomniaſſet ei intntuliſſe vim, vide Suet. *lib. 5. c. de pœn. per eum innocentibus ob leues ſuſpiciones illatis.* Quod indicium tamquam prophanum non eſt dignum foro principum.

CAPVT VI.

De non torquendo reo per indicia, niſi plene probata, & quomodo probentur: & quid de eo, licet ſint indicia probata, ſi aliter veritas haberi poteſt.

SVMMARIA.

1 *Indicia in genere ſuo probata eſſe debent, aliter per ea ad torturam non proceditur.*

2 *Indicia debent eſſe clara, perfecta, & plene probata in genere ſuo.*

3 *Signa leuia in hæreſi ad torturam ſufficiunt, ea tamen debent plene probari.*

4 *Indicia debent eſſe plene probata per teſtes reddentes rationem dicti ſui, etiam non interrogatos, qui teſtes etiam de circumſtantiis ſunt percunctandi.*

5 Inter-

5 *Interrogatoria in criminalibus ſunt à iudice ex ſe teſtibus deponentibus facienda nec debent omitti cum ſint de iure diuino.*

6 *Iudex examinans teſtes ad offenſam, eos debet interrogare de toto negotio, vnde poßit explorare reorum innocentiam: nam teſtes debent deponere de vtraq; parte.*

7 *Indicium remotum à maleficio per duos teſtes probari debet, proximum vero, & immediatum per vnum, quod ſi per duos probetur, non indicium, ſed plenam facere probationem.*

8 *Indicium proprie non eſt, quod facit vnus teſtis de viſu, ſed ſemiplena probatio.*

9 *Teſtes inducti ad probandum indicia, an debeant eſſe omni exceptione maiores.*

10 *Indiciorum gradus vt cognoſcantur, non eſt recedendum à locis Oratorum.*

11 *Teſtes plures ſingulares ſuper diuerſis indiciis deponentes, an coniungantur ad faciendam probationem, vt oriatur indicium ad torturam?*

12 *Indicia imperfecta vbi tendunt ad diverſa tota, non coniunguntur ad probationē faciendam, ſecus ſi tendant ad vnum totum.*

13 *Tormenta haberi non debent, ſi alia leuiori vel veriori via veritas haberi poteſt, licet indicia præcedant.*

14 *Tortura grauior eſt pœna, quam vtriusq; manus abſciſio.*

15 *Iudex antequam torqueat reum, tenetur declarare veritatem aliter haberi non poſſe.*

16 *In criminalibus ab interlocutoria appellari non poteſt, niſi quotiens ad torturam proceditur: nam ad eam ſtante appellatione non procedetur.*

1 INdicia debent eſſe probata † in genere ſuo, aliter per ea non proceditur ad torturam, ſicuti in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores ad condem-
2 nandum: ita & indicia † in genere ſuo debent eſſe clara, perfecta & plene probata per regulam, quod eadem eſt ratio de toto, quoad totum, quæ eſt de parte, quoad partem, & contra. *leg. quæ de tota ff. de rei vindic.* Quare licet in † aliquibus leuia 3
ſigna ſufficiant, vt in hæreſi, oportet tamen illa plene probari. Vide Innocent. *in cap. ſicut de Simon.* Item debent † eſſe probata per teſtes red- 4
dentes rationem dicti ſui, etiam non interrogatos, licet multi contradicant. Item per teſtes bene interrogatos à iudice de circumſtantiis, per quas veritas haberi poſſit, quia iudex ex ſeipſo interrogato-

ria formare debet, vide Baldum *in*
5 *conſil. 276.* Et ego conſueui dicere
interrogatoria eſſe de iure diuino,
& à iudice non omittenda vt in exē-
plo Danielis in teſtibus contra Su-
6 ſannam. Occurrit hic maximum †
vitium iudicum qui in examinando
ad offenſam non interrogant teſtes
totum negotium, vnde poſſent ex-
plorare innocentiam reorum, cum
teſtes debeant interrogari & depo-
nere pro vtraq; parte, vt ſupra dictū
7 eſt. Sciendum eſt etiam quod duo †
requiruntur teſtes pro quolibet in
indicio remoto à maleficio, ſiue me-
diato ipſi maleficio; Secus in iis quæ
ex maleficio oriuntur, in quibus ſuf-
ficit vnus teſtis: quæ ſi probarentur
per duos, non facerent indicium ſed
plenam probationem, vnde ſecun-
8 dum aliquos id † quod ſcriben-
tes indicium appellant, vt puta vnus
teſtis de viſu non eſt proprie indiciū
ſed ſemiplena probatio, quia directe
probat maleficium. Hæc opinio
placet, licet quod iuriſconſulti di-
xerunt, ſit idem re ipſa. Sed diffi-
9 cultas eſt, an teſtes † ad probandum
ſupradicta, debeant eſſe omni excē-
ptione maiores? vt ſupradictum. Ad
10 cognoſcendum autem † gradus in-
diciorum non eſt recedendum à
locis Oratorum, videlicet quæ ſunt
attributa negotio, partim ſunt
continentia cum ipſo negotio, par-
tim in geſtione negotii conſideran-
tur, partim adiuncta ſunt nego-
tio, partim geſtum negotium con-
ſequuntur. Dictum eſt ſupra indi-
cia probari per duos teſtes; ſed ſæpe
quæritur, an teſtes plures † ſingula- 11
res ſuper diuerſis indiciis deponen-
tes coniungantur ad faciendam pro-
bationem, vt indicium ad torturam
oriatur? Vnde primo conſiderandū
eſt, ſi ſpecies probationum ſunt in
iſta ſpecie imperfectæ, vt puta vnus
teſtis deponit de veritate, vnus
de fama, vnus de indicio, hæc pro-
batio non valet, quia non eſt in ſua
ſpecie perfecta. Secundo, quotiens
fiat probatio indicii per vnum teſtē
vbi requiruntur duo, ex iis non ori-
tur aliquod indicium perfectum;
quia vnumquodque per ſe eſt im-
perfectum, & diuerſæ ſpecies im-
perfectæ non probant, quia ex pluri-
bus non augetur effectus, cum non
veniant ad interrogationem vnius
ſpeciei. Sed alii ſenſerunt contra, vi-
de Hippolyt. *in* §. *diligenter. numero.*
149. Sed concluſiue, quando indicia
† imperfecta tendunt ad diuerſa 12
tota, non coniunguntur, vt ſupra.
Sed quotiens tendunt ad vnum to-
tum, tunc coniunguntur, vt puta
vnus teſtis deponit Titium percuſ-
ſiſſe Gaium, hic eſt vnus teſtis ſuper
indicio, alius dicit vidiſſe eundem
Titium ſanguine aſperſum, & eun-
dem enſe euaginato Alius inquit vi-
diſſe exeuntem recto tramite & gra-
dien-

dicentem nemora verſus. Per hæc enim & ſimilia, indicium oritur ſufficiens ad torturam, vide Brun. *in gloſſ. circa ſecundum.* Sed ſecundum aliquos ex ſupradicto exemplo Bruni oritur plena probatio ad condemnandum, quia vnus teſtis de viſu eſt ſemiplena probatio, & reliqua coniuncta faciunt aliam ſemiplenam. Quare exempla dari debent indiciorum per ſe imperfectorum, vt coniuncta faciant vnum indicium perfectum ad torturam: idem ſecũdum Oratores tum ex ſingulis, tum ex coniunctis argumenta certa naſcuntur, vide Ciceronem *lib. 2. de inuent. tit. 2. de cau. coniect. in fine.* Sed aliqui dixerũt tũc cõiungi quãdo teſtes ſingulares ſunt perſonæ condignæ, & quotiens dicta indicia, ſi eſſent probata per duos teſtes, ſufficerent ad torquendum, aliter non coniungi, licet dicta indicia tendant ad vnum totum, quia ſunt imperfecta numero & qualitate teſtium. Tãdem non eſt deueniendum † ad tormenta, ſi alia leuiori vel veriori via poteſt haberi veritas, licet præcedant indicia: iudicem enim omnia experiri oportet, antequam ad tormenta ipſe perueniat: namque tortura † grauior eſt pœna, quam vtriuſque manus abſciſſio. Præterea ſecundum multos, antequam iudex reum torqueat, † tenetur declarare, veritatem aliter haberi non poſſe, vide Gandin. *d. quæſtion. in principio.* Et notandum eſt in † criminalibus ad interlocutoria appellari non poſſe, niſi quoties ad torturam proceditur, & ſtante appellatione non procedetur, *l. ante ſententiam. ff. de appellation. recip.* Vnde valde errant iudices, qui non ſeruata ſupradicta forma procedunt ad torturam. Et omnis confeſſio erit nulla.

13

14

15

16

CAP. XII.

De non torquendo reo, in cauſis ciuilibus, niſi in caſibus, neque in criminalibus pro parua re & quid de eo, quando ſint plenæ probationes.

SVMMARIA.

1 *Tortura vtrum in cauſis ciuilibus adhiberi poſſit.*

2 *Mercatores falliti poſſunt torqueri; vt indicent pecunias, ſcripta & alia credita.*

3 *Tortura non adhibetur in cauſis criminalibus leuis præiudicii, licet legitima præcedant indicia & an pro talibus vilis perſona torqueri poſſit.*

4 *Vi-*

4 *Viles perſonæ pro re parua torqueri non poſſunt.*

5 *Delicta leuia quæ dicantur.*

6 *Fur an pro parua re occidi poſſit.*

7 *Iudex ſi habeat plenas probationes, vel manifeſta indicia, reum damnat & non torquet.*

8 *Iudex ſi torqueat reum teſtibus conuictum & ille negando perſeueret, poſtea propter aliquas probationes damnari non poterit, licet aliqui veterum contrarium obſeruauerint.*

1 IN cauſis ciuilibus † non torquetur, niſi quando cauſa continet in ſe turpitudinem & crimen annexum habet: vel quod agatur ciuiliter ex aliquo delicto, & quod veritas aliter haberi non poſſit. Qua-
2 re † mercatores fugitiui ſeu decoctores, & (vt ita dicam) falliti poſſunt torqueri, vt indicent pecunias, ſcripta & alia credite vide Bald. *in l. cum dilectus. de appellat.*
3 In cauſis † criminalibus leuis momenti non torquetur, licet legitima præcedant indicia: limitant tamen aliqui, vilem perſonam † pro leui re poſſe torqueri, teſtatur §. *oportet. in aut. vt iud. ſine quoq; ſuffrag.* ſed hæc opinio non placet, cum pœna non debeat eſſe maior delicto,
4 & licet ius † præſumat contra viles perſonas, non propterea conſequitur pro re parua torqueri poſſe, nec doctrina, quam teſtantur, hoc
5 dicit. Quæ autem † dicantur delicta leuia, notat *in leg. leuia. ff. de accuſat.* Concluſiue delictum dicitur leue, quando de re parui momẽti agitur, & iura, quæ dicunt † furem poſ- 6
ſe occidi, non habet locum in parua re *l. ſi ex plagis. ff. ad leg. aquil.* Denique ſupra dictum eſt reum non torqueri cauſa indiciorum non legitime conſtantium? Supereſt ſcire † 7
reum non torqueri, ſed damnari, quando iudex habet plenas probationes, vel manifeſta indicia contra eum, ſed de iis indiciis dictũ eſt ſupra *in t. ne reus per aliqua indicia conuincatur, vt pœna capitali damnetur.* Et ſupradicta intellige, quando probationes ſunt luce meridiana clariores, & non ſunt ſublatæ per defenſiones rei. Sed ſi iudex torſerit reum; qui † negando perſeuerat, non po- 8
terit eum poſtea condemnare propter aliquas probationes, quamuis luce clariores; & ratio reddi poteſt quia rei conſtantia in tortura dictas probationes debilitauit, vide Alber. de Roſat. *in l. edicto. ff. eod. tit.* At apud antiquos aliter obſeruabatur: nam legitur Alexandrum Fannii ſeruum ſepties tortum pernegaſſe, ſed perinde atque confeſſum à iudicibus

cibus fuiſſe damnatum. Idem legitur de Philippo ſeruo Fuluii Flacci octies torto, quem nullum emiſiſſe verbum conſtat, vide Valer. Maxim. *lib. 8. de quæſt. c. 4.* Sed antiquorum opinio non eſt obſeruanda, & opinionem Alberici omnes in Italia obſeruant: quidam tamen iudices extraordinarie puniuerunt.

CAPVT XIII.

Quæ perſonæ torqueri poſſint, & quæ non.

SVMMARIA.

1 *Torqueri poſſunt tam mares, quam fœminæ, & omnes, qui non ſunt iure excepti.*

2 *Minor 25. annis torqueri non poteſt, niſi ei ſit datus curator.*

3 *Contra minorem doli capacem ſine curatore de obſeruantia communi proceditur.*

4 *Vtilis Reipublicæ non torquetur, niſi in criminalibus atrocibus.*

5 *Surdus & mutus à natura torqueri non poſſunt, nec etiam damnari, niſi ex dictis teſtium.*

6 *Mulier prægnans non torquetur, ſed expectatur, vt pariat, & poſt partum ſuperſedetur per 40. dies, & ſi dubitetur, an ſit prægnans, obſtetrices & medici ſunt conſulendi, quos ſufficit de credulitate deponere.*

7 *Medici quando in criminalibus examinati debeant deponere de veritate, & quando de credulitate.*

8 *Valetudinarii torqueri non poſſunt ſi morbus talis ſit, vt torturam pati nequeant ſine periculo vitæ vel corporis.*

9 *Minor 14. annis non torquetur, ſed ferulâ cæditur, vt veritas ſciatur, non vt damnetur.*

10 *Minor ætas in quibus caſibus non excuſet, quin reus torqueatur?*

11 *Senes & decrepiti non torquentur, nec aliâs corpori imbecilles, &* n. *12.*

12 *Ætas ſenilis decrepita quæ dicatur?*

13 *Decuriones & eorum liberi, milites, Doctores & Aduocati propter dignitatem torqueri non poſſunt: hodie tamen hoc non obſeruatur.*

14 *Rei ſponte ſe tormentis ſupponentes, ſine indiciis torqueri non debent. Idem ſi accuſator & reus petant ſe torturæ ſubiici.*

15 *Teſtis vacillans torquetur, alias ſecus: & quando dicatur vacillare.*

16 *Teſtis vacillans, ſeu aliter de falſo conuictus in cauſa ciuili æque punitur, ac in cauſa criminali.*

17 *Viles perſonæ & exercentes viles artes non admittuntur in teſtes, niſi cum tortura.*

18 *Teſtes celeriter reſpondentes, antequam totus articulus eis legatur, præſumuntur falſi, & an ex hoc torqueri poßint.*

19 *Teſtis qui dicit vnum in iudicio, & aliud extra iudicium incidit in falſum, vt ſaltem torqueri poßit.*

20 *Teſtis ſi vnum in iudicio dicat, & aliud extra iudicium, cui dicto ſtandum ſit.*

21 *Mercatores fugitiui & decoctores torquentur, vt indicent ſcripta & pecunias ſibi datas ad negotiandum.*

22 *Accuſator & accuſatus in crimine falſi torqueri poſſunt, modo ſint indicia.*

1 Torqueri poſſunt † tam mares, quam fœminæ, & demum omnes, niſi ſint à iure excepti, *leg. edicto. ff. de quæſt.* Infraſcriptas autem perſonas per leges exceptas accepi, & hoc ordine intelligemus, quæ perſonæ torqueri poſſint. Minor natu
2 25. annis † licet ſint indicia legitima ad torturam contra eũ, non poterit torqueri, niſi ei fuerit datus curator. Hoc amplius, non cogetur reſpondere inquiſitioni ſine curatore, & ſi reſponderit, proceſſus erit nullus. Vlterius confeſſio facta per eum ſine curatore erit nulla, vide Hippolyt. *in §. nunc videndum. nume. 31.* Gaudin. *ſub rubric. de aliis quæſtion. vari.* & ita dicunt obſeruari: hodie vero per illuſtriſſ. Venetos, multaq; Italiæ loca non obſeruatur. Et quando de-
3 linquens † eſt doli capax, proceditur contra eum ſine curatore. Prædicta obſeruantia defenditur bonis iuribus, vide Bald. *in ca. 1. §. ſacramenta de pace iuram. firm. in vſib. feud* Vtilis † 4
Reipublicæ non torquetur, vide Hippol. *in l. edicto. ff. de quæſt.* Vbi multos ponit caſus: Limita tamen, quod aliquod priuilegium non habeat locum in criminibus atrocibus, ſicuti in crimine læſæ maieſtatis ſiue veneficii. Surdus & mutus † natu- 5
ra, licet ſint indicia contra eos, non poſſunt torqueri, nec etiam damnari, niſi ex dictis teſtium, vide Brun. *in gl. quarto principaliter.* Mulier prægnans † non torquetur, ſed ex- 6
pectatur, vt pariat, & poſt partum non poteſt torqueri infra 40. dies. Et ſi ante torquetur, confeſſio non valet, vide Hipp. *in §. nunc videndum. n. 48.* Et iudex quoties dubitatur.

tur, an ſit prægnans, debet conſulere obſtetrices & medicos, quos ſufficiat deponere de credulitate, licet ſecũdum aliquos debeant deponere de
7 veritate. Sed dic, quod in morbis † qui vere cognoſci poſſunt, vt puta in febre, quæ ex pulſu & vrina cognoſci poteſt, tunc periti tenentur deponere de veritate, aliter de credulitate, vide Pari. de puteo *in tract. de ſyndicat. cap. officialis.* Valetudi-
8 narii † ſiue qui morbo aliquo laborant, torqueri non poſſunt, ſi talis eſt morbus, vt torturam pati nequeant, ſine periculo vitæ ſeu corporis. vide Bald. *in conſ.* 275. in quo conſulit per medicos videri torquendum, cum iura exigãt tale moderamen, vt tortus ſanus ſeu ſaluus innocentiæ ſiue ſupplicio conſerue-
9 tur. Minor † natu 14. annis non torquetur, ferula autem poteſt terreri, vt veritas ſciatur, non autem vt damnetur. Sed in quibuſdam ca-
10 ſibus minor ætas † non excuſat, quin torqueatur, vt in crimine læſæ maieſtatis, & in proditoribus & ſimilibus. *l. fin. C. ad SC. Syll. & l. deſertorem.*
11 *ff. de re milit.* Senes † ſeu decrepiti non torquentur. *l. 2. §. ignoſcitur.*
12 *ff. ad SC. Syllan.* Quæ autem † dicatur ſenilis ætas, & decrepita, ſcriptores ſe remittunt ad ſupradictam legem, ex qua tamen nihil elicitur de prædicta ætate: imo aliqui interpretando eam, tenent contrarium. Sed dic, quod ſicut impuberes propter minorem ætatem torqueri non poſſunt, æque & ſenes propter imbecillitatem torqueri non debent. Simile ſupra dictum eſt de muliere prægnante & ſimilibus. Et hæc concluſio ſatis probatur *in leg. 1. Cod. qui ætat. liber. lib. 10.* Et concluſiue ſenes dicuntur, qui ſunt annor. 70. qui à tutela excuſantur. *leg. 2. Cod. de excuſat. tutor.* Speculat. *in tit. de teſtib. §. nunc tractandum.* Sed iudicio meo in hac materia tormentorum ſpectanda eſt qualitas perſonæ torquendæ: multi enim ante ſupradictum tempus propter corporis imbecillitatem ſeneſcunt: quare concurrente ſupradicta aut ſimili cauſa etiam infra dictum tempus nõ torquebitur reus, nam multi propter imbecillitatem & infirmitatem in tormentis perierunt. Decuriones
† & eorum liberi, milites, Doctores, 13
& Aduocati propter dignitatẽ torqueri non poſſunt, vide Hippolyt. *in §. expedita.* hodie vero per illuſtriſſ. Venetos & per totam Italiam prædicta priuilegia non obſeruantur, & conſueuit aliter iudicari. De tali cõſuetudine vide Odofred. *in tract. de*
quæſtion. Rei † licet ſponte ſe tormẽ- 14
tis ſupponant, nõ tamẽ debent ſine indiciis torqueri. Et quia ſæpe accuſatores, quando probare nequeunt, inſtant ſe & accuſatos torqueri, licet ambæ partes cõſẽtiãt: & rationes nõ

deſunt, Primo, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, & per conſequens non poteſt quis committere ſe percutiendum ſiue torquendum; Secundo, quia ea quæ ſunt meri imperii, nõ poſſunt facto priuatorum dirimi & concedi. *l. priuatorum. C. de iuriſdict. omn. iudic.*
15 Teſtis non torquetur, † niſi vacillet: & dicitur vacillare, quando modo ait, modo negat, ſeu quando conuincitur per alios teſtes contrarium deponentes. *leg. is cui. ff. de quæſtio.* nihilque refert, an cauſa ſit ciuilis vel
16 criminalis, quia teſtis † vacillans ſiue aliter de falſo conuictus in cauſa ciuili æque punitur, ac in cauſa cri-
17 minali. Viles perſonæ † & exercentes viles artes non admittuntur in teſtes niſi cum tortura. Vide Azon. *in authen. de teſtib. §. ſi vero ignoti.* Sed hæc opinio non eſt vera *l. diuus ff. de quæſtion.* poſſunt tamen torqueri, quando vacillant, ſeu quando in mẽdacio conuincuntur, ſeu quando tentant corrumpere veritatem, vel quando ſponte eunt ad teſtandum. Sed hoc poſtremum, obſeruarem in qualibet perſona per regulam diuinam: *teſtis ſpontaneus concinnat linguã ſuam mendacio.* Præterea teſtes, qui
18 repentine † & celeriter reſpõdẽt, anteq̃ totus articulus eis legatur, præſumuntur falſi & alii teſtes eis præferuntur, caſus eſt ſingularis *2. q. 5.* Sed an poſſint torqueri ambigitur, & ſẽtio ex hoc ſolo, non poſſe torqueri. Et ſecundum ſententiam diuinam: *qui prius reſpondet, quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum. Proverb. ca. 17.* Item, teſtis † qui dicit 19
vnum in iudicio, & aliud extra, incidit in falſum, & ſaltem poteſt torqueri per doctrinam Bart. *in l. eos. ff. ad leg. Iul. de falſ.* Sed dic contra: nã ſtandum eſt ſecundo dicto † in iudi- 20
cio facto cum iuramento. Bald. *in le. fin. C. de teſtib.* ſecus quando cum primò concurrit aliqua præſumptio. quia tunc ſtatur primo dicto Roma. *in conſ.* 405. Sed & hæc opinio non placet: abſurdum enim eſt primum dictum ſine iuramento præualere ſecũdo dicto cũ iuramẽto. Et ſentio hoc caſu neutrum dictum valere. Primum dictum non valet, quia non iuratum: Secundum dictum non valet propter præſumptionem cõtrariam, & propter variationem teſtis. 21
Mercatores † fugitiui & decoctores, id eſt, falliti torquentur, vt indicent pecunias ſibi datas ad negotiandum. Item, vt indicent ſcripta & alia ſimilia, vide Alex. *in conſ. 77.* Parid. de Put. *in verſ. in cauſa. n. 2.* Accuſator & ac- 22
cuſatus † in crimine falſi poſſunt torqueri, modo ſint indicia ad torquendum, vide Bald. *in l. pen. C. ad leg. Cornel. de falſ.* vbi dicit hoc eſſe notandum.

CAP.

CAP. XIV.

De non torquendis clericis,&de eorum priuilegiis.

SVMMARIA.

1 *Clerici multa habent priuilegia in materia torturæ.*
2 *Clerici infames, vel deprehenſi in delicto torquentur, alias ſecus.*
3 *Mutilati membris vel aliqua parte corporis vitiati in criminali cauſa, an contra clericos admittantur.*
4 *Teſtis non idoneus dicitur, qui laborat morbo animi, non corporis.*
5 *Tortura in clericos an debeat eſſe ita ſeuera, ſicut contra laicos.*
6 *Teſtis clericus vacillans propter dignitatem non torquetur.*
7 *Clerici in omni delicto ſunt fauorabiliores laicis, & indicia, per quæ conuincuntur laici, contra clericos nihil operantur.*
8 *Per quæ male præſumitur de laicis, bene præſumitur de clericis.*
9 *Laicus deprehenſus domi pulchræ mulieris, eſt manifeſtus adulter, maxime ſi probetur aliquod ſignum venereum ſecus in ſacerdote.*
10 *Sacerdos amplexans mulierem, præſumitur facere cauſa benedicendi.*
11 *Religioſis magis creditur, quam laicis in omni probatione facienda, & in quocunque alio.*
12 *Teſtes inhabiles inhabilitate iuris poſitiui, vt periuri & criminoſi poſſunt à Papa ad teſtificandum habilitari.*
13 *Papa vel imperator non poteſt concedere priuilegia, vel concedere legem contra diſpoſitionem iuris naturalis.*

1 CLerici † infinita habent priuilegia in hac materia torturæ, & hæc pauca ex pluribus collegi. 2 Primo non † poſſunt torqueri, etiã exiſtentibus quibuſcunque vrgentibus indiciis contra ipſos, niſi ipſi ſint alias infames ſecundum Alexandr. *in leg. final. de quæſtion.* Sed deprehenſi in delicto poſſunt torqueri, vide Panormitan. *in cap. cum non ab homine. de indic.* Secundo in cauſis criminalibus mutilati † membris, vel aliqua parte corporis vitiati, non ſunt idonei teſtes, nec poſſunt teſtificari contra ipſos, vide Hipp. *in §. nunc videndum v. 52.* Sed animad- 3

uertendum eſt, hoc nullibi legi. Et
4 teſtis † non idoneus dicitur, quod
laborat morbo animi, non autem
corporis. Tertio, clerici non ſunt
5 torquendi, & † ſi torquentur, tortu-
ra non debet eſſe ita ſeuera contra
eos, ſicut in laicos, vt per Alberic. *in*
cap. in contemplatione. extra de reg. iur.
Sed ſupradicta opinio nulla bona le-
ge probatur, & non eſt auribus ho-
6 minum digna. Quarto, clericus † te-
ſtis inductus ſi vacillat in dicto ſuo,
non torquebitur propter dignita-
tem, licet laicus torqueatur. *l. preſby-*
teri. Co. de epiſcop. & cleric. Quinto in
7 omni delicto clerici † fauorabilio-
res, quam laici, & indicia, per quæ
conuincuntur laici, nihil operantur
8 contra clericos. Hoc amplius † per
quæ male præſumitur de laicis
benè præſumitur de clericis, &
9 exempla non deſunt. Nam ſi laicus †
deprehenditur domi pulchræ mu-
lieris, eſt manifeſtus adulter, licet,
ſecundum recentiores debeat pro-
bari aliquod ſignum venereum: hoc
10 tamen fallit † in Sacerdote, ſiue pres-
bytero, qui ſi mulierem amplexetur,
præſumitur facere cauſa benedicē-
di. Sed ab hac benedictione liberet
nos Deus. vide Brun. *in gloſſ. circa*
quartam. In omni probatione † fa- 11
cienda & quocunque alio negotio
magis creditur religioſis, quam lai-
cis, text. eſt *in ca. in noſtra.* & ibi Abb.
de procur. Bald. *in d. ca. in fin.* & ſecun-
dum communem opinionem Dd.
Papa non ſolum poteſt concedere
ſupradicta priuilegia, ſed etiam po- 12
teſt, inhabilitare † inhabiles vt puta
periuros & criminoſos ad teſtifican-
dum: ita per omnes not. *in cap. teſti-*
monium de teſtib. Qua de re præſcri-
pſerunt ſibi priuilegia ampliora,
quam laici in cœlo & in terra. Ad-
uerte tamen, & ſic limita ſupradictā
concluſionem non habere locum,
quando inhabilitas prouenit ex di-
ſpoſitione iuris naturalis, quoniam 13
nec Papa † nec imperator poſſunt
concedere leges contra diſpoſitionē
iuris naturalis, *cap. per tuas. de Simon.*
facit & ſingulare dictum Innocent.
in cap. ſciſcitatus de reſcript. quod dictū
refert Angel. *in leg. cum prætor. digeſt.*
de iudic. dictum eſt ſupra *in tit. ne reus*
per aliqua indicia conuincatur, vt pœna
capitali damnetur. Vbi indiſtincte te-
nui contrarium, videlicet quod in-
habiles non poſſint habilitari per
Papā ſiue Imperatorem ad teſtificā-
dum.

CAP.

CAP. XV.

Quomodo & quo moderamine ad tormenta procedatur: item, quo tempore & à quibus tortura incipiat; & per quot dies ac quanta tortura reus afficiatur.

SVMMARIA.

1 *Reus à iudice torqueri non debet, niſi ad inſtantiam accuſatoris, ſed de conſuetudine contrarium obſeruatur.*

2 *Iudex à nouis tormentis abſtinere debet.*

3 *Iudex quando reum torquere vult, debet tria conſiderare, qualitatem criminis, tormentorum & perſonæ rei.*

4 *Index debet oſtendere torquendum medicis, vt moderate eum torqueat.*

5 *Tormenta ſunt moderate adhibenda.*

6 *Index immoderate torquens an excuſetur, ſi tortus ad inſtantiam ipſius iudicis confeſſus fuerit, ſe fuiſſe legitime tortum.*

7 *Tortura debet conſtare in proceſſu, aliter ex brachiis rei cognoſcetur.*

8 *Carcer eſt ſpecies torturæ.*

9 *Tortura omni tempore inferri poteſt, dummodo delictum ſit atrox.*

10 *Tormentorum ordo quis ſit?*

11 *Tortura an incipienda ſit à debiliori, an vero ab eo, qui veriſimiliter ſcit veritatem.*

12 *Pater & filius ſi ſint correi, à filio incipienda eſt quæſtio.*

13 *Nomen turpe habens primo eſt torquendus.*

14 *Tortura an & quando poßit repeti?*

15 *Tormentorum modus erit iuxta indiciorum qualitatem.*

16 *Reus pro quolibet ſufficienti indicio, an ter quaſſari poßit?*

17 *Torturæ repetitio non debet excedere tres vices, ne in infinitum procedatur.*

18 *Tortura reduci debet ad tres dies ſeparatos, & pro qualibet vice reus debet habere tres eleuationes & depoſitiones.*

19 *Tortus vltra tres vices dicitur tortus immoderate, & videbitur fateri vi & cruciatu tormentorum.*

20 *Repetere reum in tortura, ſi iudex intendat, debet in actis interloqui, quod ſuperſedet à tortura incepta, ſed non perfecte data.*

21 *Indi-*

Digitized by Google

21 *Indicia noua quæ dicantur?*

22 *Tortus relaxatur, ſi accuſator, dato ſibi termino ad probandum, & deducendum quicquid intendit, nil probauerit.*

23 *Reus ter ſolum debet in tortura repeti ſed antiquitus, ex cauſa octies repetebatur.*

24 *Confeſſio in tormentis facta ſine legitimis indiciis, ſicut non valet, ita confeſſio facta ob tormenta repetita, quæ repeti non debuerunt, non valet.*

1 ANtequam reus † torqueatur, debet iudex per accuſatorem requiri, ad cuius inſtantiam habenda eſt quæſtio, aliter non poteſt reum torquere, vide Bald. *in capit. 3. iudices. de pace iurament. firm. in vſib. feud.* Et omnes ſcribentes in hac materia conſentiunt: attamen hoc tempore per totam Italiam iudex non expectata requiſitione accuſatoris reum torquet. Et ratio reddi poteſt quia iudex ex officio poteſt proſequi & facere ea, quæ accuſator facere poſſet. Bartolus *in leg. 1. ff. de public. iudic.*
2 In primis abſtineat † iudex à nouis tormentis: nam plerique reos angunt ſiti, fame: quidam immittunt aquam per nares: quidam ponunt taxillum in pede. De iis & aliis vide Brun. *de quæſtion. in princip.*
3 Item iudex † debet tria conſiderare; Primo, qualitatem cauſæ ſeu criminis; Secundo, qualitatem tormentorum; nam ſi ſufficiunt tormenta leuia, non ſunt inferenda grauia. Tertio, qualitatem perſonæ: aliter enim torquentur robuſti: aliter imbecilles. Et ſecundum aliquos debet oſtendere † torquen-
4
dum medicis, quia debet vti tali moderamine, vt reus tortus, ſanus ſeu ſaluus innocentiæ ſeu ſupplicio conſeruetur, vide Baldum *in conſil.* 277. Demum conſideret iudex, quod hominem torquet, pro quo (vt Apoſtolico vtar verbo) non metuit mori Chriſtus; & adhibentur † tormenta moderate, vt rationis temperamenta deſiderant: nam 5
iudex immoderate torquens, grauiter punitur. Occurrit hic cautela † Bruni dicentis, ſi iudex indebite 6
torſerit aliquem, facit reum confiteri, quod fuit legitime tortus, de qua confeſſione faciat notarium rogatum, vide eam *gloſſam. in fine.* Contra tamen teneo; primo in † pro- 7
ceſſu conſtare debet de tortura, & ſi non conſtabit, ex brachiis rei cognoſcetur. Deinde confeſſio rei in poteſtate iudicis, vbi agitur de intereſſe eiuſdem, non præiudicat, quia carcere detenti, vt liberarentur locis atris, omnia bona verba faterentur, & confeſſio eiuſmodi æquipollet confeſſioni metu tormentorum: cum carcer † ſit 8
ſpecies torturæ. Quare iudex non ex-

excuſabitur cautela prædicta, ſi immoderate torſerit reum. Quia vltra prædicta præſumptio eſt contra ipsũ iudicem, quod ſicut reum illicite & immoderate torſit, ita & illicite fecerit eundem confiteri, tex. eſt bonus, *in l. pen. ff. de quæſt.* ſecundum vnam lecturam, quam ibi tenet Bart.
9 Deinde omni tempore rei † torqueri poſſunt, etiam diebus feriatis, & in honorem Dei dummodo delictũ ſit atrox, vide Baldum *in leg. 1. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Iul. Clar. *quæſt. 64.*
10 *n. 34.* Tormentorum autem † ordo eſt eiuſmodi ſecundum multos, videlicet ſi plures ſunt rei, incipiendũ
11 eſt † à debiliori, vide Angel. *de quæſt.* Sed contra incipiendum eſt ab eo, qui magis ſcit veritatem Clarus *d. q. 64. num. 29.* & qui veriſimiliter dicet eam: deuenitur enim ad torturam pro habenda veritate, vtiq; qui magis ſcit, debet primo torqueri, licet iudices conſueuerint incipere à debiliori. Vnde euenit, quod habetur confeſſio incerta tum ob non plenam ſcientiam facti, tum ob debilitatem torti. Verum ſi rei pares erunt in delicto, tunc excipiendum á debiliori. Et ita intelliguntur iura loquẽtia de hac materia. *leg. quoties. C. de naufrag. lib. 10. leg. 1. §. idem diuus. & leg. vnius facinoris. ff. de quæſt.*
12 Item, quotiens pater † & filius ſunt correi, à filio incipiendum eſt, & torqueatur in cõſpectu patris. *l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ.* Vnde tranſit in prouerbiũ apud Oratores: *torque filium, fatebitur pater.* Et dicunt aliqui † quod quando ſunt plures tor- 13
quendi, & vnus eorum habet turpe nomen, initium poteſt ab eo fieri, vide Hippolyt. *in leg. ff. de quæſt.* Dias *in principio cap. 7.* Et licet varie loquãtur ſcribentes in ſimilibus; dic eſſe incipiendum, vt ſupra concluſum eſt. Hippolyt. *in prax. in §. expedita. num. 52.* Denique ſi reus † pri- 14
mo fuerit ſatis tortus, nũquam poteſt repeti, niſi ſuperueniant indicia de nouo, vide Aret. *in verb. fama. public. col. 12.* Iulium Clar. *quæſt. 64. nu. 46.* Sed alii dicunt, quæſtionem toties repeti, quoties iudici videbitur, vide Bart. *in l. vnus §. 1. ff. de qu.* Sed dic, quod iuxta qualitatem † in- 15
diciorum erit tormẽtorum modus: nam ſicut indicia ſuos gradus habẽt, ita & tortura plures gradus habet, vt ſupra dictum eſt. Vnde dixerunt aliqui † pro quolibet ſufficienti indi- 16
cio poſſe reum ter quaſſari, & ſic per totam Italiam obſeruari, vide Hippol. *in §. nunc videndum. num. 52.* ſed recentiores dicunt, quod quando indicia ſunt vrgentia, iudex ſemel torquebit reum, ſed ſi eſſent multũ vrgentia, tum fieret repetitio. Sed hæc repetitio † non debet excedere 17
tres vices, ne in infinitum procedatur. Hippolyt. *in l. repeti. ff. de quæſt.* & ſic quæſtio † reducetur ad terna- 18

Digitized by Google

rium numerum, videlicet ad tres di-
es ſeparatos, Hipp. *in prax.* §. *quoniã.*
n.8. & pro vice qualibet debet habe-
re reus tres (vt ita dicã) ſaccatas ſeu
eleuationes & depoſitiones, & rei
19 torti † vltra ternarium numerum di-
cuntur torti immoderate, & vide-
buntur fateri vi & cruciatu tormen-
torum, vt *in l. repetitio. ff. de quæſt.* Et
20 quoties iudex † intẽdit repetere reũ
in tortura, debet interloqui in actis,
quod ſuperſedet à tortura incepta,
ſed non perfecte data, vide Brun. *in*
quæſt. 5. in fin. vbi tractat, quando ſu-
peruenientibus nouis indiciis reus
torqueatur. Indicia autem noua dif-
21 ferunt † ſpecie vel ſubſtantia, ſicuti
dicetur in materia probationum, quod
ſuper nouis licet probare, etiã poſt
didicita teſtificata. Et noua indicia
ſunt, ſiue procedatur ex dicto torti,
ſiue aliter, not. *in leg. per hanc. Cod. de*
temporal. appellat. Item, quoties iu-
dex reum torſerit, † ſi non ſuperue- 22
nerint indicia aliqua noua, dabit
terminum accuſatori, in quo pro-
bare & deducere debeat, aliter ela-
pſo ipſo termino, & accuſatore illud
non probante, ipſum reum relaxa-
bit. De hoc ſtylo vide Ang. *in verb.*
fama publica. ca. vlt. Dictum eſt reũ
† ter ſolum in tortura repeti debere: 23
antiqui vero octies torquebant. Le-
gitur ſeruum Fannij ſepties & Phi-
lippum Fuluij Flacci octies tortum
fuiſſe, vide Valer. Max. *lib. 8. de quæſt.*
Sed dic vt ſupra. Et hoc amplius, ſic-
ut confeſſio † in tormentis facta, ſi- 24
ne legitimis indiciis non valet; ita
confeſſio facta ob tormenta repeti-
ta, quæ repeti non debuerunt, non
valet, notat. *in l. penult. ff. de quæſt.*

CAPVT XVI.

De interrogationibus faciendis in tormentis, & quid de iis reo confeſſo: item de nominato per tortum torquendo vel non.

SVMMARIA.

1 *Iudex quo pacto debeat interrogare reum in tormentis, ne videatur ſuggerere, ſiue procedatur ſuper inquiſitione, ſiue ſuper accuſatione?*

2 *Reus in tortura eſt de ſe interrogandus non de aliis.*

4 Reus

Digitized by Google

3 *Reus in tortura ſi de pacto proprio interrogetur, aliqua circumſtantiæ ſunt exprimenda.*

4 *Tortus & confeſſus de ſe, an & in quibus poſſit interrogari de ſociis ſine indiciis.*

5 *Latrones, falſatores monetæ, & mandatarii poſſunt in tortura interrogari de conſociis, idq; procedit etiam in ſex aliis caſibus.*

6 *Latrones de ſe confeſſi interrogantur de ſociis, mandatorib. & receptatoribus.*

7 *Seruus torquetur, vt indicet conſocios, maxime quando ſumus in atrocioribus vel in nece domini, nam interrogatur, quo mandante id fecerit, & qui ſint participes.*

8 *Tortus confeſſus de ſe poteſt interrogari de ſociis de omnibus delictis, quæ veriſimiliter ſine ſociis non committuntur.*

9 *Torti & confeſſi de ſe de conſuetudine totius Italiæ in omni caſu de ſociis interrogantur.*

10 *Iudex non expectata requiſitione accuſatoris hodie reum torquet.*

11 *Confeſſus crimen, de quo erant indicia, an poſſit interrogari de delictis etiam eiuſdem generis, de quibus non extant indicia contra eum.*

12 *Nominatus per tortum ex hoc ſolo non torquebitur, ſed ſolum inquiretur, fallit in caſibus in quibus reus interrogari poteſt.*

13 *Indicium quando oriatur ex dicto torti ſine aliis indiciis.*

14 *Homo malæ famæ, an aliis non concurrentibus poſſit torqueri ex ſolo dicto torti?*

15 *Nominati per tortum quando ſine aliis indiciis torqueri poſſint, & quando non?*

16 *Tortus an iurare debeat facta nominatione in tortura.*

17 *Nominatio debet eſſe in tortura, aut depoſitio ſtatim reo de tortura, aliter ea non valet.*

1 CONſiderare † debet index, quo pacto, interroget reum in tormentis, cum agatur de vita hominis, & ne videatur ſuggerere. Inprimis à reo peti debet ſecundum multos, quis maleficium fecerit, non autem ſi maleficium fecerit, vide Gandin. *de tormentis.* Sed in hac materia varie ſcriptum eſt, vnde diſtinguendũ eſſe exiſtimo: aut iudex proceſſit ad torturam ſuper generali inquiſitione, videlicet ſuper generali inquiſitione quoad perſonam quando proprie delinquens neſcitur, & tunc iudex debet interrogare reum, quis maleficium fecit non nominan-

minando aliquam perſonam, quia foret ſuggeſtio, & ita intelligitur *leg.1.ff.de quæſtionib.* Aut iudex procedit per ſpecialem inquiſitionem, vel accuſationem contra certã perſonam, & tunc ſi torquetur quis vti teſtis interrogetur, ſi inquiſitus aut alius maleficium commiſerit, quomodo & quãdo, & qua in parte corporis, quo loco, & quo die. Sed iudex interrogando eum, non exprimat aliquam circumſtantiã aut qualitatem, nec dicat quicquam de cõmiſſo delicto, nec in qua parte corporis percuſſit, nec quicquam de facto ſeu dicto, pro quo torquetur reus, alioquin nõ dicetur iudex interrogare, ſed ſuggerere. Sin autem
2 torquebitur † vti principalis, debet interrogare de ſe, & non de aliis, & ſimiliter debet interrogari de genere, poſtea ad ſpeciem deſcendendo, videlicet ad nomen tantum offenſi, non vlterius quicquam interrogando, nec ad alias facti circumſtantias procedendo: nam ſi iudex interrogaret, ſi percuſſit talẽ in tali loco, & tali via, & tali parte corporis, foret ſuggeſtio. Multi quoque dixerunt propter periculũ ſuggerẽdi iudices rectius procedere, ſi interrogabũt, ſi aliquod maleficium commiſit, nõ aliquem nominando vel vlterius interrogando, vide Aretin. *in verb. fama publica.* Cyn. *in leg. fin. Cod. de accuſat.* Idem *in libr. Moyſis cap. 4. Geneſeos*, ibi, ***vbi eſt Abel frater tuus?*** *& cap. 7 Ioſua*, ibi, *atque indica, quod feceris.* Sed de conſuetudine, quando rei † interrogantur de facto ſuo 3
proprio, poſſunt interrogari de homine mortuo, dummodo non exprimantur aliquæ circumſtantiæ, videlicet non exprimendo aliquod dictum ſeu factum, pro quo reus torquetur. Porro quæritur, an tortus † 4
confeſſus de ſe poſſit interrogari de ſocijs ſine indicijs? Dic non interrogari. Brunus *quæſtio. 3.* niſi latrones, monetæ falſatores † & mandatarij, 5
qui etiam torquentur, vt manifeſtent ſocios ſeu mandantes, & ſic in reliquis caſibus, qui ſunt ſex ſecundum Gandinum *in tit. de quæſtionib.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 474. num.27.* Videlicet primo † latrones 6
de ſe confeſſi, interrogantur de ſocijs, mandatoribus & receptatoribus. Brunus *dict. loco nu.22.* Secundo, falſatores monetæ: Tertio, ſeruus torquetur, vt † indicet conſo- 7
cios. Quarto, propter atrocitatem maleficij interrogantur. Quinto, ſeruus de nece domini de ſe confeſſus interrogatur, quo mandante: Sexto, ſeruus, qui magnas frandes commiſit in rationibus domini, poteſt interrogari, qui ſint participes. Sed prædictis † addo regulam gene- 8
ralem, quod tortus de ſe confeſſus poteſt interrogari de ſocijs in omnibus delictis, quæ veriſimiliter non com-

committuntur ſine ſocijs : Sed de
9 conſuetudine totius Italiæ † rei in-
terrogantur de ſocijs in omni caſu,
vide Belu. *in tit. de quæſt. colum. 2.* ſed
Neoterici limitant, habere locũ prę-
dicta in inquiſitione, ſecus in accu-
ſatione, quia judex non debet one-
rare accuſatorem, ad cuius inſtantiã
torquet accuſatum. Sed hæc opinio
10 † non placet, quia hodie judex non
expectata requiſitione accuſatoris
reum torquet, vide Bartol. *in leg. 1. ff.*
de public. iudic. Iulius Clar. *quæſt. 74.*
11 *num. 26.* Poſtremo quæritur, an †
confeſſus crimen de quo erant indi-
cia, poſſit interrogari de delictis et-
iam eiuſdem generis, de quibus non
extant indicia contra reum ? Clarus
dict. loco numer. quarto. Et ſecun-
dum omnes interrogari nequit.
At ijs temporibus per totam I-
taliam aliter obſeruatur, præſertim
in furtis, vide Angel. *in tit. de tortur.*
Prædictam tamen conſuetudinem
multi limitant, videlicet ſi non præ-
ceſſit infamia generalis, vt puta quod
ſit magnus latro, tunc non poſſit in-
terrogari, vide Brun. *quæſt. 5. in fin* &
hæc opinio eſt obſeruanda. Deniq;
12 nominatus † per tortum ex hoc ſolo
non torquebitur, ſed ſolum inqui-
retur: & ratio reddi poteſt. Maſcard.
concluſ. 13. l. 1. num. 52. quia rei impu-
tando cogitant habere ſubſidium:
fallit tamen in caſibus, in quibus po-
teſt reus interrogari, quia in dictis
caſibus crimen objectum ſatis eſt ad
torquendum criminatum; Vide An-
gel. *in verb. fama publica.* Hippolyt.
in §. diligenter. num. 59. ſed nonnulli
aſſerunt, etiam in prædictis caſibus
non procedi ad torturam, niſi præ-
cedant aliqua indicia, ſaltem præ-
ſumptiua cõtra criminatum, vt pu-
ta, conuerſatio cum torto, & ſimiles
qualitates. Item, quod ex qualitate
torti ſiue ex perſona criminati veri-
ſimile ſit non mentiri & ſimilia : in
caſibus tamen, in quibus verſatur † 13
probationis difficultas, oritur indi-
cium ex dicto torti ſiue alijs indiciis,
dummodo is, cui crimen objicitur,
ſit malæ vitæ, intelligendo etiam
quod ex dicto torti oritur indicium
contra criminatum, quando eſt ma-
læ famæ etiam vltra caſus exceptos.
Sed de hoc dubitatur, licet quis ſit † 14
malæ famæ, alijs tamen non concur-
rentibus non torquetur; Et ratio
eſt, criminis obiectionem per tor-
tum de eo factam, indicium induce-
re nullum, cum interrogari non de-
buerit. Ergo quod inde ſequitur le-
ge prohibente non valet, ſed de cõ-
ſuetudine aliter obſeruatur, vide
Gandin. *in titu. de quæſt.* Ex ſupradi-
ctis autem ſcribentes videntur po-
tius confundere, quam concludere,
quia non videtur differentia inter
caſus exceptos & nõ exceptos. Qua-
re dic, quod in caſibus † exceptis, in 15
quibus interrogantur rei de ſocijs

etiam ſine indiciis, & de quibus caſibus ſupra dictum eſt. In dictis caſibus nominati per tortum poſſunt torqueri ſecundum ſcribentes etiã quod nulla extent indicia. Sed tu dic, quod torquentur, dummodo ſint qualia qualia indicia: in aliis vero caſibus non torquẽtur nominati, niſi fuerint indicia inidonea & ſufficientia. Quæritur etiam, an reus † debeat iurare facta nominatione in tortura? & multi conſentiunt vide Hipolyt. *in* §. *diligenter. nu. 62.* Sed hæc opinio nõ placet, vide Marcum Anton. Blanc. *n. 283.* Et nota, quod nominatio † debet eſſe in tortura, aliter non valet, vide Menoch. *de arbit. iud. cauſ. caſu. 474.* 16 17

CAPVT XVII.

De confeſſione ſpontanea; deque ea metu tormentorum facta.

SVMMARIA.

1 *Confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, ſi alia non concurrant.*

2 *Confeſſionum alia ſpontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis.*

3 *Confeſſio quando dicatur ſpontanea, & quomodo debeat ratificari?*

4 *Notarius non debet ſcribere reum ſponte fuiſſe confeſſum, quando adeſt aliquis terror.*

5 *Confeſſus ſponte an poſſit ſtatim ſine vlla defenſione damnari?*

6 *Confeſſus ſponte poteſt damnari ex quolibet etiam inordinato proceſſu, & ſine indiciis præcedentibus.*

7 *Confeſſus ſponete in aliquibus caſibus non damnatur.*

8 *Reus non torquetur, ſi de corpore non conſtet, nec procedi poteſt per inquiſitionem aut accuſationem, nec ſponte confeſſus hoc caſu damnatur.*

9 *Caſus in quibus reus torquetur, licet de corpore non conſtet.*

10 *Confeſſio facta coram iudice incompetente, licet non plene probet, facit tamẽ indicium ad torturam coram ſuo iudice.*

11 *Confeſſio extraiudicialis licet non ſufficiat ad condemnandum, ſed ſolum ad torquendum, tamen confitens poteſt extraordinarie puniri, tanquam de delicto ſe glorians.*

12 Con-

12 *Confeſſus per ſtoliditatem non dicitur conuictus, niſi perſeuerauerit, idem in confeſſione nuda, & ſine cauſa vel ab irato facta.*

13 *Confitens ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, ſi id non probet, an ad mortem damnari poſſit.*

14 *Offendentis qualitas demonſtrat animum fuiſſe vel non fuiſſe offendendi.*

15 *Mores boni faciunt præſumi pro reo, mali vero mores contra reum.*

16 *Reſponſio rei dicentis,* ſi feci, feci ad meam defenſionem, *in criminalibus non eſt admittenda.*

17 *Reſponſio rei dubia parit indicium contra eum, quia videtur velle iudicẽ fallere.*

18 *Confeſſio ſpontanea an ratificetur?*

19 *Confeſſio metu tormentorum diuerſis ſumitur modis.*

20 *Metus torturæ æquipollet torturæ.*

21 *Terror leuis metum non indicat, niſi cadat in virum conſtantem.*

22 *Torquendi qualitas circa tormentorum metum eſt conſideranda.*

23 *Notarius non debet ſcribere, reũ ſponte confeſſum, ſi aliquo terrore fateatur.*

24 *Confeſſio facta à carcerato fame & frigore laborante, dicitur metu tormentorum facta.*

25 *Carceratus ſi aliquid fateatur ſine alia tortura, confeſſio non dicitur ſpontanea, quia carcer eſt ſpecies tormenti.*

26 *Confeſſio vt dicatur facta metu tormentorum, an ſufficiat probare quem fuiſſe detentum.*

27 *Notarius non poteſt, nec debet ſcribere, reum ſponte confeſſum, ſed ſufficit, vt ſcribat, quo loco, quo tempore, quibus verbis confiteatur.*

28 *Confeſſio etiam ſpontanea an debeat ratificari?*

29 *Confeſſio ſponte debet ſaltem moneri ad faciendum ſuas defenſiones, rationibus, de quibus hic.*

1 CONfeſſiones reorum † pro exploratis facinoribus haberi nõ oportet, ſi alia iudicis religionem probatio inſtruat nulla. *leg. 1. §. diuus 17. ff. de quæſtion.* ſed ſciendum eſt, confeſſionem varie concipi. Eſt e-
2 nim † alia ſpontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis, de quibus ſingulariter dicetur. Spontanea confeſſio dicitur, † quando re- 3
us ſine tormentis & minis, alioquè actu fatetur contenta in inquiſitione, & tunc Notarius ſcribet eũ ſponte confeſſum, & aliter non: nam quã-
do eſt aliquis terror † non debet ſcri- 4
bere reũ ſpõte fuiſſe cõfeſſum, poſtea

ea poſt triduum ducatur reus ad bã-
chum iuris, vbi legitur confeſſio rei,
& interrogabitur, ſi dictam ſuam
confeſſionem ratificare velit, mo-
nendo eum de ſui vita agi. Contra
tamen vere omnes ſentiunt confeſ-
ſionem eam non ratam haberi, imo
reum ſine alia perſeuerantia damna-
ri, ſecus in confeſſione facta in tor-
mentis ſine metu tormentorũ. Vide
d. leg. 1. de quæſt. & l. de his. Cod. de cu-
ſtod. reor. Vlterius ſecundum alios
5 ſponte † confeſſus poteſt ſine vlla
defenſione ſtatim damnari. Iul. Clar.
quæſt. 65. tamen tutius eſt reum mo-
nere, vt ſeipſum defendat, & ſic dari
terminum. Et ratio eſt, quia reus
poteſt reuocare confeſſionem, vel
eam declarare, vide *in cap. cum dile-*
ctus. de accuſat. Et confeſſionis ſpon-
6 taneæ vis † erit eiuſmodi, vt reus
poſſit damnari ex quolibet quamuis
inordinato proceſſu. Item, licet
nulla præcedant indicia, tamen ob
ſponte confeſſionem factam poterit
reus damnari: ſecus autem ſi per tor-
turam, ſiue etiam aliquem torturæ
metum reus confeſſus fuerit; tunc e-
nim quando deſunt indicia, nullo
modo damnabitur, licet perſeuera-
7 uerit. In confeſſione † ſponte facta
in aliquibus caſibus iudex non da-
mnet. Primo quando non conſtat de
corpore, de quo inprimis conſtare
8 debet iudici, aliter reus † non tor-
quetur, imo non proceditur, nec
per inquiſitionem, nec per accuſa-
tionem quia talis ſolemnitas requi-
ritur ab initio. Boſſi. *in titul. 1. nu. 14.*
Quia omiſſa omnia, quę ſequuntur,
ſunt ipſo iure nulla ob omiſſionem
ſubſtantialis modi: nam quotiens
ſolemnitas datur pro fama, eius o-
miſſio etiamſi eſſet leuis, tamen vi-
tiat actum, vide *in cap. quoniam fre-*
quenter. vt lite non conteſt. Sunt ta-
men † caſus in quibus torquetur, li- 9
cet non conſtet de corpore, Brun.
quæſt. 62. par. 1. numer. 14. Secundo, in
confeſſione impoſſibili, ſiue nõ ve-
riſimili: Tertio, in confeſſione inci-
denter, & non principaliter facta:
Quarta, in confeſſione tempore in-
habili, videlicet quando lapſum eſt
tempus, poſt quod non inquiritur,
ſiue accuſatur, quod eſt poſt ann. 20.
niſi in partu ſuppoſito, vel quando
falſis medicaminibus partum impe-
diuit, vide ... *3. de accuſat.* Quinto,
quando contra confeſſionem aliter
iudicatum fuit. Sexto, in confeſſio-
ne facta coram iudice carente iuriſ-
dictione, & differt à iudice incom-
petenti. Namque confeſſio † coram 10
eo iudice, licet non plene probet; fa-
cit tamen indicium ad torturam co-
ram ſuo iudice. vide Bal. *in leg. Ma-*
giſtratibus. de iuriſdict. omn. iud. Iul.
Clar. *in quæſt. 21. nu. 32.* Et ratio eſt,
quia confeſſio extraiudicialis facit
indicium ad torturam: Ergo confeſ-
ſio coram iudice incompetenti, tan-
quam

quam confeſſio extraiudicialis debet facere indicium coram ſuo iudice, licet Bartol. tenuerit contrariũ, *in l. diuus. ff. de cuſtod. reor.* Notandum
11 eſt, licet confeſſio † extraiudicialis non ſufficiat ad condemnandum, ſed ſolum ad torquendum: attamen confitens poteſt puniri extraordinarie, tanquam de delicto ſe gloriatis. Hippolyt *in § poſtquam.* Septimo, confeſſione facta virtute gratiæ ſibi promiſſæ per iudicem. Octauo, in confeſſione coram Notario non habente commiſſionem à iudice, vel coram iudice ſolo non in figura iudicii, & hoc caſu non plene probat, facit tamen indicium ad torturam, vide Iaſon. *in d. leg. Magiſtratibus.* Nono, ſi quis vltro
12 ſponteque † confitetur per quandam ſtoliditatem, non conuincitur per talem confeſſionem: & ratio eſſe poteſt, confitentem non videri eſſe in plenitudine intellectus, cum ita ſponte, & ſine ullo metu ipſe confiteatur. Idem in confeſſione nuda, & ſine cauſa. Itidem in confeſſione facta ab irato, quæ calore iracundiæ non valet: ſecundo votum: tertio iuramentum præſtitum ab irato non obligat, & ita intelligitur *l. quicquid calore. ff. de regul. iur.* Hippol. *in §. poſtquam. num. 6.* Roman. *in ſingul. 514.* Occurrit hic quæſtio, quam ibi ponit Hippolyt. videlicet ſi quis
13 confitetur † occidiſſe, ſed ad ſui defenſionem non probato eo, quod ad ſui defenſionem ſpectauerit, ſi nõ erunt aliæ probationes contra eum propter talem confeſſionem ad mortem non damnabitur. Contrarium tenuit Bartolus *in leg. Aurelius. ff. de liber. leg.* vide Iaſon. *in leg. vt vim. ff. de iuſtit. & iur.* Sed ipſe in prædictis diſtinguo, videlicet ſi talis confitens non conſueuit deliquere, neque habuerit cauſam ſe vlciſcendi, tali caſu tenerem cum Hippolyt. quia ex prædictis lex bene præſumit pro reo, ſed prædictis non concurrentibus tenerem cum Bartol. Et præcipue conſiderandum eſt, ſi occiſus erat offenſus. Nam eo caſu videtur contra eum præſumptio culpæ, & ſic exiſtimabitur voluiſſe vlciſci ſe, licet fuerit occiſus, concurrente maxime qualitate perſonæ. Nam qualitas offendentis † demonſtrat animum 14
fuiſſe, aut non fuiſſe non offendendi *l. ſi mater. Co. ne de ſtat. defunct.* Quare rei curent † probare de moribus. 15
Nam ſicut ob malorum mores oritur ſiniſtra ſuſpicio, ita ob bonos bene præſumitur. *leg. deſertorem. §. is cui. ff. de re milit. leg. ſi militari. ff. de iis quib. vt indig.* Obuia fit † hæc caute- 16
la, Iaſon. *in d. leg. vim. ff. de iuſtit. & iur.* videlicet vt reus reſpondeat, *ſi feci, feci ad meam defenſionem.* Sed ego teneo, quod talis reſponſio non debeat admitti per iudices, quia reus debet certe reſpõdere ne-

Eeee gan-

gando aut confitendo, tum etiam poſſit torqueri ad reſpondendum, quando reſpondere recuſat. Et cautela Iaſonis locum habet in cauſis ciuilibus, quando reſpondetur inter ipſas partes; ſecus in criminalibus, vbi reſpondetur iudici: tunc enim propter religionem iudicis reus debet certo reſpondere, cum interrogetur, quid fecerit: vide textum *cap. 7. Ioſuæ.* ibi; *atque indicia, quod feceris.* Adde quod etiam in ciuilibus vt reſponſionibus reſpondetur clare, not. *in l. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

17 Hoc amplius teneo, † reum in dubio reſpondentem parere indicia contra ſe, quia videtur vere deliquiſſe, &
18 velle iudicem fallere. An confeſſio † ſpontanea ratificetur, vide ſequen-
19 tia. Deniq; confeſſio † metu tormẽtorũ diuerſis ſumitur modis. Primo, quando fit in tormentis, ſeu proprie tormenta reo ligato minante iudice torturam, vide Bartol. *in leg. 1. §. diuus. ff. de quæſt.* Sed alii dicunt, ſi quis ducatur ad funem, licet nõ habeat manus ligatas retro, ſi confitetur, dicetur confiteri metu tormentorũ. Idẽ etiã ſi quis apud torturã fuerit tantũmodo ſpoliatus, & non ligatus, dicetur fateri metu tormentorum, quia licet iudex nõ torqueat hominẽ, ſed eũ ſpoliat, vt torqueat, inducitur iuſtus metus, ac ſi fuiſſet tor-
20 tus, & ſecundum aliquos ſuſpicio † ſeu metus torturæ æquipollet torturæ. Iul. Clar. *in quæſt. 62. nu. 31.* Hoc amplius dixerunt aliqui confeſſionẽ factam propter vehementes minas iudicis, licet extra tormenta, intelligi tamen metu tormentorum, & poſſe renũcari, perinde ac facta fuiſſet prope tormenta. De hoc & ſupradictis vide Bartolum *in leg. nouiſſime. ff. quod falſ. tutor.* Guid. de Suſar. *ſub rubri. de quæſtionibus.* Sed cõtrariũ fere omnes tenent, quod ſola ductio † 21
ad funem ſit leuis terror, ſed ductio & ligatio indicant metũ, quia debet eſſe terror cadens in conſtantem virum. *leg. interpoſita, n. 76. Cod. de tranſact.* Circa † prædicta ego dico, con- 22
ſiderandũ eſſe perſonam torquẽdi, vt puta, ſi eſt fœmina, quia naturaliter timida, ſiue etiam vir, dummodo ſit perſona timida, & tali caſu teneo rem cum Guidone. Metus enim tormentorum conſideratur reſpectu perſonarum. *arg. auth. multo magis. C. de ſacroſ. Eccleſ.* In hac etiam materia conſiderandũ eſt, ꝙ quãdo † reus ali- 23
quãdo terrore fatetur. Notarius nõ debet ſcribere eũ ſponte confeſſum eſſe & in hoc multi iudices errant. Brun. *in quæſtion. 6. n. 16. & 24.* Ideo etiam ſi eſſet in carcere, in † quo fame 24
& frigore multum patiebatur reus, formidine tormẽtorũ videtur facta confeſſio ſecundum Barto. *in leg. 1. §. diuus. ff. de quæſtion.* Ego extendo dictum Bar. ad confeſſionem factã non ſolum metu tormentorum, ſed etiã

aliqua

aliqua alia de cauſa, vt in *d. l. 1. §. ſi quis vltro*. Et dixerunt aliqui, quod ſi
25 carceratus aliquid † confiteatur; etiã ſiue alia tortura, talis confeſſio non dicitur ſpontanea, cum carcer ſit ſpecies tormenti. Hippol. *in §. attingam. n. 20.* Hoc amplius dixerunt
26 ſufficere probare, quem † fuiſſe detentum, vt eius confeſſio dicatur facta metu tormentorum. Hippolyt. *in §. expedita. n. 9.* Sed hæc opinio non placet, quia metus tormentorum conſideratur, vt ſupra concluſum eſt. Sed quia metus torturæ poteſt contingere ex diuerſis accidentibus. Item, quia conſiſtit in animo delinquentis. Ideo iudicio meo No-
27 tarius † propter periculum falſitatis non debet aut poteſt ſcribere confeſſus, & ſufficit ſcribere, quo loco, quo tempore, quibus verbis confiteatur reus, & an fuerit ſponte vel metu confeſſus, ex circumſtantiis proceſſus iudex cognoſcet, & debet eſſe potius ſpeculatio iudicis, quam aſſertio notarii. Propterea confeſ-
ſio † quamuis ſpontanea debet ratificari per ſupradictas rationes, & alias, quas dicit Hippol. *in §. poſtquam. n. 22.* & talis opinio fuit antiquorum, quam Gandinus impugnat, dicens etiam cum quis confitetur crimen ſe commiſiſſe illico, & abſque alia perſeueratione & confeſſione damnandus eſt, vide eum *de quæſt. n. 15.* ſed aduerte, quod licet dubium ſit, nunquid confeſſio ſpontanea ratificari debeat, ſentiunt tamẽ omnes, quod
ſponte † cõfeſſus debet moneri ſuas 29
facere defenſiones: Primo, quia poteſt cognoſci de inualiditate confeſſionis vt ſupra. Secundo, quia poteſt reuocare confeſſionem, vel eam declarare: Tertio, quia cõceditur poſſe probari falſitas cõfeſſionis, vide Baldum *in leg. ſi quis. C. de epiſc. & Cleric.*

CAP. XVIII.

De confeſſione in tormentis verificanda, ſeu ratificanda, & quando reus ratificare recuſat.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio in tormentis facta, tunc demum fidem faciet, quando per certa ſigna verificabitur.*
2 *Confeſſionis in tormentis facta verificatio ex quibus haberi poßit.*
3 *Innocentia rei quandoque per cauſas cognoſcitur.*
4 *Signa maleficii à reo ſunt per iudicem petenda ad confeſſionis verificationem.*

 5 Con-

5 *Confeſſione non verificata reos damnare exemplo pernitioſum eſt.*

6 *Perſeuerare in confeſſione quando & quomodo reus dicatur?*

7 *Confeſſione facta an ſtatim reus ducendus ſit ad eam ratificandam, vel quantum tempus ſit interponendum.*

8 *Confeſſus dicitur per tres dies conquieſcere, antequam ducatur ad ratificnadum ipſam confeſſionem, aliter ſi fuerit ratificata paruo momento, dicetur ratificata metu tormentorum.*

9 *Confeſſio facta in tormentis & legitime ratificata, non præcedentibus legitimis indiciis, an valeat & ex ea an iudex poſſit reum damnare?*

10 *Inquiſitio non præcedentibus legitimis indiciis, eſt ipſo iure nulla, & quæcunq; ab ea ſequuntur, corruunt.*

11 *Confeſſio facta in tormentis licet non ſatis ſit ad damnandum, niſi ratificetur, an fallat quando præceſſit confeſſio extraiudicialis?*

12 *Confeſſus ſi non perſeueret, an repetatur in tormentis, vt perſeueret.*

13 *Confeſſus ſæpius in tormentis, & ad perſeuerandum ductus ſemper negans an & quot vicibus poſſit torqueri, vt perſeueret.*

14 *Confeſſus aliquando poteſt damnari abſque ratificatione, quando ſigna ſunt talia, vt non ſit probatio in contrarium.*

15 *Indiciis indubitatis non poteſt damnari quis, ſed tantum torqueri.*

16 *Confeſſus ſi in confeſſione perſeuerare nolit, ſed velit probare contrarium, an non ſit amplius torquendus, ſed audiendus?*

17 *De innocentia omni tempore quæri poteſt.*

18 *Confeſſio in ciuili an præiudicet in criminali, ſi per principalem facta fuerit*

19 *Confeſſio facta in vno iudicio nocet inter eaſdem perſonas in alio, niſi contra defenſionem in primo iudicio iudicatum fuerit.*

20 *Tortus Baſileæ pro delicto ibi commiſſo ob quod non eſt corporaliter puniendus, ſi in tormento confeſſus fuerit, ſe plura maleficia extra Baſilienſe territorium perpetraſſe, an à Magiſtratu Baſileæ poſſit vltimo ſupplicio condemnari?*

21 *Confeſſio de pluribus delictis licet ſæpe ratificata non nocet, niſi conſtet de illis.*

22 *Confeſſio licet legitime habita fuerit per tormenta, & fuerit ratificata, non erit tamen ſufficiens ad condemnandum, niſi fuerit declarata à reo per ſigna, per quæ verificetur. iudex reum veraeſſe confeſſum.*

23 *Confeſſio etiam ratificata non habet vim veritatis ſine aliis ſignis.*

24 Iudex

24 *Iudex maleficiorum temere & rei veritate indiſcuſſa iudicare, aut reum condemnare non debet.*

25 *Aduocati & defenſores dandi ſunt reis carcerat, ſe defendere ob inopiam nequeuntibus, ne innocens indefenſus pereat.*

26 *Renunciare defenſioni ſuæ an reus poſſit? & an iudex id admittere debeat.*

27 *Iudex quærere debet defenſiones rei, etiam poſt latam ſententiam, ſi ratio innocentiæ conſtiterit.*

1 DIctum eſt ſupra † confeſſiones reorum non haberi pro exploratis facinoribus, ſi nulla alia probatio iudicis religionẽ inſtruat. Iul.Clar. *in quæſt. 4.* etenim res eſt fragilis & periculoſa, & quæ veritatem fallit, quia aliqui tanta ſunt impatientia, vt in quouis mentiri, quã pati tormenta velint. *l. 1. ff. de quæſt.* Quare Rhetores diſputant, & vtrinque argumenta non deſunt. Proinde altera pars tormenta teſtimoniorum loco habet, at altera pars damnat, cum tormentorum mentiri ſæpe faciat dolor. vide Ariſtot. *lib. 1. de arte Rhetor.* Quintilian. *lib. 5.* Confeſſio itaque in tormentis tunc demũ fidem faciet, quando per certa ſigna verificabitur, & hoc modo tolletur certamen, an reus ſit vere confeſſus, an mentitus cruciatu tormentorũ. Et iudicis intereſt quærere, ratione humanitatis, ne innocentem occidat, & ne quærendo homicidam, homicida fiat. *Exod. c. 21.* Verifi-
2 catio † igitur dupliciter conſideratur: Primo, quod delictum ſit commiſſum, vnde conſtare debet de cadauere, aliter non proceditur ad torturam. Eſt autem alia verificatio magis neceſſaria ad cognoſcendum verum delinquentem, & quod reus non ſit confeſſus cruciatu tormentorum. Quare licet cõfiteatur reus, iudex tamen debet quærere & verificare infra ſcripto modo. In primis petatur à reo, cur fecerit, & cur occiderit. Nam per cauſas † quandoq; 3
cognoſcitur innocentia rei: etenim ſi cauſæ non ſunt veriſimiles, rei non damnantur, vide Iaſon. *in l. Magiſtratibus ff. de iuriſdict. omni iudic. l. 1. C. ad le. Cornel. de ſicar.* Secundo, iudex † petat à reo aliquod certum ſi- 4
gnum, videlicet ſi agatur de homicidio, interrogabit quid factum de armis, & de qualitate armorum: nã ex iis & ſimilibus veritas eluceſcit. Sin autem de furto agatur, interrogetur, quibus vendiderit, & ſi reus aliquos nominauerit, nominati examinentur, & ab eis exploretur, an ſit verum, vide Brun. *in tract. 6.* ibi, *principaliter quæritur.* Si in cauſa veneficii quis torquebitur, interrogetur, venenum vbi emit? à quo?

Digitized by Google

à quo? quando? quanti ? per quem
dedit? Supra dicto igitur modo & ſi-
mili, & in ſupradictis & ſimilibus de-
lictis interrogando reum, delicta
fient explorata iudicis certis ſignis,
quæ ad veritatem adducunt, & non
ſola confeſſione, vt ſupra dictum eſt.
De ſupradictis ſignis vide *li. Moyſ. c.
7. Ioſu. in fin.* Apud Rhetores legitur,
authore Cornificio, maiores voluiſ-
ſe certis in rebus interponi quæſti o-
nes, cum quæ vere dicerentur ſciri,
quæ falſo in quæſtione pronuncia-
rentur, refelli poſſent hoc modo:
Quo in loco quid poſitum ſit, & ſi
quid eſſet ſimile, quod videri aut a-
liquo ſimili ſigno percipi poſſet, vi-
de Cicerón. *libr. 2. ad Heren. tit. in cau-
ſa coniecturali.* Exemplo pernitioſum
5 † eſt non verificata confeſſione reos
damnare, vide Iul. Clar. *in quæſt. 55. n.
10.* & exempla non deſunt, vide Va-
ler. Maxim. *libr. 8. de quæſt. in princip.*
Denique confeſſionis reorum non
habentur pro exploratis malefici s,
niſi rei perſeuerarint. Perſeuerare
6 autem † dicitur. quādo reus ducitur
ad banchum iuris, prout duci omni-
no debet; vbi palam moneatur de
vita ſua agi, ideo bene conſideret,
ſi vult perſeuerare in confeſſione
ſua, & eam ratificare, legente ei
Notario vulgari ſermone dictam
ſuam confeſſionem. Qui ſi reſpon-
derit, contenta vera eſſe, tali caſu di-
cetur perſeuerare, & notandum eſt,
reum non † ſtatim habita confeſſio- 7
ne duci debere ad ratificandum eam,
quia nō dicitur perſeuerare, quando
aliquo temporis ſpacio non quie-
uerit. Vnde iudex ſuperſedere debet
per aliquod ſpatium, quod eſſe de-
bet ſecundū aliquos per diem & no-
ctem. Sed ſecundum alios † per tres 8
dies, & ita obſeruandum eſt vide Iul.
Clar. *in quæſt. 64. n. 41.* nam per ſolam
diem ac noctem reus animo confu-
ſus, doloris impatiens facile non re-
ſipiſcit, & adhuc dicitur eſſe in cru-
ciatu, niſi aliquo bono ſpatio cōqui-
eſcat, ſaltem per tres dies: aliter enim
ſi fuerit ratificata paruo momento
dicetur ratificata metu tormētorū.
Animaduertendum eſt Baldum † te- 9
nuiſſe confeſſionem præcedentibus
indiciis factam maxime valere, quā-
do ea ratificatur: ſi vero fuerit facta
nō præcedētibus legitimis indiciis,
ſi fuerit ratificata, valebit, aliter nō,
vide Bald. *in l. 1. Cod. de confeſſ.* Sed ca-
ue & contrarium tene, quod per cō-
feſſionē factā in tormentis licet legi-
time ratificatā, nō præcedēt. bus le-
gitimis indiciis iudex nō poterit dā-
nari; & ratio eſt, quia accuſatio ſiue
inquiſitio caruit ſuis præcedentibus
ſubſtantialibus à iure requiſitis, vi-
delicet vt præcedāt legitima indicia,
antequā deueniatur ad tormenta, a-
liter inquiſitio † non præcedentibus 10
legitimis indiciis eſt ipſo iure nulla,
& quæcunque ab ea ſequuntur, cor-
ruunt

runt propter omiſſionem & defectũ modi: & formæ ſubſtantialis. No-
11 tandum eſt, licet confeſſio † facta in tormentis non ſatis ſit ad damnãdum, niſi ratificetur ad banchum, vt ſupra: fallit tamen, quando præceſſit confeſſio extraiudicialis vide Iaſon. *in leg. Magiſtratibus. ff. de iuriſdict. omni iudic.* Hippol. in *d. l. 1. §. diuus num. 11. ff. de quæſt.* Sed hæc opinio nõ placet; nam ex confeſſione extraiudiciali oritur indicium ad torturam, ſicut ex aliis indiciis *leg. ictis ff. de his qui not. infam.* attamen confeſſio facta in tormentis ex aliis indiciis ratificatur, cur diuerſum in hac extraiudiciali confeſſione? Quid
12 ſi reus † confeſſus non perſeuerarit? Dic, quod repetetur in tormentis, modo præcedant legitima indicia, & hoc caſu repetetur non ad confitendum, ſed ad perſeuerandum.
13 Quid ſi ſæpenumero † in tormentis confeſſus eſt, & toties ad banchum iuris negauit, an torqueri poſſit, vt perſeueret? Dic torqueri ter poſſe ſecundum Hippol *in l. repetiti. ff. de quæſt.* Sed alii poſt eum dixerunt, ſi indicia ſint leuia, non poſſe, niſi ſemel torqueri. Sed ego ſentio, ſi confeſſio fuerit verificata ſignis, vt ſupra de verificanda confeſſione, poſſe torqueri arbitrio iudicis. Et ratio eſt, quod hoc caſu iudex factus eſt
14 certus. Et alias tenui reum poſſe † damnari abſq; ratificatione, dummodo ſigna ſint talia, & non ſit probatio in contrarium. Et ratio reddi poteſt, quod iudex certior factus nõ debet amplius certiorari. Deinde, quia vbi ſunt probationes, & ſecundum aliquos indicia indubitata cõtra reum proceditur ad condemnationem abſq; confeſſione & ratificatione. Sed per † indicia licet indu- 15
bitata ſentio non poſſe damnari, ſed torqueri. Boſſ. *in tit. de conuictis. nu. 27.* Non obſtat quod dici poſſet, quod modus & forma torturæ exigunt, quod confeſſio in tortura ſine metu torturæ ratificetur. Reſpõdetur, quod hoc caſu reus damnatur propter ſigna mediante confeſſione, non propter confeſſionem
Quid ſi reus † non perſeuerauerit in 16
confeſſione, vt vult probare in contrarium? Dic, quod non torquebitur, ſed audietur, licet ſit confeſſus. Et non ſolum poſt confeſſionem, ſed etiam poſt ratificationem & ſententiam latam. Nam omni tempore
† ratione humanitatis quæri opor- 17
tet de innocentia rei. Nonnunquã enim aut metu, aut aliqua alia de cauſa in ſe confitetur, & ſæpe falſa demonſtratione damnatur. *l. 3. §. fin. ff. eod. tit.* Quamobrem iudex bene aget, ſi in omni caſu confeſſionis dabit terminum reo ad ſe defendendũ & dabit aduocatos & defenſores, ne innocentẽ condemnet, vt ſæpe dictũ eſt. Occurrũt hic aliquæ quæſtiones

in

Digitized by Google

in materia confeſſionis. Primo, con-
18 feſſio † in ciuili præiudicat in crimi-
nali, ſi facta fuerit per principalem,
ſecus per procuratorem, vide Paul.
de Liz. *in c. ſlu. de confeſſ.* Secundo, cō-
19 feſſio † facta in vno iudicio, nocet
inter eaſdem perſonas in alio, niſi
contra confeſſionem in primo iu-
dicio iudicatum fuerit, not. *in l. 1. C.
quand. ciu. act. præiud. crim.* Tertio ſi
20 tortus Argentinæ † pro delicto ibi
commiſſo, ob quod non debet pati
corporaliter, in tormentis confeſſus
etiam perpetraſſe furta, & alia male-
ficia extra territorium Argentinēſe,
quæritur; nūquid Magiſtrat⁹ Argē-
tinēſis poſſit cū vltimo ſupplicio cō-
demnare propter talia maleficia ali-
bi commiſſa & digna morte? Con-
cluſiue dicitur non poſſe, vide Gan-
21 din. *de quæſt. n. 22.* Quarto, confeſſio †
pluribus delictis licet ſæpe ratifica-
ta, non nocet, niſi conſtet de illis, vt
ſupradictum. Hoc amplius notandū
22 eſt, quod † licet conſtet de delictis,
& licet confeſſio ſit legitima habita,
per torturam, eſto etiam, quod ſi ra-
tificata, non erit tamen ſufficiens ad
condemnandum, niſi fuerit decla-
rata à reo per ſigna, per quæ verifi-
cetur iudex reū vera eſſe confeſſum
vide Brun. *in gl. ſexto principaliter. nū.*
23 *13.* Et ratio reddi poteſt, quod † con-
feſſio quamuis ratificata non ha-
bet vim veritatis ſine ſignis, dicente
Iuriſconſulto: Si *quis vltro de maleſi-
ciis fateatur, non ſemper fides ei habenda
eſt.* Nonnunquam enim aut metu,
aut aliqua de cauſa in ſe confitetur,
l. 1. ff. eod. tit. Itaque iudices ne † præ- 24
cipites, aut temere indigentes quæ
probata, aut quouis modo indiſcuſ-
ſa iudicent, dicente veritatis voce:
Nolite iudicare, & non iudicabimini. In
quo n. iudicio iudicaueritis, iudi-
cabimini. Maximum † quidem, me- 25
morabile mentiq; tenendum haud
prætermittendum eſſe duxi, quoniā
miſerabilibus maximeq; circum-
uentis ſuccurrendū eſſe cenſeo. Po-
ſtremo, quidam vtuntur hac caute-
la, quod ſinant reos † renunciare de- 26
fenſionibus, vt dicant ſe alias non
habere defenſiones; & ſic ratificare
faciunt confeſſionem, nec reos am-
plius audiunt. Iſta cautela non valet,
nec talis renunciatio obſtat, id iu-
dex non tantum audire, ſed etiam i-
pſe defenſiones quærere debet *E-
xod. c. 22.* Bald. *in l. ſeruum. de procu. l.
1. in fi. ff. de quæſt.* vbi etiam poſt ſen-
tentiam id iudex facere debet. Adde:
Reus † non poteſt renūciare defen- 27
ſionibus, & iudex ſemper inquirere
debet de innocentia rei ex officio,
etſi reus non requirat. Limitat id a-
liquot caſibus Hipp. *in §. cogniturum.
n. 88. & in §. ſi quis vltro n. 118. & 128. de
quæſt.* Corſet. *in ſingularib. verb. defen-
ſio.* Angel. *in tract. maleſic. in §. qui iu-
dex nu. 5. & ſeqq.* Battandier. *in reg. 21.
& 22.* late hæc Hippol. *in §. examinan-
da n. 1. in praxi crimin.*

Hacte-

Hactenus de theoria, ſequitur jam praxis, & quidem

Terminus VII.

DEro à T. Anwaldt hat ſich angedingt / wie Gerichts brauch vnd herkommen iſt/vnd iſt durch die H. S. durch ein Richterlichen Spruch admittirt worden / vbergeben peinliche Anklåger ein Schrifftliche Petition/ bitten dieſelbige offentlich zu verleſen vnd darinnen zu erkennen / wie gebetten worden.

Petitio pro repetitione & examinatione teſtium dero à T. als Anklågern contra P. Z. peinlichen Beklagten.

Ehrſame vnd Achtbare dieſes zu F. Landgerichts Richter vnd Schöffen/ G. H. es haben die à T. in der peinlichen Rechtfertigung / ſo ſich zwiſchen jhnen als Anklågern eines/ vnd P. Z. peinlichen B. erhalten thut/ jhre Zeugen producirn vnnd verhören laſſen / derſelben Außſag auch hernacher publicirt vnd eröffnet/ vnd beyden theilen davon Copey zugeſtellt worden / ſo befinden aber Ehrgedachte Anklåger auß Verleſung der atteſtation, daß ſolche Zeugẽ alſo ſchlecht/ einfåltig/ vngnugſamb ſeyen verhört vnd examinirt/ daß ſie nicht vnterlaſſen können/ ſonderlich weil der Zeugen Außſagen/ den hiebevor angenommenen berichten / allerdings zuwider / vnd entgegen lauffen/ den producirten Zeugen/vnd einem jeden inſonderheit ſeine Außſag fürzuleſen/ darauff der mehrertheil / bey jhren Eyden vnd Pflichten beſtändiglich angezeigt vnd gemeldet / daß ſie nicht allein auff die Klag Articul / inmaſſen jhnen dieſelben abermaln repetirt vnd vorgeleſen worden / nicht gefragt vnd examinirt / ſondern auch auff etliche Articul viel anders vnd gerad das Widerſpiel / dann von den vermeindten Commiſſarien auffgezeichnet vnd geſchrieben / außgeſagt vnd deponirt haben / wie ſich dann klagender Anwaldt auff alle Zeugen kürtzlich ziehen will.

So iſt nun in den gemeinen Rechten vberſehen vnd geordnet / wann der verordnet Commiſſarius / die fürgeſtelte Zeugen / wie ſich im Rechten gebühret/ auff die vbergebene Articul gar nicht verhört/ vnd examinirt/ oder aber der Zeugen Außſage viel anders/ dann außgeſagt / auffgeſchrieben / daß alsdann in ſolchen beyden Fållen nicht allein repetirt / vnd auff ein newes gefragt/ ſondern auch andere newe Zeugen fürgeſtellt werden mögen vnd ſollen.

Licet enim publicatis atteſtationibus non poſſunt produci teſtes ſuper eiſdem articulis, vel directo contrariis: fallit tamen hæc regula, quando teſtes in cauſa non fuerint rite examinati, vel quando teſtes non ſunt examinati per culpam Iu-

Ffff dicis

dicis ſuper articulis productis. Ioan. Campeg. *in tract. de teſtib. reg. 268. in 1. & 3. fallent.* per expreſſum text. *in c. per tuas 48.* ibi, *idq; malitioſe, vel negligenter fuerit prætermiſſum. de teſtib.* Paul. de Caſtro *in conſil. 369.* incip. *in caſu, de quo quæritur.* & Ioan. Andr. *in cap. cum cauſam. 37. de teſt.* Alex. *in conſil. 104.* incip. *circa primũ vol. 5.* Deut. *c. 19. an judicantẽ cauſ. 30 q. 5.* Simanca *cathol. inſtit. tit. 64. n. 16.* Crot. *in eod. tract. part. 7. n. 54. in 4.* Vbi quod nedum primi teſtes, verũ etiam noui teſtes poſſunt produci in ſecunda examinatione. Nell. *in dict. tract. part. 2. nu. 123. in 8. fallent.* Vbi ſi examinator neglexit interrogare ſuper articulis, poſſunt teſtes denuo examinari, & *n. 125.* ſi per culpam Iudicis teſtes non fuerunt recte examinati, poſſunt iterato examinari, & noui produci, Schurpff. *conſ. 86. n. 2. cent. 2.*

Solchem nach/ ſo gelangt/ vnd iſt anklagenden Anwalts Rechtliches bitten vnd begehren E. A. wollen alle vnd jede hiebevor producirte Zeugen/ ſampt dieſen newen Zeugen als nemblich Ludovicum B. zu A. Heinzo vnd Pharao F. vnd Cajus P. alle drey von M. Emanuel R. vnd Cyriacus H. beyde võ S. in krafft obangezogener Rechten vnd außgeführten Vrſachen widerumb auff ein newes verhören laſſen. Vnd damit ſolche verhör deſto ordentlicher vnnd ohn einige Partheiligkeit furgenommen werde/ ſo ernennt Anwald zu Commiſſarien die E. vnd wolgelehrte Janum G. P. W. Rathſchreibern vnd Iſaac W. Stattſchreiber B. mit bitt/ dieſelbige als Vnpartheiſche vnd Gelehrte/ ſampt vnd ſonders zu verordnen/ vnd an ſie gebührliche Commiſſion außgehen zu laſſen. Im fall auch ſich der Gegentheil dieſer newen verhör/ wider Recht widerſetzen/ vnd obangezogene Recht nit gehalten werden ſollen/ dieweil aber Anklag. J. von wegen jhrer jungen Pflegkinder die accuſation vnd Anklag fürgenommen vnd in den Rechten verſehen/ daß die minderjährigen beneficio reſtitutionis in integrum nach beſchehener Publication anderer Zeugen producirn vnd fürſtellen mögen Crot. *in d. loco num. 58. in 7. fallent.* So rufft peinlicher Anwald das Richterlich Ampt an/ vnd bitt/ ſeine günſtige principales, vnd deroſelben junge Pflegkinder in integrum zu reſtituiren/ vnd ex officio judicis die Zeugen zu repetiren vñ produciren zu laſſen. Welches krafft angezogener Recht nit verwegert oder abgeſchlagen werden kan/ in ſolchem allem das Richterlich Ampt vnd Mittheilung Rechtens vnd der Gerechtigkeit anruffende/ vorbehaltlich.

B. hat vernommen/ daß die vermeintlichen Klag. J. à T. jetzund ein Gerichtliche Petition einbracht/ darinnen ſie begehren nicht allein die abgehörte Zeugen/ auf ein newes zu examinirn/

nirn/ ſondern auch mehr Zeugen auff ein newes angeben/damit ſich dañ auff dieſelb vermeinte Petition niemand nit einlaſſe/ſo weiß ſich ein Erbar Gericht günſtiglich zu erinnern/daß den N.N. jhr abgeſandter gevollmächtiger Jſmael E. vermöge eines damals geſprochenen Interlocuts/an Stab angelobt/ zu dieſem Gericht ein vollkömlicher Vollmacht/ als damals geſchehẽ/ einzulegen/ vnd das jenig/ſo damals geſchehen/ zu ratificiren/ will derwegen jetzt Anklag. J. vor allen dingen obliegen/nochmals das jenig zu ratificiren/ was damals verhandelt/ vnd da alsdann ſolche ratification geſchehen/deßgleichen auch vermöge damals geſprochenen Interlocuts/ der ſtrittige/ alſo titulirte Freyheitsbrieff eingelegt: Wird B. auff die vermeinten Petitionen Iuris einbringẽ/was ſich im Rechten gebühret/will aber auf dieſen Puncten der Ratification halben/ auff den fall die Anklag. J. deren verwegern/zu einem rechtlichen Spruch geſetzt vnd geſchloſſen haben/ mit bitt dieſes auff den fall anzuſtellen.

Klägere haben jetzo angehört/ was von wegen deß P. Z. peinlichen B. iſt Gerichtlich geſucht worden/ was die Ratification belangt/ ob wol ehrgedachte Ankläger jhren Diener Jſmael E. auf das nechſt gehalten peinlich Gericht/mit einem gnugſamẽ Gewalt abgefertiget/ welcher Gewalt gerichtlich augenommen/ ſo hat aber der peinlich B. etwas vermeſſentlich vorgebracht/ als ſolten der J. auffgetruckte Adeliche Sigill falſch vnd vnrecht ſeyn/ derer er doch ſeinen Gewalt anzeigt/ vnd vor deren à T. Inſiegel gehalten werden müſſen/ vnd zu abſchneidung vergeblichen receſſiren/ſo wöllen die Anklägere/ alles das jenig/ ſo durch jhren Diener Jſmael E. an jüngſt gehaltenen Gericht gehandelt/hiemit ratificirt haben. Ob wol auch der Freyheitsbrieff/ jnmaſſen der peinlich B. denſelben alſo leichtfertiger weiß getaufft/ gerichtlich vorkom̃en/vnd bey den actis zu finden/ ſo wollen jedoch Anklag. J. zu folg gegebener Vrtheil/denſelben Brieff originaliter vorlegẽ/vnd weil wie gemelt/ ein Copey bey den actis, bitten ſie das Original mit deroſelben zu collationiren/ vnd jhnen alsdann das Original widerumb zuzuſtellen/ was dann die vbergebene Petition betrifft/ bitten die Ankla. J. zu erkeñen vnd zu ſprechẽ/wie in derſelben gebetten worden/vnd mögẽ richterliche Erkantnuß hierüber leiden.

Antwort deß B. vnd dieweil das jenig/ſo am nähern mahl durch die J. vñ deren Diener verſprochẽ/ jetzunder ratificirt/deßgleichen den ſtreitigẽ Brieff in originali vorgelegt/ iſt der B. mit der Ratification zu frieden/vnd begert/ daß jhme der Freyheitsbrieff/ ſampt der vbergebenen ſchrifftlichen Petition zu verleſen zugeſtellt werde/das beydes alſo geſchehen.

Der Brieff iſt vom B. angenom̃en/

vnd nach Verleſung deſſelben dem Gericht vnverſehrt wider zugeſtellt / vnd darauff ferner vorbracht worden.

Demnach die Anklag J. à T. in jhrer angemaſten Petition Iuris vorgeben / ob wol publicatis atteſtationibus die Zeugen einmal abgehört / auff dieſelben Articul nit wider von rechtswegen können abgehört werden / ſo fallirt doch daſſelbig in cauſa, in qua non fuerint rite examinati, vel quando teſtes non ſunt examinati per culpā Iudicis ſuper articulis ꝓductis. Darauff etliche viel allegata angezogen / ſo iſt aber doch einem Erbarn Gericht bewuſt / daß es alſo länger als Menſchen Gedencken / an dieſem Landgericht alſo herkommen / vblich vnd bräuchlich geweſen / inmaſſen dann hiebevor in Adelichen Sachen geſchehen / als in cauſa Samuel H. P. M. mit ehren hiemit gedacht / deßgleichen anderer / ſo ohne noth zu melden / daß ein Quæſtor als der Richter beneben den Schöffen vnd geſchwornen Gerichtſchreiber / ſolche abzuhören / gepflogen / denen auch bey Menſchen Gedenckē kein Partheylichkeit zugemeſſen worden / zu dem in dieſem jetzigen Fall / ein berühmbter / fleiſſiger / erfahrner vnd verſtändiger Notarius gebraucht worden / es haben auch die Anklag. J. ſich darauff in Schrifftē eingelaſſen mit dem examine vnd der Zeugen Außſage ein gut Genügen gehabt / Schrifftliche probationes zum mehren Gericht durch jhren Abgeſandten vbergeben. Vnd aber das alles das jenig / was ermelter jhr Diener verhandelt / jetzund in jhrer Gegenwertigkeit ratificirt. Da ſie auch deſſen geſinnet geweſen / wider das Examen / einiges jetzt newes angezogenes Vnfleiß halben zu excipiren / hätte ſolches zuvor geſchehen müſſen.

Dieweil aber die Vrſachen / darumb ein new Examen vorgenommen ſolt werden / zu boden fällt / ſo fallen gleichfalls die allegata Iura auch / die doch noch diſputirlich weren / ob ſie in Ciuilibus allein / oder auch in criminalibus ſtatt haben / in quibus reorum præcipuus eſt fauor.

Vnd dieweil dann vermöge eines dem B. zugeſchickten Tagzettels dieſer Terminus darzu ernennt / daß er in der Hauptſachen ſolte verfahren / ſunt pœna Concluſionis, alſo wo er nicht erſcheine / daß die Sachen für beſchloſſen angenommen ſeyn ſoll / wie er dann dieſen Tagzettel in vim probationis hiemit einlegt / ſo bitt B. zu erkennen dz die Anklag. J. in der Hauptſachen zum Ende zu ſchreiten ſchuldig ſeyen / vneracht der eingewendten Schrifftlichen Petition, die extra limites Iudicij zu verwerffen / vnd ſetzt zu richterlich Erkantnuß / Tagzettel / P. Z. à P. peinlicher Angekl. ſoll hiemit eygentlich vergewiſſet ſeyn / den N. N. allhie zu F. am Fürſtl. peinlichen Halßgericht / oder zur ſtätt / da es gehalten wird / früher Tags- vnd Gerichtszeit zu erſcheinen geſchickt

geſchickt in ſachen der peinliche Recht-fertigung ſich zwiſchen den J. à T. in actis benennt/Klägern eins/ vnd dann jhme peinliche V. anders theils in recht zu procedirn/ was recht ſeyn wird / er erſcheine dañ gehorſamlich oder nicht/ werden nichts deſto weniger die Herrn Schöffen die Sachen für beſchloſſen wöllen angenommen haben / vnd ſich eines rechtmäſſigen Vrtheils vereinigen vnd vergleichen/hiernach er ſich zu richten/Datum F.ꝛc.

Die Ankl. J. haben hierauff begehrt/ daß der V. auff den eingelegten Freyheitsbrieff antworten ſoll.

Antwort V. das ſey eben der Brieff/ der auß der Kirchen entruckt worden/ darumb ſich auch dieſer Streit erhoben habe.

acceſſit. C. de præd. nauicul. lib. 11.* vbi
Bartol. dicit, ꝙ ex illo textu habe-
mus vnum modum ꝓbandi hominẽ
ingenioſum, & magnanimum, & idẽ
ibi Ioan. de Plat. *in 6. notab* & Luc. de
pen *col. 12.* ibi dicit, quod ſunt non-
nulli, qui in laborioſæ ætatis initio
quæſtu omiſſo, & agricultura & deli-
tiis in eorum vita ſumunt auſpicia,
decoré domus excogitant; eam tan-
dem laborioſe conſtructam vacuam
habitare coguntur, contra quos ad-
duxit illud *Prouer. 24.* † *præpara foris* 26
*opus tuum, exerce diligenter agrũ tu-
um, vt poſtea ædifices tibi domum.* Itẽ
Bernar. ad quendam nobilem ait: *Si
vis ædificare domum, inducat te ne-
ceſſitas, non voluntas. Cupiditas ædifi-
candi ædificando non tollitur, nimia &
inordinata ædificandi cupiditas expe-
ctat ædificiorum venditionem. Turris
cõpleta & archa euacuata faciunt tã-
dem hominẽ ſapientem,* vt ibi per eum
qui plura adducit. Nam qui altã facit
domum ſuam quærit ruinã. *Prouerb.
7.* Non omittit illud M. T. Cic. *2. offi-
cior.* ornanda eſt dignitas domo, nõ
ex domo tota quærenda, nec domo
Dominus, ſed domus Domino ho-
neſtanda eſt, vt vti in cunctis haben-
da ratio, non ſua ſolum, ſed etiã alio-
rum. Fuit deniq; alia tempore Ioan-
nis regis apud ciuitatem Atrebaten-
ſem ſeditio, cuius ſeditionis ipſorũ
plebeiorum aduerſum primores ci-
uitatis cauſa fuit impoſiti ad belli v-
ſum cenſus exactio. Plebs n. in opu-
lentos inſurgens aliquot interfectis
Reipublicæ regimen vſurpauit; ad
quos miſſus à rege Arnulphus Dan-
gregus Seneſcallus centum ſuppli-
cio affecit, vt *fol. 80.* per Gagninum.
Et eodem tempore fuit alia Pariſiis
† ob monetæ mutationem, quã non 27
bono animo Pariſienſes ferentes
Andegauorum Comitem vicarium
à Carolo Normanniæ duce, qui Io-
hannis regis ab Anglis capti primo-
genitus

Digitized by Google

genitus erat, relictum plurimo populo comitante conueniunt, vt monetæ vſum inhibeat, quod Comes, dum Carolus ab Imperato. reuerſo mercatorum præpoſitum ad S. Germanum Altiſſiodorenſem per Archiepiſcopum Senonem vocat. Quem cũ ingenti armatæ plebis multitudine venientem Archiepiſcopus monet nõ aduerſari legi, quam de moneta Carolus tulerat, Sed plebis frequentia fretus præpoſitus pernegat id ſe facturum, neque permiſſurum eam monetam, in vſum venire, atque ita locutus domum diſceſſit, moxque quoſq; opifices ab opere ceſſare, & in armis eſſe paratos jubet. Crepidatum eſt ne quid à plebe inſigne flagitium patraretur. Exacta nocte Carolus ſub initium lucis palatium petiit, quo idẽ mercatorum præpoſitus ſe confert. Quem Carolus alloquens dicit: Ego præpoſite bono animo fero, quod à conciuibus tuis commiſſum eſt. Et ſi quid culpæ eſt, illã tibi remitto, nec impedio conuentum procerum habere, eoſq; ab officiis ſemouere placet, qui ſub patre poteſtatem geſſere. Monetæ vero conſiderationem atq; vſum ad arbitrium eorum deferre placet, qui à publico conuentu delegabũtur. Caroli verba prępoſitus libens excepit, petit de ipſis chirographum ab ipſo conſcribi, quod Carolus facile admiſit, & tandem concionem ad Parlamentum Carolus vocat. Et obtinent Pariſienſes in petitis ſine alia punitione. Eodem tempore non pauci † ex Conſtantienſi atque Ebroicẽſi territorio prædones agrum Pariſiorum incurſantes, cuncta populabantur. Et licet in eos copiis miſſus eſſet Petrus Villarius præfectus vigilum nullos graſſatores damno affecit. Ea propter occaſione ſumpta Carolus copias contrahit, ſiue vt prædonibus, vt ipſe dicebat, occurreret, ſiue vt plerique ſentiebant, Pariſiis & vicinis oppidis auxilium collocaret, idque metuentes Pariſiaci Carolum admonent, ne id faciat, declarando ſe in vrbem milites non admiſſuros. Et ob id veriti Pariſienſes ne aperto bello arma circumferrentur, ſignum ſibi ciuilis concordiæ accommodant capuciola rubri & blaui coloris conſuunt, quæ quique ferant, hæc ad diſſenſionem ſpectare aduertens Carolus ad forum quem Halas vocant, vbi Pariſienſes conuenire frequenter ſoliti eſſent, prodire conſtituit, & ad illos orationem habuit, vt ibi *fol. 83*. Et paulo poſt monetæ pretium mutatum eſt. Nam Mutonus: id enim monetæ aureæ nomen erat, quod arietis effigiem, quem Mutonem Franci dicunt, ſculptam haberet, ſolidis Turonem. 30. æſtimatus eſt, vnde Petrinus Marcus Campſoris cuiuſdam inſtitor Ioa. Ballietum 28

Caroli

Caroli præfati theſaurarium incautum à tergo occidit, quem in ædem diui Mederici latentem Carolus inde euelli jubet, & manu, qua Ballietum peremerat, abſciſſa, homicidã patibulo ſtrangulari. Poſtridie con-
29 tracto † Pariſiis in æde diui Eligij magno populi cœtu, cæſo prius Reginaldo Davoy dum à palatio domũ petit, mercatorum ꝑpoſitus Stephanus Marcellus cubiculum Caroli ingreſſus. Nihil, inquit, ſerene princeps, inter ea quæ geſturi ſumus, cõtriſteris, & ſimul hæc dicens Conſlauum Campanum Mareſcallum Carolo conſpiciẽte necat, Robertumque Claromontenſem inde fugientem in penetrali interimunt. Quibus cædibus perterritus Carolus & quam à ſuis deſertus, & ait illi: *Tu præpoſite, libera Carolum & ſerua.* Securus eſto, præpoſitus reſpondit, & hoc tuo capiti Capuciolum impone. Id n. veſtimenti genus erat, quod ſibi populus ad diuerſæ partis diſcrimen deſumpſerat. Carolus igitur cõmutato cum præpoſito Capucio, per omnem diem illam, populari inſigni vſus ſuum præpoſito Capucium ferre permiſit. Cæſorum cadauera trahi à ſatellitib. & ad menſam marmoream, quæ in atrio ad gradus palatij eſt proiici inſpiciente Carolo præpoſitus jubet, vbi ad populi ſpectaculum ad veſperã vſq; relicta jacuere. Itaque eo ſuperbię ꝓceſſit populi furor, vt præpoſitus yranno perſimilis abuteretur magiſtratu. Et laneos Carolo panos bicolores miſit, ex quibus capuciola ſuis aulicis conficeret, futura munimenta aduerſus ſeditioſos. Id quoq; Carolus non recuſauit. Conuocatis præterea in Auguſtinenſ. cœnobio permultis, qui per eos dies in communi Franciæ conuentu agebant, cædẽ à ſe factam præpoſitus adnitente maxime Roberto Corbio laudari ꝓbarique imperat, Carolũ deinde in ſenatu Parlamenti jus dicentem cum pleriſque armatis conueniens petit ea omnia illibata ſeruari, quæ à trium ſtatuum delegatis inſtituta decretaq; eſſent, neq; impediret aliquot ex ſuis magiſter amoueri, ſed ſineret eos remp. moderari, à quib. regendam eſſe populus decreuerat: Reciperetq; in ſuum conſilium tres aut ad ſummum quatuor Pariſianos ciues, quos populus deſignaret. Poſtulata Carolus admiſit. Cumq; Nauarro rege donationib. ab ipſo Carolo factis pacato. Pariſiani conſiderantes ne per principũ beneuolentiam male cum eis ageret, & peſſimorũ facinorũ pœnas luerent ad alias ciuitates & regni primores literas dant ſuadẽtes ſuam ſocietatẽ ꝓfiteri, & capuciolum Pariſ. fœderis atq, cõmunis amicitiæ præ ſe ferre, quod jam Carolus ipſe & Nauarrus rex Philip. præterea Aureliani Franciæ regis frater & comes Stampenſis aſſumpſiſſent, literis acceptis pauci aſſũpſere. Inter tot reipubl.

public. damna Carolus conſilium cepit, non ſe regis vicarium & locumtenentem vt ſolitus erat, ſed regentem appellare, plus auctoritatis in ea appellatione eſſe ratus. Et ipſo Carolo apud Compendium exiſtente Pariſiani arcem Luparam occuparant, & præſidio impoſito machinas inde belli ad ædes publicas urbis transduxerunt. Itaq; parũ abfuit, quin ad priorem aduerſitatem nonæ factiones accederent: nã abeunte Pariſiis Carolo nemo nobilium Pariſios inuiſeba, Carolum ſequentes. Et aliquot ciuitates cum Pariſiis ſentiebant, ſed longe plures Caroli partes tuebantur, & infinitæ ſeditiones ſecutæ fuere, vt ibi *fol. 83. cum ſeq.* Fuit præterea eodem † Carolo tunc rege V. exiſtente cædes apud montem Peſſulanum nobile caſtrum, in quo originem ſumpſit à ciuibus truculenter occiſis 80. viris ingenuis atq; nobilibus, inter quos fuerũt Guilellmus Poncellus eques, Andegauorum ducis cancellarius, Guido Ceſſarus & Arnold. eiuſdem loci prætor, cædis cauſa hæc fuiſſe memoratur ſecundum Guagninum *in. Chron. eiuſdem Caroli.* Erat in prouincia Narb. cui linguæ occidanæ nunc nomen eſt Ludouic. Andegauus Caroli frater poſitus à rege gunator, cuius nomine cum ob bellum, quod in ea regione gerebatur, penſum magiſtratus exegerant,

3

ſeditione facti ſanguinarii ciues eos trucidarunt, deiectis in alios puteos cadauerib. occiſorum, tam deteſtabile flagitium non præterierunt impune, nam armatis inſtructus dux apud montẽ Peſſulanum cum aduenisset omnis populus fletu, mœrore lachrymiſque confectus, vrbe egreſſus & loci conſules funes ex canabe collo tanquã morti obnoxii geſtantes per vias proſtrati duci obuiam pergunt miſerabili clamore ignoſci ſibi flagitantes. Aſſiſtebãt duci Cardin. Auerniæ cum Pontificis Clemẽtis oratoribus, qui eo placandi ducis cauſa conuenirent, poſtridie aduentus ducis in villam ipſe in tabulatũ, quod ei in foro edictum erat, cum pluribus præcipua dignitate viris comitatus conſcendit. Ex quo ab omni plebe conſpectus, cum grauem admodum in ciues ſententiam tuliſſet, ſublato rurſus clamore populus veniam frequenter petebat, quorum fletibus votis Cardinales oratoreſque pontificis accedentes, animum tamen ducis inflexerunt, ſententiæ ſeueritatem, rigoremque moderantes, quod ipſorum miſertus fuit; habuit igitur locum miſeratio. Nam cum ſexcenti necis iudicium excepiſſent, ſoli cædis auctores, & qui operam ſceleri dederant, regis arbitrio reſeruati ſunt, cũq; omniũ incolarũ bona fiſco deputata forent, dimidiũ remiſſũ eſt, armis omnibus,

quæ apud illos extant, deditis penſa-
ta inſuper ad plenum impenſa, quam
dux ob huiuſmodi cædē ſuſtinuiſ-
ſet vt ibi vide *fol. 91.* Itē etiā tempore
31 Caroli VII. quædam † ex Pariſianis
plebecula nouis furiis acta eſt, videns
ſe vectigalium magnitudine premi,
itaque præpoſitum mercatorum
aggrediens, ad concionem venire
hominem cogit, vbi vnus ex plebe
audentior, vice multitudinis pe-
tit penſiones, & vectigalia tolli.
Quod quandoq; quidam olim po-
ſtulaſſent, nec fuiſſent exauditi,
iam adeſſe tempus, cum ſatis
illis ſecundum eſſe oportet. Con-
citatæ multudini pleriq; ſobrie ob-
ſiſtere cupientes, rati ſi res in cra-
ſtinum differretur, compeſci furo-
rem poſſe, in poſteram diem nego-
tium remittebant, quod intelligens
quidam veterum calceorum ſutor
temere exurgens: pompa, inquit,
aulicorū & faſtus in humeros popu-
li recidunt, & quæ ab illis per luxus
profunduntur, damna noſtra & ca-
lamitates ſunt. Hanc vilis opificis
temeritatem arguere auſus eſt Ioan-
nes Dormanus, regius Cancellarius,
obtinuitque in alteram diem poſtu-
lata transferri. Non reſtinxit mo-
ra furorem. Enimuero rediit poſtri-
die concitatior plebs, & petita ex re-
gis primorumq; eius ſententia re-
portauit. Et vt ſedatior domū plebs
repeteret, ad illam adhuc furen-
tem concionari Ioan. Marcſium
Carolus imperat, atque cauſas me-
morare, quam ob rem cenſus & ve-
ctigalia re. pub. moderatoribus pen-
dantur. Oportere eos † qui præſunt, 32
multa onera ſubire, bella plurima à
Caroli patre geſta, & itē à filio gerē-
da eſſe, quæ ſine populari ope bene
procedere nō poſſent, regios ,puen-
tus & fiſcū Anglorū iniquitate im-
minutos eſſe, regē publicæ liberta-
tis & po· uli tutorem, populum co-
adiuto: :m eſſe, debere æquo animo
ferre, ſi qu... nonnunquam durius
per neceſſitatem imperetur, nihilo-
minus tamen gratum nunc regi eſſe
vectigalia tolli, dicēdo abirent. Ab-
eant ipſi domum & requieſcant tu-
multuari. Et cum ad hanc Ioannis o-
rationem ſedata turba eſſe ſperare-
tur, ſublato clamore volumus, in-
quiunt, Iudæos vrbe expelli. Quibus
reſpondente Ioanne de re ipſa ad re-
gem relaturum ſe procurrens, con-
feſtim quiq; plebeius publicanorum
ædes aggrediuntur, atque effractis
pixidibus, vbi repoſita de vectiga-
libus pecunia erat, numos in vias
diſpergit, libelloſque rationum mi-
niſtris interfectis carpit, & laniat,
Iudæorum domos aliquot & bona
diripit. Quæ tametſi reddi, reſtituiq;
rex iuſſiſſet, nequaquam tamen
obtemperatum eſt, vt vide *in Chroni-
ca eiuſdem fol. 92. verſ. in ſimil.
cum ſeqq.* Item eo tempore † alia 33
fuit

fuit apud Flamingos & Gandenſes ſeditio, ob nouam pecuniæ à Ludouico Flandrenſi comite exactionẽ. Quidam ſiue egens, ſiue pecuniæ auidus à Gandenſibus, qui propter oppidi magnitudinẽ, & populi frequentiam primi inter Flandrenſes habentur, grandem pecuniam arrogantiſſime petens, cũ ea ſibi cõſtanter negaretur, loco diſcedens: *Et ego,* inquit, *huic populo me principem & dominum exhibebo.* Et Halſo militi atrributis copiis & Anglorum manu, mandat Gandenſibus bellum inferre, qui mox Gandenſem agrũ quotidianis incurſionibus vexat. Ibant nihilominus Gãdenſes armis inſtructi, ſeque viriliter tuebantur incõmodis multis hoſtem afficientes: recordati tamen debitæ ſuo Comiti ſubiectionis petunt ab illo ſe audiri. Admiſit eos comes; quorum hæc breuis oratio fuit: *Tui,* inquit *Comes ſumus: tu nobis es princeps, & Comes; tibi cum oratione parere nos decet; tu nos tueri debes, ſi quid in te peccauimus, quod tibi moleſtum ſit, id nobis condonari ſuppliciter flagitamus: tantum ne libertatem tollas, quam à maioribus acceptam Gandenſis populus tueri inſtituit: cogi ſe vectigalibus neſcit. Si reb. tuis per aliquam neceſſitatem opus eſt pecuniarium ſubſidium, id tibi non coactione, ſed ſua ſe ſponte daturum liber populus offert.* His Comitem verbis placaſſe rati, ab aulicis imprudentibus & per ætatem rerum imperitis iniurias acceperunt, iactantibus in Comitis poteſtate eſſe illorum obſtinatam rebellionem flectere calcaribus, perinde ac ſtimulis aſellum ipſos agi oportere, & omni modo iugum imponere. Quo accepto conuitio Gandenſes abiere. Comes vero magnopere ſtudebat illos rerum & commeatus penuria afflictari, vt egentes poteſtati eius ſe crederent A. Gandenſes animo eiecti, vim propulſare bello conſtituunt, quod fugam Comes dederit, vt in *præfati Caroli VI. Chronica. vide fol. 49.* Fuit denique alia † a- 24
pud Pariſianos eiuſdem Caroli VI. tempore, Duce & Andegauo Franciæ regente ſeditio. Andegavus enim durum, alii item principes & regii plerique conſultores, qui rebus gerendis præerant, nouum tributi genus inſtituere contendunt. Habitis aliquot contentionibus, nunc blandis, nunc amicorũ interuentu adducere non paucos in ſuam ſententiam ſtudebant. Obſiſtebat tamen populus Petro Dilerio, nec Ioanni Mareſio, qui maxime populares erant, aures accõmodabãt, tametſi dicerent ex ea pertinacia regẽ irritatũ iri, & hunc periculũ grauioris alicuius pœnæ impẽdere. Itaque diſcedẽs à principibus, populus arma capit, decanos quadragenariosq; & quinquagenarios ꝑ ciuitatẽ ponẽs.

Gathenas, quæ ad compita viarum intra vrbem erant, prætendebat, poſitus contra nocturnas inſidias excubiis, cuſtodibus præterea ad portas ordinatis, idque facere incipientibus Pariſianis, reliquæ fere regni vrbes ſequuntur. Itaque ducẽti ex Rothomogenſibus plebeii homines hoc exemplum imitati, quẽdã obeſum ciuẽ, qui ob craſſam corpulentiam Craſſus vocabatur, alioquin renitentem ſibi regem præficiunt, curruique impoſitum per vrbem circumferentes, tandem in rerum venalium foro conſtitutum de abolendis vectigalibus legem ferre & eam promulgare cõpellunt à cæde non abſtinentes. Sæuitum enim eſt in vectigaliũ quæſtores, & expilatũ diui Audœni cœnobium. Propterea quod in eo priuilegia quædam repoſita eſſe audierant, quę libertati ciuitatis nõ ingruerent. Arcẽ quoq; oppugnare adorti, inde à præſidio repulſi ſunt aliquot interemptis. Dum hæc Rothomagi geruntur, Andegauus dux regens poſt 4. menſem, cum Pariſianæ plebis ſeditionem ſedatam eſſe putat, legem de vectigalibus exigendis tulit, & in foro iudiciali apud Caſtelletum promulgare iubet, inſtitutis miniſtris, qui legendi vectigalis officium exequerentur. Ad
35 calendas Martias cum eius † officii cauſa quæſtor ad mercatum apud ballas adueniſſet, obulumque pro naſturcio à muliercula, cui Peroda Morela nomen erat, exigeret, quæſta & vociferans anus, mercatores aliquot in quæſtorem excitauit, qui hominẽ multis vulneribus confoſſum trucidauerunt: eius facinorum fama vbi per ciuitatem vulgata eſt, protinus viles artium miniſtri arma capiunt, perque ciuitatis vias circũcurſant ad cædem perpetrandam animati, quibus cum perditi plerique & nullius æſtimationis homines facile accedebant, & inermibus arma ne deeſſent, publicas ædes adoriuntur, vbi e motis euulſiſque poſtibus communia arma rapiunt, & ea induuntur. Fuere ex prudentioribus nonnulli, & inter illos Pariſianus Antiſtes, qui tot malis inſurgentibus coactas clam fortunas ſuas ciuitate exportarent, tutiore ſe loco committentes. Inter arma, quæ furibunda plebs deſumpſerat, erãt plũbei mallei, quibus obuios quoſq; ſubſidii pecuniarii exactores trucidabant, domus eorũ fortunis omnibus ſpoliantes, nec ad Eccleſiã profugiẽtibus immunitas præſtabatur. Vnum enim in diui Iacobi hoſpitalis æde diuæ Mariæ ſimulachrum amplexantem, protinus necauerunt. Simile ad diuum Germanum de pratis: quo nonnulli confugerant, cum facere molirẽtur, defẽdẽtibus ſe incolis, inanes in vrbẽ reuerſi. Caſtelleti item & Epiſcopi carcere recluſo,

capti-

captiuos omnes & Hugonem Au-
briorum ſoluerunt, hunc ſibi ducem
præficientes. Sed conſcius quid pen-
ſi furiis incitata plebs haberet, noctu
ſe ex vrbe proripuit; quo inſequen-
te luce domi non inuento, ſæuius fu-
rere omnes ceperunt, conſtituerũt-
que Charentonum pontem petere,
& proſtruere. Sed deſtiterunt à Io-
anne Marceſio admoniti; tuncque fri-
geſcere illis cœpit heſternus furor
& mẽtis inſania. Pariſiana ſedititio-
36 ne † ad Carolum perlata, auctores
ſupplicio grauiſſimo plectere conſti-
tuit. Sed regis indignationem qui-
dam ex ciuibus & ſcholæ Pariſienſi
delicti ſapientes mitigauerunt, de
his tamen pœna ſumpta eſt, qui Ca-
ſtelletum violauerunt, ſubſidio pe-
cuniario abrogato, de quo poſtea
contentio fuit nõ modica, vt ibi vi-
de *folio 96*. Nã Iucurtiaci publicis æ-
dibus literæ repertæ ſunt Pariſiacæ
factionis, quas illis de ſeditione Pa-
rienſes dediſſe ſubſcriptio annota-
bat. Id Carolus ægerrime admodũ
tulit atque ſupra morẽ furia corre-
ptus pleriſque mortẽ minatur, & i-
pſi regi per ciuitatẽ pergẽti, Præpo-
ſitus magna ciuiũ multitudine ſtipa-
latus, humilis pronuſq; occurrens
cũ loqui cœpiſſet, rex audire noluit,
præpoſitique preces omnino aſper-
natus eſt, iubetq; eũ à cõſpectu pro-
cerũ diſcedere, ſed præteriens ad di-
uæ Mariæ templum præfectus ſup-
plicatione abſoluta palatium rediit.
Erant per compita & diuerſoria vr-
bis diſpoſiti ad cuſtodiam milites
prohibiti ne populo, & ne militi po-
pulus iniuriam faceret, & dict tamen
contemptores duo ex plebe fuere,
qui mox comprehenſi à ſuis fene-
ſtris idaqueati ſtrangulatique pepẽ-
derunt, & ſic contumaciæ & ſuper-
biæ pœnas dederunt. Inceſſerunt eo
die per vrbem Biturigum & Bur-
gundiæ duces, magna armatorum
manu vallati, & ſeditionis inſignio-
res authores trecentum in vincu-
la primum coniectos, paulo poſt
carnifex capite mulctauit, inter
quos fuerunt Guillelmus Ceno-
manenſis, Ioannes Filiolus, & Mar-
tinus Doublus; & paucis interie-
ctis diebus Nicolaus Flamingus:
ſupplicio eorum expleto, cate-
næ omnes ex compitis euulſæ in ar-
cem vicenarum arma per quaſq; do-
mos inuenta, partim in Luparã, par-
tim in Palatium deportata ſunt. Et
Ioannes Marſius, homo populo gra-
tus, delatus, quod inter ſeditioſos
furenti plebi fauiſſet, & cum eo 12.
capite prius puniti, ſcabinis, & præ-
poſito mercatorum ab eorum of-
ficiis priuatis. Inter hæc & gradus pa-
latinos, vbi Philippi Pulchri ſimula-
chrum viſitur, extructo throno Ca-
rolus patruelibus & aulicorum no-
bilitate circũſeſſus, Petrũ Diogemẽ-
tẽ Cancellariũ affari, qui cõuenerat

populum, iubet. Qui à Carolo Quinto ad præſentia tempora orationem deducens, præteritas ſeditiones & populi flagitia, regis præterea geſta, & ex Flamingis habitas victorias prolixa oratione memorauit. Hæc poſtquam locutus eſt Cancellarius, ad Carolum conuerſus: *Hæc ne ſunt*, inquit, *ſereniſſime rex, quæ mihi dicenda commiſeras?* Aſſentiente rege, Patrueles eius ad genua Caroli procliues, populo indulgeri orant, nobilitate quoq; atq; fortunis inſignes fœminę paſſis crinibus lachrymantes procumbere humi, populi regis miſerationem expectabant. Mouit regem miſerabilis clamor & mortis ſupplicium pecuniaria multa commutauit. Nam dimidiam fortunarũ omnium partem reus quiq; redimẽdi ſui cauſa pendit, quæ militi ad ſtipendium diſtributa eſt. Eadẽ quoq;
37 tempeſtate Auerni †adiũctis Lemouicenſibus atque Pictauis graviſſimã ſeditionem excitauerũt, ducem ſibi quendã Petrũ Brueriũ inſtituentes, atque ita per nequiſſimã licentiam graſſantes, nobilẽ quemq; clerum, item, alicuius penſi hominẽ ſibi obuium, ſine miſeratione obtruncabant. Nam deprehenſi forte per viã Scoti equitis capiti initium caſſidem imponunt; Sacerdoti amputatis digitis, capitis verticem deglubunt, deinde cremant. Religioſum hoſpitalis ordinis per alias proceræ arbori appẽſum, ſagittis teliſq; cõfoſſum necant. Nec modus illis erat vllus ſæuiendi. Pluris inter illos habebatur, qui duriora flagitia cõmitteret, huius tã deteſtandæ inhumanitatis nũcio accepto Biturigum dux, qui Auenionem ſaluandi Pontificis cauſa petebat, delecto nobiliũ exercitu in ſeditioſos mouet, quos nõ difficili prælio, multis occiſis, multiſq; laqueo ſtrãgulatis ſuperavit. Itẽ Caroli VII. tẽpore Gandenſes à Philippo Burgundiorũ duce diſcederent ob ſalis tributũ, ꝙ illis per annum imponere conabatur. Hinc bello excitato, magna pars regionis cæde atque incendio vaſtatur. Redierunt tandem in ducis beneuolentiã Gandenſes, rebellionis pœnas magno ære luentes. Et apud Pariſios tempore Ludouici XI. qui ad principes regni, Ludouico ob bonum publicum aduertentes, oratores miſiſſent, proſcriptionis pœnam Ludouicus in oratores, qui ad cõiuratos legati fuerãt, pronunciauit, vt ibi vide *fol. 142.* Præterea apud Bituriges eodem tẽpore ob tributum in aliꝙ ſuper rebus impoſitum, fuit populi eleuatio aduerſus ipſiꝰ tributi receptorẽ, quẽ trucidarunt; cuius mortis pœnã non euaſere. Nã rex ipſe Ludouicus armatos miſit milites, & in eorum ſtillicidiis decẽ & tres ex autoribꝰ ſtrangulari laqueo præcepit, & alios plures eiuſdẽ civitatis primores priſona-

na-

narios ſupra currum per aliquot mẽſes ſequi quocunq;ibat loco iuſſit. Item apud Ianuenſes communis po-
38 pulus † aduerſus nobiles irruit, & tandem aduerſus Dn. noſtrum ſupremum regẽ Ludouicum 12. cuius animam poſſideat Paradiſus: Et hac noſtra tempeſtate año præſenti 413. ſupra mille in ciuitate Agenenſi propter ſubſidium ſuper rebus venundandis imponendum, ad refectionẽ ſiue reparationẽ poteſtatis ciuitatis ſupra fluuium Garonẽ exiſtentis cõuertẽdũ, ac præterea alia grandia, quæ ſibi communitas dicebat non iure fuiſſe, ſed contra ipſius ciuitatis priuilegia, conſuetudines & ſtatuta impoſita. Quorum etiam denariorum ſiue Reip. redituum ſibi à conſulibus & conſiliariis, quos vulgus iuratos vocat, rationem reddi poſtulabat. Nec non ob electionem conſiliaris dignitatis, quæ quotannis eſt fieri ſolita, deligendo vno ex prudẽtioribus cuiuslibet ſtatus ſiue guiethi non celebratã, ſed veteres conſules ſuos parentũ affines & amicos contra ciuitatis moram ex quadã, vt ipſi dicebant, inter eos firmata pactione eligebant. Aduerſus quos communitas, die, quo ſubſidiũ deliberatũ fuit, quæ ſecunda Iulii erat, circa ſolis occaſum inſurrexit, inter quos actores erant Petrus de la farre, Dn. Clergnẽt. Andreas de la Broſſe, vocatus Broſſet, Guirandus de Podio veteri, in vulgati Vaſconio dictus, de Peydouet, & plures alii ad numerum mille, & vltra, ſed non æquè principales rectores erãt, vt infra in ſententia inſerta continetur, qui per vias ciuitatis publicas paucis armatis circumcurſant ad iniurias & cædem, vt aliqui dicebant, cõſulibus & iuratis ac aliis regiis inferendum, & perpetrandum animati, quibus perditi plerique & nullius æſtimationis homines & pueri accedebant vociferantes, vbi ſunt nunc iſti latrones, cõſules vectigal nouũ, quod ipſi *rhenant*, appellant, imponere volentes; trucidare enim eos oportet, & altum communis plateæ puteum ex cadaueribus ipſorum repleri, clamanteſque more Tuſcorum & Apulorũ; *viuat, viuat Rex*, & communitas, quæ tandem in communi platea ſe contulerunt, manum à circumſtantibus leuare præcipiũt, eoſque & eorum partem ſequi aſtringentes. Et ne conſules † iuratique 39
conſiliarii ac alii officiarii à ciuitate nocte illa, vel ſequenti luce fugam arripere poſſent, ad clauium portarum ciuitatis cuſtodes ſeu clauigeros acceſſerunt, eiſque claues, quas pluribus noctibus ſeruandas quibuſdã ex ipſis tradiderunt, inter quos fuere præfatus Petrus de Peyleo Viet, Petr⁹ Darque, Ioannes Baſtart⁹, dictus trõpeta, & Petrus de domo noua remouerũt. Et exacta nocte ſe-

Digitized by Google

ſequenti die Lunæ, quæ tertia Iulii
erat, poſt initium lucis in diuæ Ma-
riæ Carmelitarum conuentu & pra-
tello eiuſdem in numero duorum
millium ad Campanarum Eccleſia-
rum eiuſdem conuentus SS. Hilarii
Fidis & Capraſi ſonum ſeu pulſatio-
nem, quæ ad hominum vocationem
ignis extinguendi cauſa fieri ſolet,
ſe congregauerunt. Ad quos eo
in loco nobilis Petrus Gaillardus,
Dn. de Buſconio ciuis plebi gratus
cauſa placandi & pacis inter eos cō-
ponendæ ſe contulit. Eoſque horta-
tus eſt vt ex ipſis aliquot magis
honeſtiores ab ipſis conſulibus ſua
prætenſa grauamina demonſtranda
eligerent; id quoque facere furi-
bunda plebs recuſat, declaranſq; o-
mnem plebem intereſſe velle. Et ſu-
bito ad communem ſeu publicā do-
mum acceſſerunt, per vias publicas
eridendo, *vbi ſunt latrones conſules &
virgas more bidellorū vniuerſitatū ante
ſe deferri facientes.* Sed cum illi conſu-
les ac cæteros ciuitatis conſiliarios
non inueniſſent, centū ex ipſis prio-
res ad ipſam communem domū in-
uitos conſules adducendū delege-
40 runt. Qui eoſdem conſules † ad do-
mos eorum & vias publicas ac ædes
ſacras circumquærentes, duos, qui-
bus nomen erat Raynaldus, alias
Theobaldus Iuris peritus, & integræ
famæ vir, & Petrus Abbrecombus in
diui Stephani æde miſſam audiētes,
violenter diuinaq; turbantes officia,
extra ad domum communem addu-
xerunt. Aliū autē, qui ad diui Domi-
nici piñaculū quo cōſurgeret nomi-
ne Armaniacū, ſutorē qui eos de ſe-
ditione increpuerat, eripiūt. Quidā
aliū nomine Ioannē de Brocha, pu-
blicū ſcribā in vicini domo abſcon-
ſum, per crines extrahi iubent, qui
præ timore mortis in ſuas caligas ſe
exſtercorauit, qui in deriſum poſteá
exſtercorator, ſeu iuxta eorum vul-
gare cacator vocatus fuit. Eoſdemq;
ac plures alios ciues priſonarios cō-
ſtituerunt, claues archiuorum à ma-
nibus conſulū, propterea quod in eis
priuilegia quædam repoſita eſſe di-
cebant, quæ libertati ciuitatis con-
gruerent, ac pariter ſeras archiuorū
ferreis inſtrumentis per vnum ex fa-
bris euelli conati ſunt. Statutorūq;
libros & rationum in numero quin-
que è domo communi exportari
per Antonium Rinhachum fece-
runt. Alias inſuper ſeditiones &
congregationes tam de die, quam
de nocte, quamuis ter à iudice
maiore, ne ipſas ſub mortis pœna
& bonorum confiſcatione facerēt,
admoniti fuiſſent, peregerunt. Itaq;
eo ſuperbię proceſſit populi furor,
vt omnes primores ſe mortuos eſſe
crederent. Cumq; Agenenſis † con- 41
ſiderantes ne per iuſtitiam male cum
eis ageretur, & peſſimorum faci-
norum pœnas luerent, ad aliarum
ciui-

ciuitatem & caſtrorum primores literas dant, ſuadentes ſuam ſocietatem profiteri, & eorum fœderis ac communis amicitię eſſe. Quorum literis habitatores caſtrorum S. Clari de Podio Mugio acquieuerunt, idẽ in eorum locis committens. Itaque quod cæteras Vaſconiæ ciuitates exemplo eorum, maxime in caſtro de Logmaine in comitatu Armaniacii exiſtente, contra conſules ac proprios dominos & officiarios regios, niſi quod hanc Aganenſium ſeditionem ad Chriſtianiſſ. principem Dn. noſtrum ſupremum prolatam, ac nonnullos commiſſarios per ipſum ad ſeditioſos puniendos deputatos intellexiſſent moneri, & ſe leuari omnes aiebant. Poſtquam per compita & diuerſoria vrbis Agenii diſpoſiti fuere ad cuſtodiam, præter cuſtodes ad portas ordinatos, ducẽtum & plus armati homines, ne noctu in eorũ lectis priſonarii ad Burdegalenſem curiam, vbi adornati fuerant, ducerentur. Sed hanc Aganenſium ſeditionem Rex Ludouicus Dn. noſter ſupremus, cuius anima requieſcat in bona pace, ægerrime admodum ferens illorum punitionem clariſſ. viro & illuſtri Dn. eiuſdem loci ac Petrigoricenſis Seneſcallo, conſiliario que & ipſius regis Chambellano, & nobili ac ſpectabili viro iurium Profeſſori Dn. Bertrando de Ghaſſaignes, Dn. loci Stansfortis enim in ſuprema Burdegalæ Curia conſiliario, & mihi Nicol. Boerii inter cæteros ſui ſacri regalis conſiſtorii conſiliarios minime per patentes literas commiſit & deputauit, de quorum punitione apparet per ſententias per nos commiſſarios antedictos datas, prætereа nobis ſic apud Agenenſes exiſtentibus, ſimiles populi commotio facta in Campania apud Trecenſes, ad quos puniendos potens Dominus de aurea valle eiuſdem Campaniæ gubernator, & nobilis ac clariſſimus vir, Dominus Petrus de la Verande iurium Profeſſor, & Eques, Conſiliariuſque, & magiſtrarũ requeſtratum regalis hoſpitii ordinarius, miſſi fuere, qui per eorum ſententiam duos principales ſeditionis auctores ad mortem in patibulo ſubeundam alioſque in emendũ retinentes condemnauerunt, quorum ſententia, quæ appellatione ſuſpenſa fuerat, per arreſtum fuit confirmata. Ac etiam profecto hoc anno apud Pannoniæ ſeu Vngariæ regnum fuit magna aduerſus eorum principem populi ſeditio, qui ſeuere puniri fecit eoſdem, vt in exemplo & hiſtoria impreſſa patet.

TERMINVS VIII.

PAcificus Fabr. im Namen Kl. J. bracht vor / daß er als angeſuchter von Klag. J. hierzu erfordert / hat ſich angedinget/vnd demnach einẽ ſchrifftlichen Gewalt von wegen Iſmael E. als abgefertigten vbergeben mit Bitt denſelben zu verleſen vnd zu agnoſcirn/ iſt geſchehen vnd verleſen worden / alſo innhaltende:

Wir V. & P. à T. &c. beyde bekennẽ hiemit/vnd thun kundt männiglich in Krafft deß Brieffs / daß wir in der peinlichen Rechtfertigung ſich erhaltende zwiſchen vns den Anklägern eins/ſo dañ P. Z. peinlichen B. anders theils/vnſern Vollkommenen Gewalt vnnd Macht vbergeben / vnnd zugeſtellt haben Iſmael E. vnſerm Diener zu A. Alſo vnnd der geſtalt / daß er auff jüngſten peinlichen Halßgerichts gehaltenen Receß in berührter peinlichen ſachen vor dem Halßgericht zu F. von vnſertwegen/vnnd in vnſerm namen vff den N. N. früh vor tags zeit erſcheinen. Erſtlich das Beyvrtheil anhören/davon Copey bitten/vnnd im Fall daſſelbig wider vns ergehen ſolt/ davon an gebührende orth appelliren/ die Appellation proſequirn oder Commiſſarien zu verordnen bitten/ Commiſſion außbringen / vnd ſonſten alles anders thun vnd handlen ſol / daß der ſachen notturfft vnd den N. N. gehaltenen Receß erfordern wird. Gereden vnd verſprechen hierauff / bey vnſern wahren Worten/ was gedachter J. E. auff beſtimten Termin von vnſert wegen handlen wirt/ daſſelbig ſtett / veſt/ vnd jhnen ſeiner Anwaltſchafft ſchadloß zu enthalten / alles getrewlich vnnd ohngefehrde / zu wahrer Vrkundt hat vnſer jeder ſein angeborn Inſiegel auffgetruckt. Datum, &c.

Demnach hat klagender Procurator/dẽ Jüngſt geſprochenen Beſcheidt zu volg vmb Eröffnung deß angeſteltẽ interlocuts gebetten.

Deß Beklagten Procurator hat ſich angedingt/iſt durch ein Beſcheydt zugelaſſẽ/bracht vor / daß er deß vermeinten Puncten halben in der Vollmacht vermeldet/zu conſtituirn / vnd zu willigen nicht wüſte / daß deren Appellation darin gedacht worden.

Klag. J. haben nachmals vmb eröffnung deß gerichtlichen vorangeſtelten interlocuts gebetten.

Interlocutoria.

In der peinlichen Rechtfertigung zwiſchen denen à T. Klägern eins vnnd dann P. Z. peinlichen Beklagten / Anders theils iſt nach Klag vnd Antwort/ beyderſeits geführter vnnd angehörter Zeugen außſag / auch allen andern Schrifftlichen vnnd Mündtlichen / vor vnnd einbringen / durch Schöpffen vnd Vrtheiler dieſes peinlichen Halßgerichts / eintrechtig zu

recht

recht erkandt/daß auß beweglichen vnd rechtmäſſigen Vrſachen die Klag. Junck. mit jhrer begerten Reſtitution in integrum vnd dann die newe gebettene Commiſſion rechtswegen nit zuzulaſſen/ ſondern/ ſoll jhnen dieſelbige abgeſchnitten vnd aberkandt ſeyn vnd bleiben/ vnd ſoll gemelter P. Z. ferner im Rechten zu procedirn hiemit zugelaſſen werden/ ferner darauff zu ergehen/ was recht iſt.

B. hat gebetten vmb einen andern Terminum, endtlich in der ſachen zu beſchlieſſen.

Klagender J. Gewalthaber/ hat vmb Abtritt gebetten/ bracht weiter vor/ daß ſich ʒ Klagende Junckern à T. diß jetzo geſprochenen Vrtheils vnnd Beſcheidts nicht verſehen / Aber wie dem muß er dißmals bey dem erwinden laſſen.

Dieweil es aber S. G. J. in mercklicher beſchwerung gereichen thut / als will er von derſelben Krafft vnd Einkommen Gewalts in pede, darvon an Orthen vnnd Enden / dahin es ſich gebührt/ prouocirt vnd appellirt haben/ vnd bitt/ es wolt ein erbar Gericht jhme deß jetzt gefallenen Interlocuts Copien/ vmb die gebühr mittheilen / damit er ſolches S. g. Jun. hab vorzuzeigen/ auch mit Anſtellung eines kurtzen Termins verſchonen/ damit S. g. J. in dieſer Sachen nicht vbereylt/ oder geſchnellt werden möchten / will auch S g. J. in dieſer Sachen nicht vbereylt / alle Notturfft gegen diß jetzt geſprochen Interlocuts bey vnnd vorzubringen / per expreſſum vorbehalten haben / darvon er offentlich proteſtirt / bitt nachmals deſſen Copia.

B. antwort / demnach der Klag. J. Anwaldt von dieſem Vrtheil zu appellyren ſich anmaſt/ ſo will er darwider hiemit für einem erbarn Gericht offentlich proteſtirt haben / vnnd zu dem daß der B. Armuts halben ſich keiner Notarien noch Zeugen gebrauchen kan / ſo gedenckt er ſich auſſerhalb dieſes Gerichts nirgendts einzulaſſen/ ſondern bitt auffm fall die Klag. Jn. ſeine Sachen mit vngrundt ſerv vnglimpffen/ vnd die ſachen anderswo anhängig machen möchten / einen proteſtation Zettel / darinn die vrſachen begriffen ſeyn worden / deßwegen ſie zu appellirn kein fug haben/ anzunemen vnnd zu verhandlen wo daſelbſt jnnen würdt gebetten werden / bevorab / dieweil nicht gebräuchlich / da es gleich Adeliche Perſonen wären / daß ein peinlicher verdampter von der Hauptſachen appellire/ So will ſich auch nit gebühren von einem Beyvrtheil zu appelliren. Derowegẽ ſo bitt nachmaln Bekl. einen förderlichen Terminum ſchrifftlich vnnd mündlich zu beſchlieſſen/ anzuſetzen / Sintemal einem Erbarn Gericht wol bewuſt/ daß von der Zeit beyderſeyts einbrachten ſalua-

Kkkk 2 tion,

tion,probation,vnd exception, vber die 8.gantze Wochen verlauffen/ vnnd den J.auff jhr begehren / deß damals angeſtelten peinlichen Halßgerichts/4. gantzer Woche iſt prorogirt vñ auffgeſchoben worden. Auſſm fall aber die Sachen länger auffgeſchoben werden ſolten/ſo bitt er vermöge der peinlichen Halßgerichts Ordnung der Klag. Jun. Diener in gleiche verhafftung/da Bekl.ſitzt vnnd geſeſſen hat/zubekommen/ ſetzt ſolches zu rechtlicher Erkantnuß.

Klagẽder J. Anwald läſt die vermeinte vnnd vbergebliche Proteſtation auff jhrem Werth vnd Vnwerth beruhen/ will dieſelben im namen S. G. J. generalibus iuris abgeleint/ vnnd dero widerſprochen haben/für eins. Zum 2. ſagt Anwaldt/ daß S. G. J. mit nichten gemeint/ jhre gethane Appellation mit Vngrundt außzuführen/ oder dieſelbige gegen dem peinlichen B. vorzunemen / Alſo will man ſich auch nicht verſehen / daß auff deß peinlichen B. bitten vnnd begehren gegen Klagend. Junckern Anwalde ſolte mit Gewalt vorgenommen / oder wie gebetten/ gebahret werden / dann peinlich B. nicht ſein deß Anwalds/ ſondern S. G. J. gefangener iſt / repetirt dennach in kurtz ſein voriges einbringen/vnnd nach dem ſeine G. J. einander weit entſeſſen / vnd alſo in eyl nicht ſtattig zuſammen kommen mögen/als will er ſich nochmaln verſehen/ es werde deren anſtellung eines kurtzen Terminus/angeſehen / daß jetzt auch Ferien vnnd heylige Zeit einfallen / in der man nicht Gerichtlich zu handeln pflegt / gerichtlich verſchonet werden/ vnd bitt nachmals jhme Copiam / S. G. J. habe zu berichten/ vmb die gebühr zu decerniren vnd zu erkennen / vnnd ſetzt es nachmaln zu beſcheydt.

B. Was die Ferien anlangt / das ohn das andere gerichtliche Sachẽ eingeſtelt werden/hette der Klag. J. Advocat / deſto beſſer fug dieſer Sachen abzuwarten/ vnnd weil es in den Terminis beruhet / daß den J. gebührt hette/ gegen deß B. P. Z. Saluationes zu excipirn, vnnd wider ſeine exceptiones aber zu replicirn / vnnd in euentum zu concludirn, ſo haben ſie darzu gehabt / anfänglich 3. gantze Wochen/ vnd iſt auff jhr begeren derſelbige Termin auff 4. Wochen erſtreckt / vnnd mangelt nicht viel / ſie hetten noch 4. Tag darüber gehabt / bitt derwegen/ wie zuvor vmb ein fürderlichen Terminum.

Klag. Anwald repetirt ſein einbringen vnd ſeine Appellationes,&c.

Sententia interlocutoria.

Nach allem heutigẽ beydes ſchrifftlichen vnd Mündlichen ein vnnd vorbringen/beyderſeits peinlicher Anklag. J. à T. gevollmächtigter/ auch peinlich B. P.

B. P. Z. geordneten Anwaldts / andern theils / erkennen Vrtheiler vnnd Schöpffen dieſes peinlichen Halßgerichts/jhnen hiemit einen andern peinlichen Rechtstag/nemblich den N dieſes Jahrs zu procedirn/ vnd wie recht/ zu verfahren/ernent vnd angeſetzt ſeyn.

Es ſollen auch jhnen des nächſt geſprochenen/vnnd dieſes gebettenen Interlocuts Copien zuerkandt/vnnd vmb die gebühr mitgetheilt werden/ fürter zu ergehen vnd geſchehen was recht iſt.

NOTABILE I.

Argumentum.

Qualitas perſonarum & cauſæ in eiuſmodi congregationibus puniendis vel remiſſius plectendis, conſiderari debet.

SVMMARIA.

1 *Perſonarum qualitas in dilictis puniendis attendi debet.*
2 *Cauſa qualitas in delictis puniendis conſiderari debet.*
3 *Priuata inimicitia excuſat à rebellionis pœna.*
4 *Amicos & cognatos conuocare quando ſit licitum.*

QVarto iuxta prædicta præmitto, quod in talibus congregationibus puniendus vel remiſſius coplectendis debet conſiderari qualitas perſonarum & cauſæ. *l. aut facta.* §. *cauſa &* §. *perſona. & ibi* Dd. *ff. de pœn.*
1 & de qualitate † perſonæ patet, quia ex perſonis hominum dicta penſamus. *l. 1. C. ſi quis imperat. maledix. & l. famoſi* §. *1. ff. ad l. Iul. maieſt. & l. fi. ff. de act. & obligat. & l. ſi quis aliquid* §. *auctores.* ibi, *pro qualitate dignitatis. ff. de pœn.* Ideo ſi prolata fuerint aliqua verba contra principem tempore ſeditionis furore durãte, veluti quod ſe alteri regi ſcil. Angliæ, vel Arragonum redderent, ſi vellet rex noſter eos ſubſidiis opprimere, vel cõtra conſules, & conſiliarios ciuitatum, dicendo quod eos occidere oportebat, & puteum corporibus eorum repleri totum, vt aliqui Agenenſ. dicebant, veniunt in conſideratione, quia lubricum linguæ ad pœnã facile nõ trahendũ *d. l. 1. & l. familia.* §. *1.* & olim præpoſiti, laborum corrigebant eos, qui male loquebantur de principe, vt not. gl. ſuper *rubr. C. de prab. lab. lib. 12.* tamen ſi nobiles Burgenſes & alii diuites hæc di-

dicerent contra principẽ magis eſſent puniendi, quam ciues plebeii & pauperes, vt voluit Martin. Laud. *in dict. tract. de crimine læſæ maieſtatis* *§. 36.* alleg. Bald. infra. l. 1. C. *de cond. & prac. libr. 11.* tamen genus iſtud maledicendi ſub crimine læſæ maieſtatis non comprehenditur, vt *d. l. iuris.* & tenet Dn. Stephan. Buynardus *in d. l. quiſquis in 1. notab. verſ. ſecundo dictum notabile.* De ſe-
2 cundo, † ſcil. de qualitate cauſæ patet per text. *in l. mulier. ff. rer. amotar. & d. l. 2. ff. vi bonor. raptor.* text. in *l. Pomponius in ff. de negot. geſt.* & Oldrad. in terminis. *in conſil. 315. in fi. verſ. ex præmiſſis itaque apparet.* & hoc probatur *num. 20. cap. in princip.* quod cum populus, aqua indigeret, conuenerunt aduerſus Moiſen, & Aaron, *& ver. in ſeditione dixerunt. Quare nos feciſtis aſcendere de Ægypto, & eduxiſtis in locum iſtum peſſimum, qui ferri non poteſt, nec gignit, nec vineas, nec mala granata, in ſuper & aquam non habet, & tunc Moyſes & Aaron orauerunt pro populo, & exaudiuit Dominus clamorem populi.* Vel ſecundum Bald. quando inimicitia eſt priuata, non præſumitur talia fieri contra principẽ vel rempu. ſed ſolummodo vt priuatis à priuato ſe defendat, textus eſt celebris *in l. ſi quis ingenuam §. in ciuibus. ff. de capt.* licet ipſe idem Bald. teneat contrarium poſt Innocent. *in ca. 1.*
3 *de offic. deleg.* Sed Bartol. tenet primũ † quod priuata inimicitia excuſat à pœna rebellionis *in l. hoſtes. ff. de cap.* cuius ſententia videtur humanior ſecundum Martin. Laudenſ. *in tract. de crimin. læſæ maieſt. §. 21.* & hoc fere non inductum eſt. Quia, vt ait Ariſtot. congregat. ſeparatiſſimos communis timor, vnde ſecundum Bald. *in d. conſil.* 150. hæc conſuetudo inoleuit, vt *de pace iuram. firm. §. conuenticula.* cum ibi notat. quia ſi quis vult diuidere aliquam cognationem, debet ei reſiſti ſaltem conſulendo. *l. poſſeſſor. C. commun. vtriuſque iudic.* Nam qua mente aliquid fiat, animaduerti conuenit, alleg. text. *in l. ex charitate amicitiæ. ff. ad exhibend.* quam non inueni ibi, quia amicus amico vult bona. *l. officium. C. de negot. geſt. & d. l. 3. §. cum igitur. de vi & vi armat. & Heſt. 5. cap.* vbi *Aman reuerſus ad domum, conuocauit ad ſe amicos, ex eo, quod Mardochæus ſedens ei non aſſurgit,* & etiam habetur *Luc. 25.* vbi Dominus qui ovem perdiderat, & inueniens conuocauit amicos & vicinos, ex 2. *Machabaor. 7. cap.* vbi Iudas Machabæus, & qui cum illo erant, conuocauerũt cognatos & amicos, &c. & idem tenet Cardin. Alex. *in d. §. conuenticula. col. 2. verſ. vnde ſi aliquis, & c. de pace iuram. fir.* & per prædicta, & alia per ipſum Bald. adducta *in d. conſ. 130.* decidit, quod ſtante † conſtitutione & decreto Domini diſpone-

ponente, quod nullus audeat, vel præſumat palam vel ſecrete, directe vel indirecte, vel aliquo quæſito colore contrahere & fabricare, nec modo aliquo celebrare adinuicem aliquam ligam, vnionem, confœderationem factam, vel conuenticulari, nec vllam conuerſationem vel conſpirationem ſub pœna æris & perſonæ, eiuſdem Domini arbitrio imponenda, &c. quod ſi aliqui ne eorum amici de ſtirpe domus diuidantur inter ſe ad inſtantiam quorundam, acceſſerint ad quendam locum, vbi plurimos conuocauerint, & congregauerint, qui inter eos hæc verba habuerunt & protulerunt: Amici vos cognoſcitis, & nos cognoſcimus inſtigationes & aſtutias illorum de Gambarinis; qui volunt vos diuidere, & quia virtus vnita fortior eſt ipſa diſperſa, rogamus vos, vt eis non credatis, nec aliqualiter adhærere velitis. Quinimo veſtro ſolito more in defenſionibus & offenſionibus, vbi offendi vobis velint, eſſe debeatis in idem, alias in finalem conſumptionem faciliter incurrere poteritis, &c. quod non debeant puniri, ſed eorum pœna eſt ipſi principi reſeruata, qui pro motu animi ſui ſit declaraturus cui nihil poteſt aliud, quam perſuaderi, quod imponat pœnã pro motu, & pietate animi iuxta modicitatẽ nõ enormẽ.

N o t a b i l e II.

An licitum ſit populo ſe congregare ſine ſuperioris aut ſuorum iudicum antoritate.

S V M M A R I A.

1 *Populus quando licite poßit ſe congregare ſine ſuperioris aut ſuorum iudicum auctoritate.*

2 *Monachi an poßint licite iurare ſe defenſuros aduerſus quemlibet monaſterii bona diripientem.*

3 *Congregationes laicorum an ſint licitæ.*

4 *Congregatio licita cenſetur, cuius finis licitus reperitur.*

5 *Guelphis ſua permittuntur ſtatuta, & Gibellinis ſua.*

6 *Seditioſi non dicuntur, qui regimen tyrannicum perturbare nituntur.*

7 *Tyrannus in populo ſibi ſubiecto ſeditioſus eſt, & ideo expellendus.*

1 QVinto iuxta pręmiſſa præmitto; an populo † licitum ſit ſe congregare ſine ſuperioris aut ſuorum iudicum auctoritate? videtur quod non: vt probatur 1. *Machab.14. ante finem, ne liceat vlli ex populo & ex*

ex ſacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his, quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione ſine ipſo, & veſtiri purpura. Sic & etiam *Pſalm. 15. non congregabo conuenticulam eorum.* & *in auth. de mandat. princip. §. deinde conueniens. & §. deinde competens. collat. 3. & in l. denunciamus. C. de his qui ad eccleſ. confug.* tenet Abb. poſt Hoſtienſ. *in d. cap. fin. de teſt. cog.* & Dd. per illum text. *in l. conuenticulam. C. de epiſcop. & cleric. & in d. §. conuenticulas.* & Cardin. Alex. *in cap. illud. col. 5. & 23.* & ita habetur in ſtylo & libro conſuetud. & ibi per Aufrer. *in tit. quor. cogni. pertin. ad regem.* tenet Ioan. Faber. *in l. addictos. C. de epiſcop. audient. & in l. 1. de offic. milit. iudic.* & Innocent. *in cap. ſignificaſti.* & ibi per Dd. inſuper Felin. *de offic. delegat.* & bonus text. *in aut. vt neque miles, neque fœdera coll. 8. & in cap. 1. & 3. cauſ. 23. q. 3.* In contrarium quod poſſit ſe congregare, vt voluit gl. *in d. §. conuenticulas.* vbi dicit, quod de conſuetudine ciuitatis faciunt iuratas confœderationes: maxime in Italia & in ciuitatibus expreſſis in pace conſtantiæ, & præcipue ſi fiat ſuper licito tangente communitatem, vt puta vt clerici non permittant epiſcopo res Eccleſiæ alienare, vt tenent Archidiac. Petr. de Anchor. & Philip. Franc. *in d. c. conſtitutionem. de verb. ſignif. in 6.* in illa quæſtione, an monachi † qui videntes 2 ſuum monaſterium in temporalibus labi ex dilapidatione Abbatis, iurauerunt in ſimul ſe iuuare, & defendere pro poſſe, tam contra abbatem, quam contra quamcunq; aliam perſonam monaſterium deſtruentem, dicantur coniuratores à re probari, vbi concludit, quod ſi ea cauſa de præſenti & communi contra prælatum & ſuperiorem, quia iã dilapidabat, & male tractabat perſonas, & bona monaſterii, quod poſſit fieri prædicta cõuentio, ſed ſi cõtra ſuperiorẽ nihil apparet de præſenti iniuſtũ vel præſumptũ, quod tũc non licet ſubdito coniurare vel cõſpirare contra prælatũ, per *d. ca. conſtitutionem.* quia iſtæ conuentiones alliciũt ſubditos ad peccandũ, & ad iurgia, quæ licet per ſe non ſint mala, tamen quia malum ex eis ſequi poteſt, reprobantur à iure, vt not. *in c. ſi Chriſtus. de iureiur.* & tenet Luc. de penn. *in l. magiſtros col. vlt. C. de profeſſ. & medic. li. 10.* & Ioan. Faber. *in l. 1. C. de monopol.* & Andr. de Iſern. & Cardin. Alex. *in d. §. conuenticulas.* & Dd. *in l. per iniquum. C. de iuriſd. omn. iudic.* & Bartol. *in l. fin. c. de colleg. illicit.* & Hoſtienſ. *in ſumma tit. de iureiur. §. ſed an ſit licitum.* & Bald. *in d. conſil. 130.* & ideo iſtæ fraternitates † quæ fiunt 3 per laicos, ſiue mares, ſive mulieres ad bonum ſunt licitæ. De quo per Archidiac. *in c. ſi quis deſpic. diſt.*

deſt.41.& Felin.poſt Abbat.Sicul.*in c. accedens.col.1.& 2. de præſcrip.* vbi Felinus ponit ſigna cognoſcendi collegia licita,tamen requiritur, quod iſtæ conuenticulæ mercatorum ſint auctoritate ſuperioris approbatæ vel confirmatæ, vt not. Bartol. *in l. fin.de colleg.illicit.& in l.1.§.1.*ſub prætextu,*de extraord.in crimin.*vbi etiam dicit,quod ſuperior poteſt mandare collegiis, vt portent ſibi ſtatuta collegiorum ſuorum. De quo plene per Card.n.Alex.*in d.§.conuenticulas. col.2.*vbi ponit regulã, quod omnia collegia,congregationes &ſodalitates ſunt prohibita*l.1. in princ.ff. de colleg. illicit.* Vnde ſecundum eum
4 † per finem licitum licita cognoſcitur congregatio, & contra per finem illicitum, quod ſit illicita.*l.ſi à reo §.fin.ff.de fideiuſſor.* & per Ang. *in conſil.370.col.1.*& Ludou. de Rom. *in conſ.37.*At huiuſmodi confratriæ ſolent de ſtylo F.per ipſum principem approbari. Et ita tenet Bonifac. de Vitalin.*in tract. maleſic.tit. de colle illicit.*vel ſecundum Bart.*in tract.de Guelphis. & Gibellinis. in 3.princip. quæſt.* quando cõgregationes tẽdunt principaliter ad bonum publicum, vt ciuitas recte & quiete gubernetur, licet tamen non poſſit aduerſariis reſiſtere,niſi ſub vno partialitatis nomine, vt G.& G.communitatis, tũc licitum eſt communi ſe congregare, & ideò dicit Bal. *in l. 2. §. deinde cum eſſet.ff.de origin.iur.* quod plebeii poſſunt ſibi facere legem de per ſe: & magnates de per ſe. Et ſic ſecundum cum G. † poſſunt habere ſua 5
45 *Seditio Chore qualis fuerit, & qualiter perierint, qui in ſeditione fuerunt.*

46 *Plaga Iſrael ceſſauit, Moyſe & Aaron pro populo orantibus.*

47 *Seditioſis toto conatu reſiſtere licet, etiam eos occidendo.*

48 *Conſulatum ſibi propter ſuam nobilitatem vſurpare volentes ſunt fuſtigandi, & poſtulatis priuandi.*

49 *Agenenſes ſeditioſi de quibus arguantur.*

50 *Perſonæ honeſtæ non ſunt fuſtigandæ, ſed viles bene.*

51 *Lapidem jaciens ex laſciuia, ſi aliquem interfecerit, mitius puniri debet.*

52 *Tumultu per accidens incidente, pœna pecuniaria locum habet, & non corporalis.*

53 *Aurelianenſes clamantes aduerſus ſcholares, moriantur vel occidantur, pecuniaria pœna mulctati ſunt.*

54 *Malitia creſcente debet etiam pœna augeri.*

55 *Seditioſi vtcunque ſunt excuſandi, ſi magiſtratus aut conſulum auctoritate ſeditionem fecerint.*

56 *Clerici in epiſcopum proprium ſeditioſi, depoſiti traduntur curiæ ſeculari.*
Extrahentes aliquem de Eccleſia, crimen læſæ majeſtatis incurrunt.

57 *Majeſtatem cœleſtem offendentes, grauius puniuntur, quam qui temporalem.*

58 *Pœna extrahentium aliquem de Eccleſia qualis ſit hodie de jure canonico.*

59 *Mulieres tempore guerræ poſſunt ciuitatem tueri & defendere.*
Carcaſſona ciuitas à Carcaſſa vetula dicta eſt, quod ſola eam ciuitatem defenderit.

60 *Mulieres poſſunt crimen læſæ majeſtatis committere.*

61 *Mili-*

61 *Milites ex propoſito & doloſe ſeditionem facientes, in exercitu belli debent capite plecti.*

62 *Patrem velle filium mori non eſt veriſimile.*

63 *Miles qui per laſciuiam aliquibus rixantibus ſeditionem fecerit, militiæ gradu priuari debet.*

64 *Pugilum fortitudo clamoribus incitatus & ſermo imperatoris paratos ad prælium acies, acutosq; mucrones accendit.*

SEptimo & vltimo præſuppono qualiter contra ſeditioſos, & cõſpiratores & ſimiles ſit procedendũ & quomodo probetur rebellio & ſeditio. vide Ang. Aret. *in tract. maleſ. in gl. che hei tradito. in prin.* vbi dicit, quod quamuis iſtud † crimen ſit enorme & graue, vt probatur in paſſione Dominica *Luc. 23.* vbi Iudæi accuſabant Ieſum Chriſtum benedictum, dicẽtes: *Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, &c.* vt ibi ſequitur; *At illi inualeſcebant, dicentes, commouit populum, docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à Galilea vſq; huc, &c.* Sic etiam D. Paulum vt *Actorum 24. Inuenimus hunc hominem peſtiferum, & concitantem ſeditionem omnibus Iudæis in vniuerſo orbe, & auctorem ſeditionis ſectæ Nazarenorum, &c.* ita quod appellari non poteſt. *l. conſtitutiones.* & ibi Bartol. Angel. Aret. & Modern. *ff. de appellation.* & Alex. *in addition. ad Bartol. in d. leg. ſi quis à filio. §. hi autem. ff. de iniuſt. rapt. teſtament. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hæredit.* & Ioã. Andreas Archid. & ſequac. *in cap. felicis. de pœn. in 6.* licet ſecundum Bartolum *in leg. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict.* appellatio p judicem, † tenet Alexand. *in d. §. hi autem.* & Martin. Laud. *in d. tract. de crim. læſæ majeſt. §. 7.* tamen procedi non poteſt ad torturam, niſi præcedentib. indiciis & aliis præſumptionibus. per text. gloſ. Cyn. Bart. Bald. Angel. & Salicet. *in l. ſi quis alicui C. ad leg. Iul. majeſt.* & ipſis præcedentibus omnis poteſt torqueri nullo priuilegio obſtante, ſiue ſit miles armatæ ſiue cœleſtis militiæ, ſiue Dd. *cap. 1. de depoſ.* & Barbat. *in conſ. 43. col. 4. verſ. & ſi quiſpiam. leg. 1.* & text. *in leg. nullus.* & ibi omnes. *Cod. ad leg. Iul. maieſt.* & contra ſeditioſos proceditur per viam inquiſitionis, vt in *authen. de mandat. princip. §. final.* & ibi Angel. pro hac alleg. *leg. 1. in fine. Cod. de abolit.* & aduertendum eſt ſecũdum Angel. ibi, quod de hoc crimine † ſeditionis vnius ciuitatis, puta Peruſij, non poteſt cognoſcere Judex Florentiæ, per tex. ibi quia de ſeditione commiſſa in ciuitate Conſtantinopoli non poteſt præſes prouinciæ cognoſcere, ſed debet in-

Digitized by Google

quirere&inueſtigare diligenter,cõ-
tra facientes ſeditionem & ipſos ad
ciuitatẽ remittere, quod eſt ſingula-
re, quia regulariter delictũ alibi cõ-
miſſum poteſt hic puniri, vt volunt
Dd. *in l. 1. C. vbi de crim. agi oport.* &
per Bart. *in l. ſi cui. §. cum priuileg. ff.
de accuſa. & dixi in* §. 24. *in gloſſ. 1. de
iuriſd. omni iud. lib.* conſuetui. Bitu-
rig. Sed facilius inquiritur contra v-
niuerſitatẽ, quam contra ſingulares
perſonas, quia delictum magnę vni-
uerſitatis non poteſt eſſe, niſi noto-
rium, & famoſum *leg. iuſtiſſim. u. C. de
offic. rect. prouinc.* & tenet Alex. in ad-
dit. ad Bart. *in l. aut facta. §. nonnun-
quã. de pœn.* & hoc verum ſecundum
Bartol. ibi. *ſi vniuerſitas delinquit, vt
vniuerſitas*; quia propoſito & delibe-
rato conſilio hoc fecit, vt infra dicã;
ſecus ſi non propoſito & deliberato
conſilio, quia tũc debet inquiri cõ-
tra ſingulos atque ſingula. Paul. de
Caſtr. *in d. cõſ. 315. col. 6. v. 2. pars ver-
bor. volum. antiqu.* vbi conſuluit pro
cõmunitate Ianuenſium, quæ tunc
tranſtulit dominiũ ciuitatis Ianuen.
in regem Franciæ, vt ipſe refert ibi,
col. 1. v. nunc ad propoſitum. & idem
tenet Paul. de Caſtr. *in conſ. 105.* incip.
in cauſa Sfortij vel nouo. ideo dicit
Bald. *in l. 1. §. final. ff. de iuſtit. & iur.*
4 quod delictum † quod fit per decem
homines, vel ſupra eſt notoriũ, vnde
ſecũdum Bar. *in ſuo tr. de Guelph. in 4.
quæſt.* quis poteſt probari eſſe de af-
fectione Gibellinorum vel Guel-
phorũ, vel illis adhęrere, quando ex-
preſſe dicit ſe eſſe illius factionis, ꝙ
ſufficit, nemo n. videtur dicere, ꝙ
mente non agitauerit, *l. labeo. ff. de
ſuppellect. leg.* vel quia illi parti faue-
bat in conſiliis & in armis, ac in aliis
factis. Et in hoc intelligit in factis
voluntariis, prout faciebat nobilis
vir & eques veteranus Bertrand. de
forces eiuſdem loci dominus, qui in
conſiliis & aliis fauebat cõmunitati
ſeditioſæ Agenenſi, & pro ipſa vni-
uerſitate iuit erga Chriſtianiſſ. regem
noſtrum, & pro hoc text. *in d. l. 1. de
ſeditioſ.* ibi, *publicam diſciplinam de-
fendere fortaſſe tẽtauerint, &c.* quod
exponit Ioan. Fab. ibi de facto. & nõ
de jure, vt infra dicã. Quia vbi pro-
ceditur † per viam juſtitiæ, aduoca- 5
tus conſulẽdo jure, aut plebiſcitan-
do, non tenetur, ideo D. Nicol. Ber-
trand. I. V. D. qui fuit aduocatus pro
dicta communitate coram nobis cõ-
miſſariis antedictis teneri nõ poteſt
de conſilio, & etiam ſtatim dimiſit il-
los. Ideo intelligendum eſt de conſi-
lio fraudulento circa ſeditionẽ faci-
endam, aut poſt factam & cõmiſſam,
defendendo verbo & facto. *leg. con-
ſilij non fraudulẽti ff. de re judicat.* &
in regno nullus ex conſil. & ibi dixi
poſt Dyn. *eod. lib. 6.* bonus textus eſt
in l. aut facta in princi. ibi, *conſilia ac
cõiurationes. ff. de pœn.* & Collec. *in c.
num. per.* & ibi per Dn. Celſum, Hu-
gon.

gon. *in additio. de ſentēt. excommun. & in c. ſane de renunciat.* & tractatus & conſpiratio per cōplices & ſocios criminis poteſt ꝓbari, vt not. Bald. *in l. quemlib. c. de teſtib.* maxime quæ fit contra principem, tenet Martin. Laudenſ. *in d. tract. de crim. læſ. maieſt.* §. *8.* volens ibi *in §. 11.* quod contra notorie tenentes ciuitates Eccleſiæ Roman. ſine citatione proceditur ad ſententiam, alleg. Bald. *in proœm. feudor.* & laicus contra clericum in crimine læſæ maieſtatis poteſt teſtificari vt tenet gloſſ. *in ca. cum P. Manconella. de accuſa.* & Martin. *vbi ſupra §. 27.* de quo per omnes *in d. c. P. Manconella.* His prǽſuppoſitis venio ad ſolutionem quæſt. † qua pœna de jure puniatur populus, collegium, capitulum vel vniuerſitas ſeditionem, rebellionem & tumultum faciens, aut aliud delictum committens, circa quam Dd. infra allegandi mouēt plures quæſtiones, quas omnes per vnam claram diſtinctionem, & breuem, omiſſis argumētis comprehendam. Ideo aut agitur de ſeditione facta in ciuitate aut in acie ſeu bello. Si in ciuitate, tunc aut vniuerſitas delictum committit in omittēdo aut in faciendo: ſi in omittendo, & tunc vniuerſitas poteſt vere & ꝓprie delinquere, vt tenet Cyn. *in l. ſi quis in tantam. col. 3. v. ſed pone iuxta hoc. Cod. vnde vi.* vbi mouet & iſtam quæſtionem etiam Bartol. *in l. aut*

6

facta. §. *nonnunquam. ff. de pœn.* & Salyc. *in d. l. 1. C. de ſedit. in 1. q. 2.* & Ant. de Butrio & Abb. Sicul. *in cap. dilectus. 2. col. pen.* & ibi Iohan. de Anan. *col. 3. de ſimon.* & ſecundum ipſos punitur totum collegium ſeu vniuerſitas, licet ſecundum Salycet. nulla conuocatio & conſilij deliberatio fuerit facta. *l. jubemus nullam nauē. C. de SS. Eccleſ.* & ratio eſt, quia licet negligentia regentium vniuerſitatē hoc contingat, tamen ipſa vniuerſitas dicitur negligere, vt *d. l. iubemus.* & negligentia illorum, quibus mandatur, non excuſat mandantem *leg. procurat.* §. *tutores. in fi. ff. de mandat.* Si vero in faciendo † & committendo, & tunc aut per modum vniuerſi, 7
vt quia populus & vniuerſitas conuocata extitit per ſonum campanæ vel tubæ, vel alio ſimili ſigno, more ſolito. *le. 2.* iuncta glo. *C. decurio. lib. 10.* & conſilio deliberato ad hoc delictum committēdum proceſſit, dicitur delictum committere, alias vniuerſitas ipſa non dicitur committere, ſed ſingulariter, ſing. text. eſt celebris *in l. ſemper.* §. *ſi in ſepulchro. ff. quod vi aut clam.* & hoc eſt, quod vult gloſſ. *in l. ſi ex dolo* §. *1. ff. de dolo.* & expreſſe *in l. aliud* §. *aufertur. ff. de regul. jur. & in le. ſicut. ff. quod cuiusq. vniuerſ. nō.* & Salyc. *in d. l. 1. in 4. quæſt. de ſedit.* & Bartol. *in d. l. aut facta §. nonnunquam verſ. vlterius quæro.* & Ang. *in l. metum. §. animaduertendū.*

Vuuu 3 *ff. quod*

ff. quod met. cauſ. & ſingul. Oldrad. *in conſ. 315.* & gl. *in prog. ſanct. in t. de numero Cardinal. in verb.* ibi, *collegialiter.* & etiã *in tit. de interdict. in princ. in verb. locorum.* & Paul. de Caſtro *in conſ. 105.* incip. *in cauſis Sfortij verſ. vxorũ.* & Dyn. *in reg. delictum. perſonæ.* & quæ ibi dixi *in addit.* & poſt me D. Celſ. Hug. *de regu. iur. in 6. & Coll. in cap. plerumq̃. in pen. quæſt.* & ibid. Celſ. *de reſcript.* & ample Hieron. de Tortis in *d. conſ.* in fauorem Florentinorum edito, *col. 2. in princip.* vbi refert Ioan. de Lignan. *in clem. 1. de pœn.* ita dixiſſe coram ſummo Pontifice & Cardinalibus in ciuitate Bonon. facit text. & quod not. ibi Bart. *in l. actuarios. C. de num. & chartul. li.*

8 *12.* Quod ſyndicus creatus † non cõgregata vniuerſitate ad ſonum campanæ, vel alio ſigno, vel non congregata in loco, vbi alias cõſueta fuerat congregati, vel non congregata de mandato ſuperioris prout conſueuerat, non dicitur legitime ordinatus, & ita dicit de facto ſe obtinuiſſe, & idem Ant. Corſ. *in ſingul. conſuetudo.* Ita etiam quod ſi omnes ciues velo eleuato, & vexillo erecto, & pulſata prius campana iuiſſent ad hoc faciẽdum, non dicitur vniuerſitas delinquere, ſi deliberatio non proceſſerit. Et iſto caſu illi, qui convocauerunt & eleuauerunt vexillum, & cãpanam pulſauerunt, dicuntur incitatores perſonarum, & tenentur tã quam ſeditioſi, ſecundum Bart. *in d. §. nonnunquã.* & Salic. *in d. l. 1. in 3. qu. de ſeditio.* & Abb. Sicul. *in d. c. dilectus in quæſt. pen.* & ibi Ioan. de Anan. *col. 5. qu. 3. & col. ſeqq. verſ. dicit etiam per notat. in cap. cum omnes de conſtit.* & idem Felin. *in d. c. dilectus. col. vlt. v. 6. in quantum & omnes, &c.* vbi hoc limitat tribus modis. Primo, vt habeat locum in delicto † quod conſiſtit in 9 faciendo ſecus in omittendo, in quo non requiritur conſilij deliberatio, vt ſupra *in 1. memb.* dixi. Secundo, conſiſtit verum in delicto, quod nõ habet tractum ſucceſſiuum, ſicut eſt homicidium, & ſimilia; ſecus ſi eſſet delictũ continuatum, vt rebellio, guerra, tolerantia præſidis erga ſubditos opprimentes, vnde in iſtis credit, quod ſine deliberatione & pulſatione campanæ, & congregatione ſolemni, ſi fuerit ab vna vniuerſitate perpetrata, vel ſi fuerit vna ciuitas paſſa per ſubditos perpetrati aliquo tẽpore, quod vere illud dicatur delictum vniuerſitatis poſtquam totus populus concurrit, ſecundum Pet. de Anchor. *in conſ. 158.* incip. *ex narratis in facto apparet. & in clem. 1.* poſt Cardi. ibi, *4. q. de pen.* Satis n. ſecundum eũ, factis ipſis † declaratur intẽtio vni- 10 uerſitatis & euidentius declaratur volũtas hominis factis quam verbis. *c. dilecti filij. de app. & leg. reprehendẽda §. tu magis es. C. de inſtit. & ſubſtit.* quod etiã ſequitur Ioan. de Anan. *in d. c.*

d.c.dilecti col.5.v.& circa prædicta, an
& quando eccleſia,&c. Et ſic videtur
feciſſe cõmunitas Agenẽſis, quæ die
Lunæ 3. Iulij continuãdo tumultum
& ſeditionem nocte præcedente in-
choatam, pulſare fecit campanas Ec-
cleſiarum, & virgas tanquã vexillum
anteferri faciebat ante conuentum
Carmelitanum, vſq; vbi ſe congre-
gauit. Ad requiſitionem tamen Dn.
Dubuſcon volentis ſedare tumultũ
& Cõmunicato cum eodem Dubu-
ſcon, qui nihil potuit proficere: velo
eleuato acceſſit ipſa communitas ad
domum ciuitatis cõmunem, & poſt-
ea continuauit per menſem, & vltra
faciendo guictum armis, & alia per-
egit, ꝓut ſupra narratũ eſt, vt in ſen-
tentia ꝑ Dominos mihi collegas lata
ad longũ inſerta continetur. Sed per
hoc dicitur vniuerſitas Agenenſ. de-
liquiſſe; tũ quia totus populus non
occurrit, nec hoc fecit, ꝙ require-
batur, vt volunt Dd. ſupra alleg. licet
eſſent mille & plus de plebeis ruſticis
& miſerabilib. perſonis: tum quia ad
11 hoc † vt maior pars poſſit p̃iudicare
vniuerſitati, ſecundum *l. quod maior*
pars. ff. ad municip. requiritur, ꝙ illa
tendant ad vtilitatem, vt ſaltem non
tendant ad damnũ. Sed quando ten-
dunt ad damnũ & delictum, requiri-
tur, ꝙ omnes concordent, alias con-
tradictio vnius faceret ne videatur
geſtum ab ipſa vniuerſitate, vt tenet
Guill. de Cum. *in d.l. jubemus.* quem
ibi ſequitur Paul. de Caſtr. *col.2.* & Fe-
lin. *in d. c. cũ omnes col. 9. v.* in eadem
gl. ibi, *ſi ſint plures de conſtit.* & Alexã.
in d.l. quod maior pars. vbi in fine di-
cit, ꝙ illa lex non habet locũ in cri-
minalib. alleg. gl. *in c. null. diſtinct. 65.*
& tenet Bald. *in l. metũ §. animaduert.*
vbi dicit, ꝙ ſi maior pars Canonico-
rũ delinquit, non videtur propterea
omnes delinquere *le. in pr. ff. de ma-*
giſt. conueniẽ. quod not. quia videtur
reſtringere doctrinã omnium Dd.
volẽtium vniuerſitatẽ † delinquere, 12
ſi ex conſilij deliberatione cõmiſe-
rit delictum, ſed nõ facit. Nam iſtud
intelligitur, quando maior pars de-
linquit ſine conuocatione & delibe-
ratione præcedere, quia vniuerſitas
tunc nõ dicitur delinquere, vt ſupra
dictũ eſt. Faciũt not. ꝑ Abb. *in c. au-*
ditis, de elect. & ca. 1. de his quæ fiunt à
mai. part. & ideo nos ꝓceſſimus tan-
quã cõtra ſingulares & particulares,
vt ſupra dictũ eſt. Tertio, niſi conie-
cturas & actus ſequẽtes derogat vo-
luntas populi, forte nõ puniũt nec in
exiliũ ponunt delinquẽtes. Ita colli-
gitur ſecundũ Felin. ex verbis Card. *in*
d. clẽ. 1. in 4. quæ de pœn. Et prædicta † 13
cõcluſio ꝓcedit, etiãſi conſules & of-
ficiarij ciuitatis delictũ ipſũ cõmiſe-
rint, vt voluit Bart. *in d. §. nonnunquã*
& Io. de Anan. *in d. c. dilect. col. 6. v. 4.*
principaliter. Et Cyn. *in d.l. jubemus.*
tenet contrariũ, ſed opinio Bartoli
eſt verior, quã tenet Oldra. *in d. conſ.*
315. &

315. & quod nullo modo dicatur vniuerſitas delinquere, ni fecerit deliberationem, vt dictum eſt. Et hoc caſu vera eſt concluſio, quando delictum eſt commiſſum circa id, quod à ſola vniuerſitate fieri potuit, quia ſtatuta illicita condendo, vel collectas imponendo, & tunc ſecundum Bart. *in d. §. nonnunquã.* cum priuatis hoc facere nõ poſſit, ipſa vniuerſitas dicitur vere proprie facere, in qua hoc jus reſidet. *l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. & auth. caſſa & irrita. C. de SS. Eccleſ. & auth. item nulla cõmunitas. C. de epiſc. & cleric.* & iſtud tenet Salycet. *in l. 1. in 4. quæſt. de ſeditioſ.* & Abb. Sicul. *in d. c. dilectus. col. pen.* & ibi Ioan. de Anan. *col. 4. in fin.* qui ambo poſt Ant. ibi alleg. text. *in d. cap. grauem. & in ca. nouerit. de ſent. excommun.* Item Marian. Socin. *in d. ca. dilectus.* Si vero eſt commiſſum † circa id, quod à quolibet pri-
14 uato fieri poteſt, vt eſt crimẽ homicidij, rapinæ, vel violentiæ aut doli, & tunc ſecundum Bartol. vniuerſitas proprie non dicitur illud committere, quia non cadit in vniuerſitatẽ, & ad eorum commixtionem & perpetrationem vera perſona exigitur, & pro hoc alleg. *d. l. ſed ſi ex dolo. §. 1. de dolo. & l. 1. §. fin. ff. de acquir. poſſ.* ſed vniuerſitas non eſt vera perſona, ſed ficta, *leg. mortuo. ff. de fideiuſſ.* ideo ficte & non vere delinquit, vt ipſe ꝓbat, & ipſum ſequitur Ioan. Barb. *in ſuo viat. Cod. tacito.* & tenuit Specul. *in tit. de accuſat. in fin.* & Abb. Sicul. *in d. cap. dilectus. col. pen.* & ibi Ioan. de Anan. *colum. 4. poſt princi.* Sed Salycet. *in dict. l. 1. in 3. & 4. quæ de ſedit.* tenet cõtrarium circa hoc vltimum, quod vniuerſitas vt perſona repræſentata dicitur vere facere, quia vniuerſitas nihil aliud eſt, quã homines vniuerſitatis ſed homines vniuerſitatis vere fecerunt, ergo & vniuerſitas vere facit, quod homines. Pro hoc alleg. tex. *in dict. leg. ſemper §. ſepulchro & in leg. ſi familia. ff. de iuriſ. omn. iud.* & hoc dicit eſſe verum, quãdo homines vniuerſitatis ad hoc faciendum conuenerunt, vt vniuerſi vt dictum eſt, alias ſi vt ſinguli conuenerunt ſine deliberatione vniuerſitatis, tunc vere dicit Barto. & iſtam partem tenuit Alb. de Gand. *in tract. malefic. tit. de homici. verſ. quæſt. talis eſt: & ſæpe de facto contingit commune ſeu vniuerſitas, &c.* Sed in modo puniendi † ipſam vniuerſitatem, quę 15
delinquit in faciendo, quod puniatur criminaliter, eſt altera quæſtio non modica. Nam Cynus *in dict. le. ſi quis in tantum. verſ. ſed pone, quod faciat homicidium, &c.* varias refert opiniones, & finaliter concludit, quod teneatur criminaliter, ſed alterabitur pœna propter multitudinem, ſecundum gloſſ. *in dict. §. nonnunquam.* quia fieret magna hominum ſtrages, & idem tenet Angel. *in d.*

Digitized by Google

in d.leg.ſi familia in 1.fallentia. ſed Innocent. *in d.c.dilectus.* & *in d.c.grauem. de ſentent.excommun.* tenet contrarium quod vniuerſitas non puniatur, ne innocentes, vt pupilli, furioſi & ſimiles perſonæ, quæ non poſſent delinquere, puniantur, ſed pœna transmutetur in pœnam pecuniariam, niſi ex delicto aliquid peruenerit ad ipſam vniuerſitatem, tūc tenetur *d. l. ſi ex dolo. §. 1.* & hoc tenent omnes text. *in capit. ſæpe. de reſtit. ſpoliat.* & *in c.quia.§.de iudic.* & Paul. de Caſtro. *in cōſil.415.col. 2.v.vel tertio videndum eſt, vſq; ad fin.* ꝙ eſt ſingul. *in cap. quia ſcio* quod ſuper iſto *vol.antiq.* Sed Barto. *in d. §. nonnūquā.* reaſſumit illas opiniones, & tandem diſtinguit. Aut de-
16 licti pœna † eſt realis, aut perſonalis. Primo caſu & nō æque cadit illa pœna in ſingulos de vniuerſitate, ſicut in ipſa vniuerſitate Exemplum: publicatur res ex delicto, ſi illa res eſt vniuerſitatis, ipſa vniuerſitas punitur *d.leg.iubemus. Cod.de SS. Eccleſ.* & in hoc cōueniunt omnes ſcribentes *in locis ſupra allegatis.* & Abbas, & Ioā. de Anan. *in d. cap.dilectus. de offic.ordin.* aut pœna æque cadit in ſingulos, vt pœna certæ pecuniæ vel quantitatis, & tunc dicit: aut collegiū eſt paruū vt eſt collegiū Ancianorū, vel capitulum canonicorum, vel collegiū Dd. aut magnum vtputa ciuitas aut caſtrū. Primo caſu, ꝙ non puniatur collegium, ſed tantum habetur, qui cōſenſerunt; per textum *in leg. 1. in princip.ff.de magiſtr.conuen.* Secundo vero caſu, ꝙ puniatur vniuerſitas, vt *d.auth. item nulla communitas.* & *§.1.de pace iuram.firm.* Ratio diuerſitatis ſecundum Bart. eſt, quia in collegio amplo & diffuſo, nō ita facile cognoſcuntur diſſentientes à cōſentientibus, ſeu delinquentes à non delinquentibus, ſicut in collegio paruo. Et idem tenet Abb. Sicul. & Ioan. de Anan. *in d.cap.dilectus.* poſt Anton. qui ambo alleg. text. *in cap.ita nos.25. qu. 2.* vbi ciuitas † privatur dignitati e- 17
piſcopali propter delictum homicidii, ꝙ proprie non cadit in vniuerſitate, ſed tenetur ex eo, ꝙ mandauit vel ratum habuit, pro quo etiam alleg. *ca.vbi periculum. §. ciuitas. de elect. in 6.* accedat ſimilis tex. *in d.c. felic. §. fin.* & ibi Franc. *in vlt. not.* Sed Salic. *in d. leg. 1. de ſedit.* dicit quod eſt truffa, quia infantes, furioſi, mulieres ac multi alii poſſent diſcerni; Ergo nō eſt bona ratio in caſu certi, vt ipſemet Bartol. ſecundum Salicet. videtur fateri, dum dicit, ꝙ ſi pro pœna ſoluenda debet collecta imponi, ꝙ nō cōſentientes nō tenentur ad cōtributionem per *dict.leg.1.in principio. de magiſtr.conuen.* & ideo non placet ſibi diſtinctio collegii parui vel diffuſi, vt infra dicam. Item etiam quia
facilius † inquiritur contra vniuerſitatē, q̄ contra ſingulares perſonas, 18
quia delictum magnæ vniuerſitatis

non poteſt eſſe, niſi notoriũ, vt dixi *in vltim. a præpoſitione ſupra.* Sed quãdo pœna eſt perſonalis, & tunc ſecundũ Bartolum tale eſt crimen, quod afficit filium propter patrem, vt crimen læſæ maieſtatis. *leg. quiſquis. Codic. ad leg. Iul. maieſt.* vel crimen hæreſeos, *capit. ſtatutum. de hæretic. in 6. & cap felic. de pœn. eodẽ. libr.* & tunc vniuerſitas vel cõmunitas criminaliter punitur, vt factum fuit de Carthagine, quæ paſſa fuit aratrum. *leg. ſi vſufruct. ciuitat. ff. quibus modis vſusfruct. amitt.* vbi gloſſ. idem dicit de Troia, vnde Bartolus refert ſe vidiſſe quandam ſententiam definitiuam Imperatoris Henrici, quã dedit contra ciuitatem Brixiæ, quæ fuerat ſibi rebellis, in qua dicebat illam ciuitatem eſſe ſubiiciendam aratro, quam pœnam ex miſericordia relaxauit. Et etiam dicit Bonifacium Pap. ita feciſſe ꝓpter hæreſin quorundam Templariorum, quod totum collegium deſtruere fecit. Vnde Felinus *in dict. c. dilectus. col. penult. verſ. ſecundo in quantum debent. &c.* alleg. text. *in cap. ſi au-*
19 *dit. 23. quæ. 5. propter hæreſim,* † tota ciuitas poteſt cõburi & idẽ tenet Petr. de Anchor. *in cap. Roman. §. vniuerſitatẽ de ſent. excomm. libr. 6.* Et ſic bona in communi exiſtentia publicantur, & idem voluit Bartol. *in titu. qui ſint rebelles. in verb. rebellando. col. vlt.* & Abb. Sicul. *in d. capit. dilect. col. penult.* Iohann. de Anan. *col. 4.* dicentes, ꝙ ciuitas Bonon. etiam fuit prorſus deſtructa, & paſſa aratrum ex ſententia Imperatoris, ſed poſt ex indulgentia fuit reædificata vt legitur *in legenda S. Ambroſii,* vt refert Bartolus *in proœmio. ff. §. hæc tria.* Sic etiam ſecundum eos: Deus deleuit funditùs Sodomam & Gomorram, & tres finitimas ſeu vicinas ciuitates, & tamen ibi erant multi infantes & furioſi, qui non poterant delinquere. Ex a-
trocitate † ergo delicti ſæpe vnus pu- 20
nitur pro alio temporaliter, non autem ſpiritualiter. Pro quo vide bonã gloſſ. *24. quæſtio. 3. cap. in ſumma. & cap. eccleſia. 50. quæſt. 4.* Et ſic ſecundũ ipſos in huiuſmodi delictis ceſſant rationes Innocent. Et opinio eius videtur ſeruari in hoc regno, ſecundum quod reperi ſcriptum *in magno conſuetudinario Franciæ & tit. de iurib. regni fol. 6. ver. item la ou vne ville n'obeit au Roy, elle doibt eſtre raſee.* Et pro hac opinione facit text. *in l. iud. C. de nau. lib. 11.* vbi propter delictum iudicis puniuntur omnes ciues, quem text. inducit Bar. ibi quod propter denegatam iuſtitiam à iudice vel rectore loci conceduntur repreſſaliæ contra omnes ciuitates tex. cum gl. *in c. du. noſter. 23. q. 2.* Idem Anton. Corſet. *in ſingul. iudex.* imo ſecundum Innocent. *in c. cum ex iniuncto. de noui op. nunciat.* ciuitas poteſt mori, ſi princeps eam damnat ad aratrum, & tenet Martin Laudenſ.

in

Digitized by Google

*intra.de principe.§.102.*aut crimen eſt tale, quod nõ affligitur alius quam cõmittens, vt eſt homicidium, violentia vel rapina, & ſecundum Bar-
21 tol. cum vniuerſitas † non habeat caput, ſed fictum, decapitari non poteſt, ſed pœna illa commutabitur in pecuniariam, vt *dict. leg. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. & leg. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſation.* & iſto caſu habebit locum opinio Innocen. ſi innocentes pro nocentibus puniantur. Et ipſum Barto. ſequitur Abb. Sicul. *in d. c. dilectus. col. vlt. verſ. ſed in modo puniendi.* & etiam Ioh. de Anan. *col. 4.* Sed prædictam diſtinctionem reprehendit Salicet. *in d. l. 1. ſeditioſ.* dicens, quod ſiue collegium ſit vniuerſale, ſiue particulare, magnum & diffuſum, ſiue paruum, quod ſolum puniantur qui cõſenſerunt per *d. l. 1. in principio. de magiſtr. conuent.* Et illius regis fuit ratio, quia præſentes, q. fuerunt maior pars totius, totam vniuerſitatem repræſentant. *l. quod maior pars. ff. ad municip.* Ergo per eos repræſentata vere facit, vt ſupra dictum eſt. Cum
22 vniuerſitas nihil † aliud ſit, quam homines ipſam repræſentantes, merito lex ſolum ipſos puniri voluit, & dicetur vniuerſitas punita taliter, qualiter fuit præſentata. Et idem ſecundum eum, vbi pœna eſt perſonalis, eodem ratione, tam in homicidio, quam in crimine læſæ maieſtatis, in quo ex patris delicto filii puniuntur & nõ alii genere ſuo. Ideo ciuitas non ſubiicietur aratro ſine principis cõſcientia, vt voluit ipſemet Bart. *in extrauag, qui ſint rebelles in verb. rebellando quaſi ad ſinem.* Et iſtam opinionem tenuit Gand. *in dict. tit. de homicid.* vbi dicit, quod authores & participes homicidii, ſi appareant, puniri debent per text. *in leg. quoniã. Cod. ad le. Iul. de vi pu.* Si vero nõ appareãt, tunc pecuniariter. Sed in hæreſi bene dicit Bartol. ſecundum Salicet. quia ſinguli de collegio dicuntur peccare, merito puniuntur. Sed ſi opinio Saliceti eſſet vera, fruſtra quæritur, an vniuerſitas tractatu præcedẽte, & cõcilio deliberato deliquerit, ſi ſolũ ſinguli cõſentientes tenẽtur, quẽadm. ſine cõſilii deliberatione deliquiſſent, vt dictum eſt, & ipſemet voluit *in d. l. 1. in 3. quæſt. de ſeditioſ.*
Sed poteſt reſponderi † quod vniuerſitas tunc vere delinquit, & etiam punitur in illis, qui reperientur conſenſiſſe. & culpabiles ipſam vniuerſitatẽ repræſentãtes, cũ per deliberationem conſilii vniuerſitas ipſa deliquerit. Et eius opinio eſt æqua, & multũ mihi placet, vt ſtatim dicã, tamẽ ſecundũ Salicet. in eo caſu, ſi collegiũ eſſet magnũ, ita quod ex præſẽtium pœna, ſequeretur magna ſtrages, tunc principalioribus punitio, pœna aliorum pecuniariam vel aliam commutari debet. *arg.* 23

qui eadem.ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & hoc eſt, quod vult dicere gl. *in d. l. aut facta. §. nonnunquam* & facit text. *in l. ſi quis aliquid §. autores ff. de pœn. & in d. c. dilectus de ſimon: & in l. ſi familia ff. ſi famil. furt. fac. dic. & c. vt conſtitueretur. diſt. 50.* ibi, *ſed populorum pluri-morum ſtrages iacet, detrahendum eſt aliquid ſeueritati, &c.* & Alber. de Roſat. *in l. à procedente C. de dilect.* & Martin. de Laud. *in d. tract. de principe §. 112. & in §. 235.* & not. *in c. ſane de tēp. ordin.* & ſentit Bart. *in ſuo tract. de Guelph. & Gibell. in 4. princip. quæſt. verſ. quid enim ſi vna pars erat extra ciuitatē,*
24 *&c.* quia multitudo iudicii † iudicem ad diſpenſandum contra iuris rigorem, cum ob populum multum crimen tranſeat inultum *diſt. 5. iuribus. & c. non poteſt. 23. quæſt. 4.* Et etiam propter ſcandalum euitādum, quia ſcandaloſum eſt totum populum vnius ciuitatis interficere, & depopulare vrbem in detrimentum Reipubl. cuius intereſt amplam habere ſobolem ad replendas ciuitates liberis hominibus. *l. 1. ff. ſolut. matrim.* Vnde interrogatus Homerus, quod maximum eſſet ornamentum ciuitatis: Pueri (inquit) & turris per pueros numeroſitatem ſignificans. De quo per Socin. *in conſil. 139. col. 6. verſ. vltra oſtenditur. lib. 1.* & dixi in *§. 1. conſuetud. iur. ſtatut.* perſona quoniā in lata gente, gloria principis & diminutione populi contritio principis denotatur. *c. eccleſia §. idem Dauid. 1. q. 4.* & ideo dicit gl. *in c. fin. 9. §. vltim.* quod Papa poteſt priuare omnes clericos, vel omnes epiſcopos, quia vniuerſalem ſtatum eccleſiæ turbaret. Et licet † hoc fallit in 7. caſibus, ſe- 25
cundum Ioan. de Anan. & Felin. *in d. c. dilectus col. 1.* Primo, niſi multitudo defenderet ex quadā auctoritate delictū ſuū, vt tenet gl. *in cap. cōmeſſationes. diſt. 44.* prout feciſſe videntur ſeditioſi Aganēſes, qui p plures noctes ibāt p portas ciuitatis faciendo guyetū, dicētes, quod nullū comiſſariū autoritate curiæ ſupremæ Burdegalenſ. deputatū intra ciuitatē introire ſinerent. Quinimo eundē in quadā parua nauicula vocata in eorum vulgari, gabarrot, ſine aliquo remo ſupra Garonam ponerēt, poſteaq; eiſ dicerēt: *venitis de Burdegale, reuertimini Burdegale & ab excluſis molendinorum præcaueatis.* Et plura verba, de quibus in ſententia inſerta fit aliqua mentio, ratione cuius proceſſimus magis rigoroſe, quia ex quo quis perſeuerat in malitia grauius puniendus eſt, quam alius. *cap. præcipue 11. q. 3. & c. 1. quanto 2. qu. 4* & dixi *in §. 12. de iuriſd. omni iud.* Secundo, niſi delictū eſſet maximū, vt voluit Archid. *in c. deniq. diſt. 4.* facit *c. multi. 2. q. 1.* Tertio, niſi eſſet multitudo religioſorū, vt tenet Hoſtiēſ. *in c. ea quæ de ſtatu monachor.* Quarto, niſi loquamur in pœna æterna. gl. *in d. c. denique.* Quin-

26 Quinto, niſi eſſet delictum † non commiſſum, ſed committendum, vt voluit Bart. *in d.* §. *nonnunquam.* Sexto, niſi ceſſaret ſcandalum, quia illo ceſſante poteſt puniri. gl. *in c. latores. de cleric. excom. minor.* Septimo, niſi in multitudine eſſent aliqui principaliores, quia illi poterunt puniri, ſecundum gl. *in d. c. latores.* vt ſupra proxime dixi. Et iſtas limitationes ponit Dominic. poſt Archidiac. *in d. c. denique. & d. c. vt conſtitueretur. diſt. 50.* Et omnes iſti caſus fallent, reincidunt cũ dicto Bart. Et quamuis opinio Bartoli ſit cõmunis, tamen mihi magis placet opinio Saliceti, quod ſolũ conſentientes teneãtur, nõ alij, nec tota ciuitas, qui non deliquerunt, qui forte erunt maior pars totius, quia in ipſis congregationibus conſilii populorũ nõ ſunt ſenſu carẽtes, vt mulieres, infantes, furioſi, hebetes & huiuſmodi ſimiles vocati, nec vocari cõſueuerũt, ſecundum Angel. *in conſtit. 68. in fin. & in d.* §. *animaduertendum.* & dixi *in* §. *10. in gl. 1. ante fin. de conſuetud. iur. ſtatut. perſon.* licet tales perſonæ ſequantur alios, qui tamẽ ignorãt quo pacto, quo animo, aut iure res agatur, & fiat. *lib. 1. C. de falſ. monet. l. diuus. ff. de offic. præſid. & l. omnes. C. de pœn.* quia peccatũ vnius alios prouocat ad peccandũ. *c. Paul⁹ in 3. cauſ. 2. q. 7. & c. magna* §. *1. de voto.* Ergo iniquum eſſet, q̃ tales perſonæ, niſi nõ cõſenſerũt, ꝑpter delictũ aliorũ puniretur: hoc voluit Bart. Brixieñ. *in c. epiſcopus qui mãcip. 12. qu. 2.* dum dicit, quod illa vniuerſitas † poterit criminaliter puniri, in qua non ſunt infantes & ſimiles perſonæ. Et 17
in pœnis mitior pœna eſt amplectẽda. *l. præſes ff. de pœn. & in c. in pœnis de regul. iur. in 6.* & quæ ibi dixi poſt Dynũ, & ſupra *in 6. præſuppoſitione.* Et profecto Cyn. Innocent. & eorum ſequaces videntur habuiſſe bonã & æquã rationem, & ipſos ſequitur Alber. de Roſat. *in d. l. aliud.* §. *refertur.* q allegat Gaudin. *in d. tit. de homicid.* alias ſequeretur, quod appellatione perſonæ in odioſis comprehenderetur vniuerſitas, q̃ notandum, vt voluit Ioã. Andr. *in c. cũ in illis. circa fin. de præbend. in 6.* ſecus in fauorabilibus, vt ibi per eum, & Cardin. Alexand. *in d.* §. *conuenticulas. in 1. notab. de pace tenend.* vbi vide, & iſtam opinionem tenet Paul. de Caſt. *in d. conſil. 105.* & Angel. *in l. qui cædem ff ad leg. Cornel. de ſicar.* qui allegat Innocent. *in d. c. graue.* & ſentit Alber. in *2. part. ſtatut. quæſt. 71. & 77.* facit *Eccleſ. 26.* vbi dicitur: *à tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit delatorẽ ciuitatis & collectionem populi, &c.* in iſtam partem inclinat Bonifac. de Vitalin. *in d. tract. & tit. de ſeditiom in fin.* quod *in tit. ad leg. Iul. maieſt.* Si vero per modũ particulariũ, & tanquam ſingularis, fiat ſeditio, & tunc pœna ſequitur ſuos auctores. *l. ſancimus. C. de*

de pœn.& in c. quæſiuit de his quæ fiunt à
28 *prælatis.* Quia aut cum † ſeditione occurrit, &cõmiſſum eſt aliud delictũ, aut nõ. Si nõ accidit aliud delictum, aut eſt facta in ciuitate Romana, & tunc tales committunt crimen læſæ maieſt. in qua ſpecie ſunt hi, qui fecerunt homines armari cũ telis& lapidibus, cõuenerũtve, vt homines ad ſeditionẽ conuocarentur aduerſus Rempubl. aut quo quis magiſtratus, qui imperiũ habet, occidatur,& aliis caſibus not. *in l. 1. 2. 3. & ſeq. ff. ad leg. Iul. maieſt.* per Ioan. Fabr. Angel. Aret.& Ioan. de Plat. *in §. 1. inſtitut. de public. iudic.* & hoc tenet Cardin. Alex. *in d. ca. ſeditionarios. diſtinct. 46.* in aliis vero ciuitatibus, quæ turbæ, ſeditionis vel faciendæ conſiliũ inierunt & gentẽ cum armis cõgregauerunt vim publicã committunt. *leg. 1. & 3. in princip. & l. qui dolo. verſ. hac lege tenetur. ff. ad leg. Iul de vi publ. & l. fin. C. eod. titul.* Et iſta fuit opinio Bartol, & vera *in d. l. 1. ad leg. Iul. maieſt.* vt ſupra dixi *in 6. præſuppoſitione.* Quorũ pœna eſt mortis *l. 1. C. de ſeditioſ.* ſaltẽ deportatione cum publicatione bonorum omnium *§. itẽ lex Iulia de vi inſtitut. de publ. iudic* & ibi Ang.& Dd. ſupra alleg. *& l. 1. & 2. C. de vi publ.* Et tenet Boniſac. de Vitalin. *in tract. maleſic. in titul. de colleg. illic. verſ. vnde notandum eſt,& titul. ad leg. Iul. de vi*
29 *public.* Et ſi in tali † turba & ſeditione ædes alienas aut villas expillauerint, effregerint, expugnauerint cum armis, tunc capite puniuntur *leg. ſi qui ædes alienas. digeſt. de vi publ.* & Alex. *in conſil. 111. col. 4. verſic. nec prædictis obſtat. vol.* 1. quod fecerunt Agenenſes, accipiendo per vim ex archiuis ſtatuta,& alia ciuitatis documenta illaque ad eorum domum importantes. Et idem Guido Papæ *in deciſ. 422.* vbi tenet, quod qui extrahunt aliquem per vim cum armis de domo ſua, in qua debebat eſſe tutus. *l. 1. C. de prætor. lib. 12. & leg. plerique. cũ leg. ſeq. ff. de in ius vocand. & l. nemo de domo ſua. ff. de reg. iur.* & cõſtituerint perſonarium, quod committũt tria delicta. Primo, iniuriã per *dicta iura.* Secundo, crimen capitale triplici modo, vt *ibi per eũ.* Tertio, vim publicam, per *iura ſupra allegat.* tamen in hoc caſu † ſecundum ipſum non 30
publicantur bona hodie, ſed referũtur aſcendentibus & deſcendentibus, niſi in crimine læſæ maieſtatis *auth. bona damnatorũ. Cod. de bon. dãnat.* ex quo perdit vitam, aut ciuitatẽ, vel ſtatum, non perdit bona, vt tenet ibi Bald. & Angel. ſed ſub correctione *d auth. bona damnatorum.* non corrigit iura antiqua in illis caſibus, in quibus imponũt pœnam ademptionem bonorũ, expreſſe & per ſe, & nõ cõdemnationem alterius pœnæ, vt tenet Petr. de bell. Pert. cũ ſequitur Cyn. *in d. auth. bona.* & Bart. *in l. 1. ff. de bõ. damn.* vbi iſtam dicit eſſe cõmunẽ.

Sed

Digitized by Google

Sed & pœna legis Iuliæ de vi publica eſt deportatio, *dict.l.qui dolo.* §.*fin. cũ ſua gl.& d.* §.*itẽ lex Iulia.* ſed deportatio nihil aliud eſt, quàm omniũ bonorum publicatio.*l.1.* §. *fin. ff. ad leg. Cornel.de falſ.& in* §. *item lex Cornelia in verb.deportatio.inſtitut.de publ. iudic.* tum etiam non habet locum *d. auth. bona damnatorũ.* quando expreſſe per ſententiam bona publicantur, & fiſco applicantur, vt tenet Angel. Aret. *in d. tract.maleficior. in gl. & eius bona publicantus in princip.* Alias ſecundum
31 cum bona † realiter non intelliguntur cõfiſcata, quamuis quis ſit damnatus ad mortẽ naturalẽ ciuilẽ. Idem tenet Alber. de Gandin. *in tit. de bon. malefic.in 1.quæſt.* ideo iudex debet eſſe cautus, quod in ſententia confiſcet & publicet bona deportati ꝑpter opiniones euitandas. Prout facimus in ſententia per nos cõtra ſeditioſos Agenẽſes lata, vt infra per tenorem eius apparebit, & ſic ſe habet ſtylus curiarũ Franciæ, tamen in aliquibus ciuitatibus & locis ſunt conſuetudines & ſtatuta circa publicationẽ bonorũ, vt apud Bituriges, apud quos bona delinquentiũ pro quocunque crimine etiã læſæ maieſtatis vel hæreſis, nõ confiſcantur, ſed remanent eorũ parentibus, vt dixi plene *in* §. *10. & 12. de iuriſd.can.iudic.* Et notan-
32 dum, quod contra tales † ſeditioſos deroboratores, habet locum diſpoſitio *leg. ſi quando. C. vnde vi. & c. fin. quod met. cauſ.* vt tenet Ioan. de Imol. *in conſil.2.* & etiam ad omnia reſarciendum damna tenentur, ſecundũ Bald. *ind.c.1.* §. *iniuria.* quem ibi ſequitur Cardin. Alex. *in fin. de pace iuram. firm.* ſi vero ſine armis, tunc non perdunt omnia bona, ſed tertiam partem, vt *d.* §. *item lex Iulia. de vi.* Et ſi forte banniantur ad tempus, debent ipſis reſeruari, & reuerſis reſtitui bona dimiſſa, ſecundum Odofred. & Alb. de Roſ. *in dict. auth. à bona dãnatorum.* refert & ſequitur Martin. de Laudenſ. *in tract. de crim. læſ. maieſt.* §. *50.* vel etiamſi homicidium commiſſum fuerit in ſeditione; quod pariter teneantur de homicidio, vt tenet gl. *in l. quoniam multa facinora. C. de vi public.* & pro hoc tex. *in d.l. qui dolo. verſ. hac lege tenemur, & qui conuocatis hominibus vim fecerint, quo quis verberetur & pulſetur, & ſi neque homo occiſus ſit, &c.* Et legitur in paſſione dominica *Matt.13. & Luc. 23.* de Barraba, q cum ſeditioſis erat vinctus ꝑpter ſeditionẽ quandã factã in ciuitate, & homicidium, &c. Et ita iudicatum fuit per Carolum V. contra primum Marcum ſeditioſum, qui à tergo occiderat Ioan. Baillerum eiuſdẽ Caroli theſaurarium in ciuitate Pariſiẽſi, vt ſupra in exẽplis oſtẽſum eſt, quia violẽtia præãbula † nõ confunditur ꝑpter delictum ſecutum ad cuius factum tẽdebat *l. ſi cõſidis.* & ibi ita tenet Ang. *C. de vi publ.* & ideo circa iſtum arti-

Digitized by Google

articulum concluditur, quod ſic cõtra principem Roman. aut vrbẽ Roman. vel regem Franciæ cõmittatur ꝙ teneantur crimine læſæ maieſtatis, vt dictum eſt ſupra in 6. præſuppoſitione, vt ſupra probatum eſt in exemplis in 1. præſuppoſitione poſitis, tempore regis Philippi Pulchri, tunc in ciuitate Pariſienſi apud Templarios exiſtentis. Si vero ſimplex ſeditio fiat cõtra rempubl. aliarum ciuitatum aut dominorum, & tunc ſecundum Bartol. *in l. capitalium §. ſolent quidam, qui ſe vulgo iuuenes appellant. verſ. nonnunquam. ff. de pœn.* aut fit per laſciuiam & inſolentiam populi aut ex dolo, & propoſito ac malitia. *l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de*
34 *pœn.* Si ex propoſito † dolo & machinatâ cõſpiratione, vt quia ſecundum Bart. acclamauerunt fortiter, quod moriantur conſules, qui regunt vel incitauerunt vel cõgregauerunt populum per campanarum pulſationẽ & vexilli declarationem, vt ſupra dictum eſt *in princip. huius quæ in 6. præſuppoſitione,* & tũc debent tales autores ſeditionis ꝓ qualitate dignitatis puniri, iuxta formam text. *in l. ſi quis aliquid §. auctores. ff. de pœn.* quia aut furca tolluntur, aut beſtiis ſubiiciuntur, aut in inſulam deportantur. Et videtur velle etiam text. *in dict. §. ſolẽt.* ibi, *qui ſi nihil amplius admiſerint, &c.* & *in l. 1. & 2. cũ ſua gl. de ſedit.* vbi gl. dicit, ꝙ volebant deponere poteſtatẽ, & aliam facere. Et idẽ tenet Bart. *in d. ſuo tract. de Guelph. in 3. princ. quæſt.* quando ſecundum eum poſſunt habere recurſum ad ſuperiorem, hoc facere nõ debent, etiam ad vtilitatem reipubl. ideo debent puniri dictis pœnis. & tenet Bald. *in d. l. fallaciter §. fin. de abdic. & in l. denunciamus. de his qui ad eccl. cõfug.* & tenet Ang. *in d. l. 1. ad leg. Iul. maieſt. & in d. l. 2. de ſedit.* vbi dicit, ꝙ requiritur ꝙ ſtudioſi rumorem cõcitauerint, & ad finem tumultus, quia in delictis † verbũ, *ſtudioſe,* 35
ſignificat malum animum, id eſt doloſum, ſed in actibus bonis ſignificat actum meritorium, ſecundum Bald. *in l. 1. §. huius ſtudii col. 1. ff. de iuſtit. & iur.* vbi adducit aliam quæſtionem de ſtatuto puniendi aliquid ſtudioſe factũ, & idem not. *col. 2. verſ. itẽ ſi ſtatutũ eſt factũ contra turbantes.* & quod ſic debeant puniri, tenet Bart. *in l. ſi in rixa. ff. ad leg. Iul. de ſicar.* & Ioan. de Plat. *in. §. 1. in fin. inſtitut. de publ. iudic.* & Ioan. Andr. Anton. de Butr. Abb. Sicul. & Felin. *in d. c. fin. de teſtib. cog.* & Alex. *in conſil. 111. col. 4. verſ nec prædictis obſtat. vol. 1.* & Cardin. Alex. *in d. c. ſeditionarios.* Vbicunq; enim inualuit ſeditio cruenta, & prærupta factio, debent tũc tales ſeditioſi mori, *leg. ſi quis filio exhæredato. §. hi autem omnes* ibi, *ſeditio prærupta, factioq́; cruenta. ff. de ininſt. rupt. teſtamen.* Et exemplificant ibi Bald. & Imol. præruptam factionem & ſeditionem cruentam quan-

quando ſeditioſi interficiunt magiſtratum aut patritium ciuitatis, vel conſulem vel aliquẽ de maioribus. Idem tenet Hieron. de tortis. *in d. ſuo conſ. col. 9. verſ. ſed ipſa occiſio fuit facta.*
36 *&c.* Nã grauius eſt † offendere perſonam publicam, quam priuatam, ideo grauior pœna eſt imponenda, ſecundum Alex. *in d. l. familia* per illum text. *in iuriſd. omn. iudic.* allego bonum text. *in l. aut facta. §. in magiſtratum, vel in priuatum. ff. de pœn. & in l. prætor. §. fin. ff. de iniur.* quia iudices & magiſtratus debent habere maieſtatem, vt voluit Ioan. Fab. in proœm inſtitut. in princip. & Ægid. Bellam. *in d. conſil. 15.* non dico, quod habeat locum crimen læſæ maieſtatis, vt dixi ſupra *in 6.* præſuppoſitione. licet Cyn. *in leg. ſi non conuitii. in 4. quæſt. C. de iniur.* videatur ſentire cũ Petr. de bell. Pertica ibi, quod omnis iniuria illata officiali regis actu gerenti officium, intelligitur facta regi. Et idem Luc. de penn. *in l. 1. col. 5. in princip. C. de cohortal. & principal. lib. 12.* & Stephan. Baynard. *in d. l. quis in 2. notab. ante fin. verſ. per quos tex.* quãdo in contemptum regis dicunt ſe non curari de rege, nulla quoque allegata cauſa, ſecus ſi cũ cauſa in contemptum præſidis, vel odium partis aduerſæ, vel indebitè ſe gratum ex priuilegio prætendit, & ibi exemplificat de Normannis, & de Burgundis. Vnũ circa hoc notãdum, quod delictum commiſſum † in conſpectu iudicis adhuc ſedẽtis pro tribunali nõ 37
exigit aliã probationem, quia de eo conſtat vt iudici. Ita notat gl. *in c. Deus omnipotens. §. quando autem crimen in verb. ſedentis. 2. qu. 1.* quam reputauit ſingulare Alber. de Roſat. *in l. illicitas. & veritas. ff. de offic. præſid.* & Anton. Corſet. *in ſingul. delictum.* Et ſic videtur, quod poſſit cognoſcere, & eſſe iudex. De quo *in clem. 1. de pœn.* & plene dixi *in §. 21. de iuriſdict. omn. Iudic.* Expedite enim Reipubl. tales ſeditionũ concitatores & duces factionũ occidere. *l. conſtit. ff. de appellat. & l. 3. §. qui autor ſeditionis. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* ita vt multis graſſantibus opus ſit exemplo mortis acerbiſſimæ. *leg. aut facta. §. fin. & l. capitalium §. famoſos. ff. de pœn. & l. 1. Cod. ad leg. Iul. repetend.* Et idem ſecundum legem Longobardam, vt qui † autores in 38
capite fuerint, capite puniantur, & cæteri qui in ſeditionẽ cucurrerunt, in emendam condemnentur, *l. ſi pro quacunque cauſa & l. pen. de aggreſſ. in vic. fact. & in l. 1. de ſeditione* contra iudicem vel ciuitatem leuata. Auctores enim magis ſunt puniendi, vt probatur per id, quod dicit dominica veritas Pontio Pilato *Ioan. 18.* propterea *qui me tradidit tibi, maius peccatum habet*, *bonus* text. *in d. c. latores.* ibi, *eos quos magis cauſam delicti eſſe conſtiterit, &c.* Et idem ſecundum Ioan. Fabr. *in d. l. 1 & 2. de ſedit.* quãdo

Yyyy plebs

Digitized by Google

plebs de facto & per potentiam ſe defendat, ſecus ſi de iure ſe opponeret. Et nõ ſolum, ſi ſe defendat de facto, ſed etiã ſi tentauerit ſe defendere propter verbũ illi poſitum, *tentauerit, & in d. l. denunciamus.* Et tenet Ang. *in leg. eandem cauſſam ff. de vi publ.* quod tenẽs homines armatos in domo, vel qui ineunt cõſilium cauſa ſeditionis, licet ad nullum alium actũ peruenerint, tenentur eadem lege,
39 & ratio reddi poteſt, quia per ſola † præparamenta dicitur res quaſi peracta. *l. ſi partem. ff. quẽadmodum ſeruit. admitt.* cum notat. *in l. is qui telo. C. ad leg. Cornel. de ſicar.* & idem tenet Angel. *in dict. auth. de mandat. princ.* §. *fin.* per illum text. ibi, *qui populum in turbas ſolicitare tentãt, &c.* vbi dicit not. contra tentantes pacificum ſtatũ ciuitatis Pariſ. vt puniantur. Et voluit Bald. *in conſil. 24. vol. 3.* vbi ponit, quid ſit attentare, tractare, procedere & conſumare. Quia attentare idem eſt, quod ad aliquem actum procedere. *l. ſi quis non dicam rapere.* & ibi per omnes. *C. de epiſcop. & cler. & in auth. habita. ne filius pro patre. & cap. quamuis de offic. ordin in 6.* Tractare eſt colloquium habere, qualiter quid geri queat. *c. cũ olim de arbit. c. dudũ de reb. ecc. nõ alie. in 6. l. Pomponius. cum ſua gl.*
40 *ff. de negot. geſt.* Procedere eſt † perſequi inchoata, & maleuolum actum animi, & propoſitum conati procedere ad finẽ. *l. poſſeſſio. ff. de vſucapion.*

Conſumare delictũ eſt id facere, ꝙ ceſſet eſſe delictũ. Vnde aliqui dicũt delictum eſſe conſummatum, quando lex punit cõſilium principaliter, non acceſſorie. *l. §. perſuadere ff. de ſermo corrupt.* Et quædam non conſummata in opere ſunt conſumata in crimine, quia factioſam voluntatẽ notant, & multo fortius factioſam factionem. *l. quæſitum. ff. qui & à quib. manum.* & tales ordientes ſecundum eum lex cenſet eſſe reos, quia poſt factum nõ haberent iudicem punitorem. Debet enim factum habere vltorem. *d. l. quiſquis ad leg. Iul. maieſt. & §. per contrarium. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* ſed propter ſolũ conatum ſine aliquo actu ex propoſito celebrato, videtur dubiũ, ꝙ debeant ſuſpendi, vt in ſequenti membro dicam, quia ſecundum Bald. *in l. non ideo minus in 6. quæſt. C. de accuſat.* ſolus
† tractatus & ſola ordinatio non punitur, 41
etiam in atrociſſimis, niſi ſit proceſſum ad aliquem actum ordinatim de præſenti ad ipſum factum, quia vbi lex punit affectum, ac ſi delictum eſſet conſummatum, iudex poteſt ex poteſtate ſibi à lege cõceſſa mitigare pœnam, ſed nõ tenetur, ita dicebat Bald. in voce, prout refert Salicet *in d. l. is, qui cum telo.* per text. ſingular. & optimũ *in leg. aut facta. §. euẽtus. ff. de pœn.* quod eſt cordi tenẽdũ ſecũdũ Salicet. & Felin. *in tract. de conat. in fin. v. vltimo ſcias.* quẽ poſuit poſt

poſt tit. *de appell.*it Ideo dicit Specul. *in tit. de accu.* §. *1. verſic. quod ſi in primo actu fuerit, &c.* eſſe omnibus legibus volentib⁹ conatum puniri derogatũ per cõtrariam conſuetudinem, quæ verba multum commendant. Angel. & Paul. de Caſtr. *in d. l. 1.* §. *fin. quod quiſque iuris.* & Felin. *in d. tract. col. 3. verſ. & ideo dicit Bartol. &c.* quod intelligunt verum Angel. & Paul. præ-
42 terquã † in crimine læſæ maieſtatis & crimine oppugnantiæ patriæ, in quibus nõ ſeparatur euẽtus; ſed ſufficit ſimplex conatus, quia ſero pararetur vindicta crimine cõſumato, vt ſi quis faceret tractatũ cõtra ſtatũ ciuitatis, & ipſos ſequitur Alex. *ibi* & Iaſ. & Martin. Laud. *in dict. tract. de crimin. læſ. maieſt.* §. *29* & iſta eſt communis in iſtis duobus caſibus, & in ſimonia, & in volente intoxicare aliquem veneno, de quo per Felin. *in d. tract. v. quinto fallit. cum v. ſeq.* & intelligo, quãdo conati ſunt prodere & & expugnare patriam vel ciuitatem, & ad aliquem proceſſerunt actum, vt tenet Bald. *in d. conſil. 24.* & Bonifac. de Vitalin *in dict. tract. de crimin. titul. de ſedit. verſ. vt dixi perueniendo ad actũ.* ſed in aliis delictis non punitur conatus de conſuetudine, nec *legis qui cum telo.* habet locum in patria cõſuetudinaria, vt not. Aufrer. *in ſtilo Parlamenti in 4. parte.* §. *136.* licet Bartol. *in l. 1.* §. *diuus. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* reprobet illud Speculatoris dictum, vt ibi vide. Quia lex dicit † non 43
punitur turba, ſed factum in turba. *l. prætor. ff. vt bonor. rapt. & d. l. metum. poſt princip. quod met. cauſa.* & voluit Bald. *in d. conſil 130. vol. 1.* Præterea Alber. de Roſat. *in iudicio ſuo, in verb. ſeditio.* dicit, quod facere ſeditionem eſt graue peccatum. Vnde Apoſtolus numerat ſeditiones inter alia peccata, ad *Galat. 5. cap.* & IC. *in d. leg. conſtit. de appellat. & in aliis iuribus ſupra allegat.* & eſt ſpeciale peccatum, quia habet ſpeciale bonum (cui opponitur) ſcil. vnitatem & pacem multitudinis. Et ratio eſt ſecundum B. Thom. 2. 2. *q. 40. artic. 2.* & etiam diuum Anton. *in ſua ſumma in 2. part. tit. 4. c. 8.* & Angel. de Claua. *in ſua ſumma in verb. ſeditio. in 1. & 2. quæſt.* quia ſeditio opponitur vnitati multitudinis, populi, ciuitatis vel regni. Et dicit Auguſtin. *lib. 21. de ciuitat. Dei*, quod populum determinant ſapientes, non omnem cætum multitudinis, ſed cætũ iuris conſenſu, & vtilitatis communione ſociatum. Vnde manifeſtum eſt vnitatem, cui opponitur ſeditio, eſſe vnitatem iuris & communis vtilitatis
Ex quo patet, quod opponitur † iu- 44
ſtitiæ, & bono communi, ideo ex genere ſuo eſt mortale, & tãto grauius, quantum bonum commune, quod impugnatur per ſeditionem eſt maius, quam bonum priuatum, quod impugnatur, per rixam. Et delictum huiuſmodi ſecundum ipſos

primo quidem & principaliter pertinet ad eos qui ſeditionem procurarunt, qui grauiſſime peccant, ſicut filius Boeri, qui clamans coram omni populo Iſrael; *non eſt tibi pars in Dauid. &c.* fecit ſeditionem, faciens tribus Iſrael recedere à regimine Dauid, ſed Ioab procedens contra eum, fecit eum decapitare, vt habetur *2. Reg. 20.* Secundo pertinet ad illos, qui ſequuntur eos perturbantes bonum cõmune, ſicut illa multitudo, quæ ſeducta ab Abſolone in coniuratione contra patrem ſuum Dauid, & ſuos adhærẽtes & ſequaces, ſed puniti ſũt, quãdo ex peſte mortui ſũt 70. millia virorum, *2. Reg. 22.* Non enim ſolum propter peccatũ Dauid, ſed propter coniurationẽ populi occiſi ſunt ſecundũ B. Thom. Et Dauid tamen luxit Abſolonem tribus diebus & tribus noctibus, vt not. Cyn. *in leg. propter inſidias. C. dic. qui accuſa. non poſſ.* & Thom. Terracius *in cautel. 25. ante*
45 *fin.* Item legitur Chore filiis Eſau, † filiis Cahar, filiis Dathan atque Abiron, de filiis Eliab, Hon quoque filiũ Phleph; & de filiis Ruben, qui ſurrexerunt contra Moyſen & Aaron, dicentes; *quare ſe eleuabant ſupra populum Domini, &c. Et iratus Moyſes valde ait ad Dominum, ne reſpicias ſacrificium eorum, &c.* loquenſque Dominus ad Moyſen & Aaron; *ſeparamini de medio congregationis huius, vt eos repente diſperdam, & ſeparatis Chore & Dathan & Abiron cum vxoribus & liberis ac bonis, confeſtim dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos, deſcenderuntque viui in infernum, & perierunt de medio multitudinis,* vt habetur *Numer. 16. cap.* & ibi ſequitur: *cumque oriretur ſeditio, & tumultus increſceret, Moyſes & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis, quod poſtquam ingreſſi ſunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini, dixitque ad Moyſen; Recedite de medio huius multitudinis, & nunc delebo eos.*
Cumque iacerent † in terra, dicit 45
Moyſes ad Aaron: tolle thuribulum & hauſto igne de altari mitte thymiama deſuper, pergẽs citò ad populũ, vt roges pro eis. Iã enim ingreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit. Quod cum feciſſet Aaron, & cum cucurriſſet ad mediã multitudinem, quam vaſtabat incendium, obtulit thymiama, & ſtans inter mortuos & viuentes pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit. Fuerunt autẽ qui percuſſi ſuut, 14. millia hominũ ſeptingenti, ab his qui perierant in ſeditione Chore. Illi vero qui bonum cõmune defendũt eis reſiſtentes, non ſunt dicendi ſeditioſi, ſicut nec illi, qui defendunt ſe, cũ inuaduntur ab aliis, dicendi ſunt, vt contigit Domino de Buſeõ, vt ſupra dictum eſt. Sic factum fuiſſe legitur *in actis Apoſtolor.* qui quendã nomine Iaſonem, qui Theſſalonicam pro diuo Paulo apoſtolo

ſtolo ſeditionẽ cõmouentibus turbis ſemetipſum dedidit, vt Apoſtolo dicenti faceret libertatem, vt refert D. Hieron. *in epiſtol. 82.* ſcribens ſuper epiſtolam ad Romanos, quæ incipit; *Paulus ſeruus Ieſu Chriſti. lib. 1.* & dixi ſupra *in 3. præſuppoſitione.* Imò li-
47 citum eſt eiſdem † toto conatu reſiſtere etiam eos occidendo, vt ſingulariter voluit Hieron. de Tortis *in d. ſuo conſ.* Si vero per laſciuiam tunc debet procedi ſecundum Bartol. eo ordine & forma per illum §. *ſolent.* tradita, quia aut non eſt peruentũ ad actum ſed ſolum eſt ſtatum & remãſum in terminis inſolentiæ & acclamationis, vt quia ſecundũ Bartol. *in d. §. ſolent.* acclamauerunt, vt turbarent populares, dum falſo clamant, *foras* vel *ad arma*, & gloſſ. ibi exẽplificat in Bergallo Piſano, & non de Ioſeph. decurione Bonõ. Credo, quod voluit dicere Ioſeph de Arimathia, nobili decurione, qui non acclamabat, ſicut cæteri Iudæi, quod Chriſtus crucifigeretur; quoniam ipſe diſcipulus Ieſu Chriſti erat, occultus autem propter metum Iudæorũ, & debet eſſe loco Bono. bonus & iuſtus, *vt Luc. 23. in fin.* pro hoc bonus text. *in l. 3. §. ſi intra vociferationem aut leuem querelã ſeditio mota eſt, &c. ff. de re milit.* vel ſecundũ gloſſ. *in d. leg. 2. Codic.*
48 *de ſedit.* Volebant eſſe conſules † propter ſuam nobilitatem, & non proceſſerunt vltra, tales debent de rigore fuſtigari, per text. *in d. §. ſolent.* & carcerari debent effectu poſtulatorũ *d. l. 2. de ſedit.* & illam gl. multum cõmendat ibi Angel. *in fine*, contra facientes rumorem in palatio, vt ad officia aſſumantur. Et eſt in Tuſcia multum in vſu, vt ipſe dicit, quia cõtentioſis verbis, non eſt ſtrependum *c. in loco benedictionis 5. q. 4.* ibi, nullus debet aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare, nullis etiam fabulis vanis vel riſibus agi. Et (quod eſt deterius) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. Et ne vndiq; cachinnis & vocibus aer reſonet & audientium aures præſtrepitu terreãtur, vt dicit Hieron. *in epiſtol. 147. lib. 3.* Sed cum omni modeſtia ſtãtes vno loquẽte cæteri ſileant. Nec alter alterũ ex auiditate loquẽdi interrumpat; & præbeat impedimẽta loquendi. Secus ſi acclamatio per populum fieret propter lætitiã dicẽdo; *viuat talis*: tunc nõ debent in aliquo puniri Gl. & Dd. inſuper Ludo. Bologn. in ſecundis interpretationibus. *in l. 1. Cod. de quaſt. lib. 12.* vbi Laudenſ. allegat bonum text. *in l. iuſtiſſimos.* ibi, *publicis acclamationibus collaudãdi damus omnibus poteſtatem, vt honoris eius auctores proferamus. C. de offic. rector. prouinc.* Sed ſi fiat † ſecun- 49
dum cum propter ſeditionem, tunc debent puniri, quẽadmodum Agenẽſes fecerunt, qui per vias & vicos

ſi obſtetrix. §. *ſed per laſciuiam. cum* §. *ſeq.& l.ſeq.ff.ad leg. Aquil.* vbi Bald. *in* § *quemadmodum* not. illum text. contra iſtos, qui faciunt ſeditiones,& *in leg. omne delictum.* §.*pen.* ibi; *per vinum aut laſciuiam ff.de re milit.* Quia
52 etiam, quando per accidens † tumultus inciderit, quod debeant pœna pecuniaria condemnari, voluit Angel.*in d.l.2.de ſedit.* quoniam non fuit mota controuerſia in exitiũ Reipublic.*l.ſi quis ingenuam* §. *in ciuibus. d. ca.* & ibi Alex. *in addition*, per quem text. dicit ibi Bartol. quod propter diſſenſiones ciuiles reſpublica læditur.&Felin.*in d.c.fin.de teſtib.cogn.*vbi legat Bald.*in l.1.*§.*fin.ff.de iuſtit.& iur.* quod ſi ſtatutum puniat morte turbantẽ ſtatũ ciuitatis, debent intelligi, ſi principaliter hoc agit, non autem ſi venit in cõmunionem alteri⁹ delicti. Et eſt ratio, quia debet attendi, ꝙ principaliter agitur, *l.ſi quis nec cauſam valde remotam ff ſi cert.petat.* ꝙ intelligit Felin. quando occaſionaliter & per cauſam valde remotam cõtigit turbatio ſtatus, ſecus ſi imediate & ex actibus proximis eſt deuentum ad cõcitationem & rumorem populi, allegando Bald.*in d.cõſil. ex inſultu,* & idem tenet Angel. *in d. leg.metũ* §.*animaduertendũ*, vbi dicit, ꝙ ſi populus cogat per legem, ſubditum ad aliquid faciendum, nõ poteſt cõqueri de populo, & ideo ne res tranſeat in exemplũ malum, debent remiſſius puniri.*d. l. ſi quis aliquid.* §.*qui abortionis.* & tene Bald. *in d.conſil. 130. in fin.* Et Agenenſes ab initio benefecerãt ſe opponendo & contradicendo, ne ſubſidium & theona pro pote reficiẽdo imponeretur. Sed malo freti cõſilio ſe poſtea cõgregauerunt modo & forma, quibus ſupradictum eſt. Et ita ſecundum iſtã concluſionem fuit iudicatum & ꝑ Arreſtum ſupremæ curiæ Pariſienſ.† pro vniuerſitate Aurelianenſi contra quoſdã particulares ciues eiuſdem ciuitatis, qui fuerunt in emendam condemnati, ex eo ꝙ clamauerant contra ſcholares; *à mort, à mort.* vt refert Dn. Stephan. Aufrer. *in ſtilo parlamenti in 4. part. de arreſtis* §.*76.*& idem Ioann.Gall. *in quæſt.121. in fin.*ſequendo de verbo ad verbum ipſum Aufrerium, licet alio ſtilo ſcil. per modum quæſtionum. Si vero tales acclamantes prius fuerant admoniti & prohibiti à iudice; ne talia facerent, tunc grauius puniuntur propter contemptum iudicis, vt dicit text. in iuncta gloſſ. *in d.*§.*ſolent* ibi, *nec ante ſint à præſide admoniti,&c.* prout fuerunt Agenenſes qui per iudicem maiorẽ fuerant ꝓhibiti, tam in iudicio, quam extra ꝑ vocem præconis. legitur, &c. Pro hoc facit text.*in ca.ſi quis clericorũ auctoritate interdicente. 11.* §.*quæſt.1.*vbi Dd. dicunt, quod ſi interdicit autoritas ſuperioris etiã ad bonũ eſt ꝓhibita

(53 in right margin beside "Pariſienſ.† pro vniuerſitate Aurelia-")

bita coniuratio, licet alias autoritate nõ intercedẽte valeat vt per gloſſ. *ibi* & dixi ſupra *in §. præſuppoſitione*. ſi vero ſemel fuſtigati & correcti ſecundo acclamauerint, tunc debent mitti in exilium, per *d. §. ſolent*. Sin autem ſæpius ſeditioſe & turbulenter ſe geſſerint, in eadẽ temeritate propoſiti perſeuerauerint, tunc capite plectendi ſunt, vt dicit text. *in d. §. ſo-*
54 *lẽt*. Quia creſcente † malitia, creſcere debet & pœna *leg. ſi diutino tempore* & ibi gl. *ff. de pœn.* & dixi *in §. 22. in princip. de iuriſdict. omni iudic.* Et intelligo ſæpius qualiter ſeditio ſe habuerit per *d. §. ſolent.* & text. *in leg. ſeruos §. ſeruos.* ibi, *viles autem infameſque perſonæ, & hi qui his aut ſæpius violentiã, &c. C. de vi public.* prout fecerat dictus Clerget, qui autor trium fuerit ſeditionum, videlicet duarum præcedẽtium, vt ſponte coram nobis confeſſus eſt, vt huiuſmodi vltimæ, quæ fuit grandis, & cõtinuata ſeditio duorum menſium ſpatio, ex qua ſolum debebat ſuſpendi, tamen miſericorditer cum eo, & aliis complicibus ſuis procedendo fuit, & plures alii in ſententia nominati fuſtigati. nam ipſi Agenenſes ſoliti ſunt, ſeditiones facere, quoniam archidiaconum maioris eccleſiæ intra Garonẽ fluuium violenter ab eccleſia extractum ſubmergerẽt, vt à fide dignis ibi tunc in-
55 tellexi. Si vero ſeditio † fiat ex mandato, & inſtigatione iudicum ſeu magiſtratuum aut cõſulum, ꝙ comittẽtes ſunt excuſandi ſed nõ in totum quia iuſſu magiſtratus & ſuæ ciuitatis villæ vel caſtri voluntate id fecerunt. *l. quẽquam. ff. de aqu. pluu. arcendi & l. non videtur §. qui iuſſu. ff. de reg. iur.* & quæ not. Dyn. *in reg. quod quiſque mandato iudicis.* & ibi dixi *in addition. eod. tit. in 6.* & hoc tenet Alber. de Gaud. *in tit. de homicid.* vbi dicit, hac ratione motum fuiſſe imperatorem Federicum ad parcendum Ambaſſatoribus Lõbardiæ, qui miſſi fuerant cõtra eum in Alamannia pro diſcordia cõcitanda inter eum & filium eius Henricũ, quia iuerant præcepto eorum ciuium & magiſtratuum. Sed de iure Canonico ſeditioſi, ſi ſint clerici, puniuntur ꝓ ſimplici ſeditione, quia promoveri ad ſacros ordines prohibentur. *d. cap. ſeditionarios diſt. 46.* & iam promoueri priuantur honore quo vtebantur. *c. cõiuratorũ.* & *c. ſeq. 11. q. 1.* de quo vide, ꝙ dictum eſt ſupra *in 6. præſuppoſitione.* Et ſi fiat † 56
cõtra ꝓprium epiſcopum, & ſint incorrigibiles, debẽt deponi & tradi curiæ ſeculari, vt tenet gl. Abb. & Dd. *in d. c. fin. de teſtib. cog.* Si vero laici excõmunicantur, & vna libra auri ſunt cõdemnandi. *d. §. conuenticulæ. & §. epiſcopus de pace tenend.* Aut ſeditio fit in Eccleſia, & per laicos, tunc vltimo ſupplicio debent plecti. *d. l. denunciamus*, & ibi Odofred. & Dd. *de his qui ad eccl. cõfug.* & gl. *in c. 1. §. prohiben-*

bentur.ibi,*etiam ne diuina officia tumul-*
tuoſi quorũque per eccleſiam,&c.in verb.
perturbẽt de his qui temp.diuin.offic.vag.
per Eccleſ.in pragm.ſanct.& Alex. *in d.*
cõſil.111.col.1.verſic. nec prædictis obſtat.
vol.1.& non immerico, quia tales ex-
trahentes de eccleſia,ad quã propter
deuotionẽ acceſſerãt, aut ſeditionẽ
&tumultũ euitandum confugerant,
tenentur crimine læſæ maieſtatis, ac
ſi illud crimen commiſiſſent.*l.2.Cod.*
de his qui ad eccleſ. confug. vbi Odo-
fred.dicit, quod eſt priuilegium ec-
cleſiarum., præcipue Gallicarum,
quia in nis confugientes ſunt ſecu-
ri.Idem tenet Luc. de penn.*in l.1.C.de*
*palat.& domib.domin.lib.11.*Nam ſicut
57 tenentur † crimine læſæ maieſtatis,
qui offendunt terreſtrem. *l. quiſquis.*
crebro alleg. multo fortius offendũt
cœleſtem.*l.ſi quemquam. verſ. cum ſa-*
ne & l.ſi quis in hoc genus ſacrileg. C. *de*
*epiſc.& cleric.*canonizata cum *c.in pri-*
mis §.ſi quis in hoc genus. & ibi glo. *2.*
quæſt.1. & auth. gazarot. C. *de hæretic.*
& vnde ſumitur *de ſtatut.& conſuetud.*
contra li.§.gazaros & in c.vergentis. de
*hæred.*Et tenet Stephan. Buynard. *in*
*d.leg.quiſquis.in 3.notab.*Et non ſolum
qui ab eccleſia de facto abduxerunt,
ſed qui conati ſunt abducere, vt te-
net gl.fin.per illum text.*in d. l. 2.* quã
ibi ſequitur Salycet propter verbum
ibi,*tentauerunt.*poſitum, vt ſupradi-
xi. Et aliquando tales ſeditioſi extra-
ctos ab eccleſia carceribus manci-
pant & intrudunt, quod eſt aliud cri-
men capitale. *l.1.C.de coborta. & prin-*
*cipal.lib.12.*imo cenſetur eſſe crimen
læſæ maieſtatis.*l.1.C de priuat. carcer.*
de quo ibi per Dd.& Bart. *in l. capi-*
tal.5.ff.de adult. & Lucas de penna *in*
d.l.1.col.2.verſ. quid ergo ſi quis capiat.
C.*de cohortat.* quod eſt notandum,
quia ſæpe contingit, vt ſupra viſum.
Sic feciſſe videntur Agenenſes, qui
conſules & iuratos villæ, per quos ci-
uitas regebatur.*cap. fin. de procur.* ac
etiam alios, qui eorũ ligã nõ ſeque-
bantur, vel qui eos de factione re-
prehendebant à maiori & Iacobi-
tarum eccleſiis extraxerunt, nec non
à domo propria, & ita carceres do-
mus cõmune induxerunt. Per quos
etiam actus videntur regẽ Dominũ
eorũ poſſeſſione ciuitatis priuaſſe.
leg.2.§.penult. ff. de vi & vi armat. not.
Bald.*in repetit.l ſi aquam.c. de ſeruit. &*
aqua.& Mart.de Laud.*in dict.tract. de*
crim.læſ.maieſt.§.5. incip. *rebellio ſub-*
*ditorũ,&c.*Sed hodie eſt alia † pœna 58
de iure Canonico ſecũdũ Ioan.Fabr.
in d.l.2.C.de his qui ad eccleſ.confug. cõ-
tra tales tumultuoſos extrahẽtes ho-
mines de eccleſia, videlicet quod vl-
tra excõmunicationẽ debẽt cõdẽna-
ri in ſumã 30.librarum argenti, & ad
damnatorũ reſtitutionem.*c.quiſquis.*
17.q.4.c.nullus&c.ſi quis contumax ead.
cauſa. & quæſt.in ca.ſi quis in conſil. 11.
qu. 3. de quo per gl. Archidiac. &
ſequac.in *d.c.conſtit.§.1. & 2. de verb.*

Digitized by Google

ſignif. in 6. Et not. quod non ſolũ viri ſed etiã mulieres poſſunt facere ſeditionem & inſultum, vt ſupra viſum eſt in exemplis de Perota Morela Pariſienſi. Quę plerunque & pro maiori parte ex cõſilio & perſuaſione meritorũ cõmittunt, vt in Lombardia de aggreſſ. in vico facta. *l. relatum eſt nobis.* Secundũ quã illæ mulieres tonſæ capillis debent fuſtigari per ciuitatem. Et ego vidi in Prouincia prouinciæ mulieres cuiuſdã caſtri, quæ præſentibus maritis ſe irruerunt in porcos eorum Domini temporalis, & illos occiderunt, vt dixi *in d. l. relatũ in annotationib. noſtris.* Quia mulieres
59 † poſſunt delinquere & tueri ciuitatem tempore guerræ. vt not. Luc. de penn. *in l. eſt verum. C. de in col. lib. 10.* & dixi *in quæſt. de cuſtod. clau. port.* Et apud Valer. Maxim. *lib. 4. tit. de amore coniugali.* Legitur de Hipſicratea vxore Mithridatis, quæ tonſis capillis equo ſe & armis aſſuefecit. Et in Francia de Ioaña puella, quæ tempore Carol. VII. Francorum regis purgauit Franciam Angelis, vt dixi *in §. 7. conſuetu d. feud. col. pen.* & facit text. *in l. 1. de vxor. milit.* tamẽ ſine licentia principis nõ debet vxor ire ad maritum militẽ in exercitio armorũ exiſtentẽ. *l. quicunque.* & ibi Ioan. de Plat. Iacob. Rebuff. & Luc. de penn. *C. de re milit. lib. 12.* & Martin. Laudenſ. *in tract. de milit. §. 1. & 40.* Et cõmuniter dicitur de quadam bauci & vetula Caraſſa, quæ ſola defendit ciuitatem Carcaſſone, & inde ciuitas illa Carcaſſona, à prædicta vetula Carcaſſa nomen aſſumpſit. Et agenti per informationes cõperimus, ꝙ quædam Guilardina de Columbet vidua fecit de nocte durante ſeditione pulſare campanam eccleſiæ de Capella. Et ideo dicebat Virgil. *lib. 2. Æneidos.*

----Notũ quod furens quid fœmina poſſit.

Et licet lex † eas minus auſuras, 60
quam viros præſumat *d. l. quisquis ad l. Iul. maieſt. & l. optimã C. de contrah. & commit. ſtipul.* tamen ſecundum gl. *d. l. quisquis in verb. auſuras.* crimen læſæ maieſtatis committere poſſunt. Et idem tenet Angel. Aret. *in tract. maleſic. in gl. che hai tradito col vlt. vt & aduertendum.* de quo ibi ꝑ Ang. Arim. & Bern. Landu. *in addit.* & Franc. de Aret. *in 39.* & facit *leg. ſi quis in tantam C. vnde vi.* ubi gl. extendit illam legem pœnalem loquentem in viro ad mulierem, & Paul. de Caſtr. *in l. ſi quis id quod ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & Dd. *in l. ſi quis maior. C. de tranſact.* de quo ibi per Ti. Parpilli *in ſua repetit. col. 1.* ſed in pœnis eiſdem infligandis vel euitandis, ſufficit mulieribus paruus ſeu modicus error, ſecundum Oldrad. *in conſil. 291. ante fin.* Aut vero ſe-
ditio † fit in acie ſeu exercitu belli ꝑ 61
ipſos milites ex propoſito & dolo, tunc capite plecti debent *l. 3. §. qui ſeditionem. ff. de re milit.* vbi gl. ponit exem-

exemplum. Primo, quando quis incitauit milites in aliquem, & non in hoſtem. Secundo, quando quis retraxit, ſeu remouit milites ſæuientes in hoſtes ab illo propoſito. Tertio, quando incitauit etiam in hoſtē, ſed nō præcepto ducis belli, vt *dict. leg. 3. §. in bello*. vt facit T. Manlius, filius T. Manlii Torquati conſulis, qui cōtra edictū conſulum pugnauit aduerſus Latinos, quamuis proſpere pugnaſſet, pater ad ſe vocari iuſſit. *Quandoquidem*, inquit, *tamen T. Manli, neq; imperium conſulare, neque maieſtatem patriam veritus aduerſus edictum noſtrū extra ordinem hoſtem pugnaſti. Et quantum in te fuit diſciplinæ militaris, qua ſtetit ad hanc diem Romana res, ſoluiſti neque in eam neceſſitatem adduxiſti, vt aut Reipubl. mihi mei meorumq; obliuiſcēdum ſit, nos potius noſtro debito plectemus, quam Reſpubl. tanto ſuo damno noſtra peccata luat. Triſte exemplum, ſed in poſterum ſalubre inuenti erimus. Me quidem cum ingenita charitas liberum, tum ſpecimen iſtud virtutis deceptum vana imagine decoris in te monet, ſed cum aut morte tua ſancianda ſint conſulum imperia, aut impunitate in perpetuum abroganda, nec te quidem, ſi quid in te noſtri ſanguinis eſt, recuſare cenſeam, quin diſciplinam militarē tua culpa prolapſam pœna reſtituas. Itaq; velut emerſo ab admiratione animo cum ſilentio defixi ſtetiſſent, repente poſtea, quam ceruice caſa viſus eſt cruor. Tam libero conqueſtu coortæ voces ſunt, vt neque lamentis, neque execrationibus parceretur, ſpoliisque cōtectū iuuenis corpus, quantum militaribus ſtudiis funus illud concelebrari poteſt ſtructo ex vallum rogo concremaretur, Manlia namque imperia non in præſentiā modo horrenda, ſed exempli etiā triſtis in poſterum eſſent: fecit tamen atrocitas pœnæ obedientē duci militem.* Ita refert Tit. Liuius. *decad. 8.* Non enim veroſimile eſt patrem † velle mori filium 62
l. qui vno. §. qui filium. & l. milites. agrum §. deſertorem. ff. de re milit. per quem text. dicūt Dd. ꝙ ſi pater filiū, qui commiſit aliquod delictum, puta crimen læſæ maieſtatis, offerat & exhibeat iudici, quod filius non debet mori, nec eſt ita puniendus. De quo per Cæpoll. *in 1. ſua cautela.* & Bald. *in l. fin. in fine. C. de vſu rei iudic.* & Iaſon. *in l. de quibus. col. 15. ante fin. ff. de legib.* & de ſeueritate & indulgentia parentum in liberos vide Tal. *in §. circa fin.* & Cyn. & Dd. *in d. l. propter inſidias. qui accuſ. non poſſ.* & in iſtis tribꝰ caſibus debent pœna capitali puniri. & tenet Martin. de Laud. in *tract. de milit. §. 49.* Sed ſi per laſciuiam † aliquibus rixantibus vel vociferantib. 63
aut leuem querelam habentibus miles fecerit ſeditionem, debet militiæ gradu priuari. *d. l. 3. 5. §. intra vociferationē, & in §. fin. in auth. de manuat princip.* Vnde Iuſtin. *lib. 12.* grande narrat iudicium factum per Alex. magnum, qui dimiſſis veteranis exercitum ex

minoribus ſupplet, ſed recentem veteratorum diſceſſum ægre ferētes, miſſionem & ipſi flagitabant, nec annos, ſed ſtipēdia ſua numerari volebant, pariter in militia lectos, pariter ſacramento ſolui æquum cenſentes. Nec iam precibus, ſed cognitione agebant, iubentes eum ſolum cū patre ſuo Hammone finire bella, vt milites ſuos faſtidiat contra, ille nunc caſtigare milites, nunc lenibus verbis monere, ne gloriā militiæ ſeditionibus infuſcaret. At poſtremū cū nihil proficeret verbis ad corripiendos ſeditionis autores è tribunali in conditionē armata inermis ipſe deſiliit, & nemine prohibēte 13. correptos manu ſua ipſe ad ſupplicia duxit, tantā vel illis moriendi patientiā metus regis vel hinc exigēda ſupplicia conſtantiā diſciplina militatis dabat. Et diuus Hieron. *in epiſtol. 17. in 3. parte dicit*; pupillū † fortitudo clamoribus incitat paratas ad prælīū acies, acutoſque mucrones ſermo imperatoris accēdit. Et de pluribꝰ aliis militaribus ſeditionibus viſum eſt ſupra in exemplis enarratis ſecundum Valer. Maximū & alios ſupra allegatos. Vnū nō omitto in hac ſeditionū omniū ſingulare, ꝙ quando aliquis expulſus de ciuitate ꝓpter ſeditionem & proditionē, vbicunque eius ſunt depicta in ſui honorē, debēt deſtrui, vt notat Bartol. *in l. eorū.* per illū text. ſingularē. *ff. de pœn.* & vbi ad infamiā talis proditoris eſt depicta imago, vt quia ſuſpenſus pedibus, vel aliquid aliud, quod corrumpens vel radens talem imaginē punitur in quingentis aureis. *l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omni iudic.* & ibi per Dd. ita Martin. Laudenſ. *in dict. tract. de crimin. læſæ maieſt.* §. 26. 64

TITVLVS VII.

CAPVT I.

De ſententia.

SVMMARIA.

1 *Sententia quæ eſt: & vnde dicta* n. 2.
3 *Differentia inter ſententiam & rem iudicatam quæ.*
4 *Diuiſio ſententiæ quæ.*
5 *Interlocutoria ſententia quæ.*

6 Forma

6 *Forma ſententiæ interlocutoriæ quæ.*
7 *Sententia definitiva quæ.*
8 *Interlocutoria à Definitiua quomodo differat.*
9 *Sententia quomodo fieri debet, & à quo: Item, quomodo proferri ſeu pronunciari debet.* num. 10.
11 *Effectus ſententiæ qui.*
12 *Sententia eſt ſtricti iuris.*
13 *Formula variæ ſententiæ definitiuæ.*

1 SEntentia † eſt iudicialis definitio, quæ controuerſiæ finem imponit abſolutione vel condemnatione facta. Specul. *in tit. de ſentent. in princip.*
2 Hæc à ſentiendo † dicta eſt, quod iudex per eam, quid ſentiat, declaret & definiat, ac lites controverſiasque partium determinet *l. ſicut autem. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſeruit. vindic.*
3 Deinde † differentia eſt inter ſententiam & rem iudicatam, quia ſententia finem controuerſiæ imponit: res vero iudicata finem eius accipit iudicis pronunciatione Dd. communiter. *in l. 1. ff. de re iudic.* Decius *hic.* & Felin. *in rubric. tit. extra de re iudic.* Et ſic res iudicata ſe habet per modum patientis, ſententiam per modum agentis, ſecundum Dd. Et ſic differunt tamquam decidens & deciſum. Ideo *in rubric. Clem.* dicitur *de ſententia & re iudicata.* vt poſt alios ſcribit Iaſon. *in l. 1. ff. de re iudic.* & ſic ſententia, quæ in rem tranſivit iudicatam, tantæ potentiæ eſt, quod naturalia ſanguinis vincula mutat, & falſum in verum, non eſſentialiter, ſed quo ad effectũ, ita ſignanter dixit Bald. *in c. præſentia. extra de renũciat.* facitq; de nigro albũ, & de albo nigrum. Bald. *in c. noſtri de elect.* Ideo ſolebat Baldus ipſe dicere, ꝙ ſententia definitiua ſolẽniter lata, facit omnia rata haberi inter litigãtes, facitq; eũ filium, q filius nõ eſt, & patrẽ, qui nõ eſt. Et vt ita dixerim, eſt vt altera natura, ius facit & originẽ creat, *alleg. leg. 1. in fin. ff. de liber. agnoſc.* prout refert & ſequitur Curt. Iun. *in conſil. 22. circa fin. & in cõſil. 177.* Proprie verò loquendo ſententia dicitur ſtatutũ, quod eſt prolatũ, per *tot. tit. C. de ſentent. & re iudic. cum vulga.* Res autem iudicata dicitur, quãdo lata eſt ſentẽtia, quæ nullo remedio appellationis retractari poteſt. per *l. eleganter. §. ſi quid poſt. ff. de condict. indeb.* Hinc ſententia † alia 4
eſt interlocutoria, alia definitiua. Interlocutoria † eſt ſententia iudicis 5
data inter principium & finem cauſæ interloquendo. Marant. *part. 6. titul. de ſentent. num.* 2.

Forma ſententiæ † interlocuto- 6

riæ: Jn der peinlichen Sachen zwiſchē A. an einē/ entgegen wider N. N. peinlichen B. klagten/ am andern theil/ erkennen Richter vnnd Schöpffen dieſes hochpeinlichen Halßgerichts allhie zu N. nach gehörter Anklage/ vnnd darauff erfolgter Reſponſion, auff beyderſeits geführte Kundſchafften/ auch alles andern Schrifftliches vñ Mündliches vortragen/ vnd gethanen Rechtſatz zu Recht/ daß Reus der Sachen gar argwöhnig vnd hochverdächtig/ vnnd deßwegen zu ferner Außbringung der Warheit mit ſcharpffer ſtrenger Frage anzugreiffen ſey / wie dann ermelte Richter vnd Schöpffen / jhnen / Beklagten/ hiermit zu ſcharpffen peinlichē Frage weiſen vnd erkennen / võ rechts wegen.

7 Definitiua † eſt ſententia, quæ principali cauſæ finem imponit, iudicis pronunciatione, cõdemnationem vel abſolutionem Rei cõtinens gl. *in Clem. 1. in verb. definitiua. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Quomodo autem interlocutoria † à definitiua, latius pete ex proceſſu ciuili. Porro ſententia debet fieri à competenti iudice, & quidem ab ipſo tribunali ſedente. *l. pro tribunali. ff. de re iudic.*
8 Deinde ſententia † proferri debet in ſcriptis, vtraque parte præſente *l. ea quæ. C. quom. & quand. iud.* Deniq; ef-
9 fectus † ſententiæ eſt ꝙ faciat ius, at inter partes litigantes tantum, cum
10 ſtricti † iuris ſit ſententia Decius *in l. ius noſtrum num. 11. ff. de reg. iur.* Bartol. *in l. ex quacunque §. fin. num. 8. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* Regulariter vero ſententia nõ afficit, niſi litigantes, quos tangit, & lata contra vnum alteri non nocet. *cap. quacunque. extra de re iudi & l. ſæpe. ff. de re iudic.* Decius *in conſil. 445.* Ratione enim naturali geſta ad authores ſuos reſtringi debent. *l. ſancimus. C. de pœn.* Alexand. *in l. ſæpe ff. de re iudic.* Plura de hac materia ſententiarum latiſſime in proceſſu ciuili vide.

Forma ſententiæ † definitiuæ in 11 cauſa homicidii: Jn der peinlichē Sachen zwiſchen Ankläger/ an einem/ vnd N. N. Beklagten/ am andern Theil/ erkennen Richter vnnd Schöpffen deß peinlichen Halßgerichts allhie zu N. nach angehörter Anklage vnd Reſponſion, geführter Kũdt vnd Kũdtſchafft/ auch alles ander Schrifftlichs vnnd Mündlichs vortragen/ vnnd gethanen Rechtſatz zu Recht / daß N. Beklagter ſein berühmpte Nothwehr nicht/ dargegen aber die angeklagte Mordthat gnugſamb bewieſen/ vnd daß derwegen er/ Beklagter/ andern zum abſchewlichē Exempel / vnnd jhme ſelbſt zu wolverdienter Straff mit dem Schwert vom Leben zũ Todt hinzurichten vñ zu ſtraffen ſey/ wie jhnen Beklagten dann/ Richter vnnd Schöpffen hiermit dieſem Rechtſpruch condemniren vnnd verdammen. Pronunciatum, &c.

Alia

Alia forma ſententiæ definitiuæ: In der peinlichen Sachen / zwiſchen Ankläger an einem / vnnd N. N. Beklagten / ander Theils / erkennen Richter vnnd Schöpffen deß hohen peinlichen Halßgerichts allhie zu N. nach verhörter peinlicher Anklag / beſchehener litis conteſtation, darauff erfolgter vnnd gegebener Antwort / geführter Kund- vnd Kundſchafft / defenſion, replication, concluſion vnnd beſchehenen Rechtſatz zu Recht / daß N. Beklagter ſein defenſionales zum Rechten gnugſamb erzeiget habe / vnnd derowegen von der Anklag zu abſolvirē vnd zu erledigen ſey / wie jhnen / Beklagten dann Richter vnd Schöpffen hie mit dieſem jhrem Rechtſpruch abſolviren vnd erledigen / doch B. gegen F. bürgerlichen Abtrag / vnnd ſonſten ſeines Vrphedens halber gebührliche Verordnung zu thun / vorbehalten. Pronūciatum, &c.

De formulis ſententiarum diffinitiuarum, vide cōſtitutiones Carolinas criminales. Atq; hæc de ſententia: ſequitur modo eius executio.

Hactenus de theoria; ſequitur nūc praxis, & quidē Terminus XIII. ac vltimus in hac dicta cauſa ſeditionis.

TERMINVS XIII.

Reus: Nach gehegtem Gericht hat ſich B. Procurator wie recht angedingt / iſt mit einem Beyvrtheil zugelaſſen / vnd hat demnach angeſtellt / dieweil B. P. Z. jüngſten den N. N. zu dieſem Rechtſtandt durch einen offenen Tagzettel erfordert / ob es nicht billich / daß er zu dieſem peinlichen Gerichtſtand gebracht werden möchte.

Beſcheyd:

Der peinlich Bekl. P. Z. ſoll verwahrlich für diß peinlich Gericht gebracht werden.

B. bracht für: Ehrnhaf. F. W. vnnd G. H. Es erſcheinet vnbillicher B. P. an jhnen außgangener Citation / vnnd Krafft deroſelbigen gehorſamblich mit Bitt anfänglich dieſelbige Gerichtlich verleſen zu laſſen. Iſt geſchehen.

Vnd nunmehr zu folg jetzt verleſenes Tagzettels aufferlegten gehorſamen erſcheinēs / Vnd nach dē hiebevor vnd vor euch letzlich auff zween vnderſchiedliche Puncten ein Vrtheil angeſtelt / nēblich ſeiner gebettenen Abſolution vñ ledigzehlung / vnd dān billichen Abtrags halbē / gegē ſeiner offenen erlittenē Schmach / Behafftung vnnd Intereſſe.

Als bitt er nach dem Rechtens verſehen / daß man gegen vnnd wider einen Vngehorſamen wol pronunciren mag / da ſich dann die H. Vrtheiler vnd S. eines Endtvrtheils vergliechen / daſſelbig deren beyden Puncten halben jetzo zu publiciren vnd eröffnen / bitt hierauff anzuſtellen.

Be-

Beſcheidt:

Man ſoll den peinlich Anklag. J. zu dreyen mal ruffen/daß ſie Krafft an ſie außgangener peremptoriſcher Citation eigener Perſon/ oder durch jhren gevollmächtigen Anwald erſcheinen/ vnnd bringen für/ was ſich in recht gebühret/vnd endvrtheils erwarten. Sie erſcheinen alſo oder nicht/ wirdt nichts deſto weniger ergehen vnnd geſchehen was recht iſt.

Peinlich Anklag. Junck. à T. in actis benendt/ iſt alſo zu folg dieſes Interlocuts durch den Gerichts Pedellẽ zum 3. mal geruffẽ wordẽ/ſie erſcheinen alſo oder nicht/ werde gleichwol nichts deſto weniger ergehen vnnd geſchehen/ was recht iſt.

B. P. Z. ließ vortragen / weil nun ehegemelte Klag. J. zum vierten mal durch ein peremptoriſche Citation citirt worden/vnd doch vngehorſamblich auſſen blieben/ als ſey jhme dem B. erlaubt auff Contumaciam ſich zu beruffen vnd bitt nochmahls / wie vorgebetten/vñ eröffnũg eines Endvrtheils.

Iſt angeſtelt worden.

Sententia definitiua.

Auff die Klag/ſo beſchuldigter Auffruhr/Meineydt vnnd anderer in actis angezogener Mißhandlung halben ſich zwiſchen Anwalden dero St. E. vnnd E. B. zu T. & S. B. P. zum G. S. vnnd R. B. Amptmann zu H. B. beyde à T. Gevettere. Guil. Alber. Roan. à Carbomonte Weyland deß E. vnd E. B. à T. p. m. hinderlaſſener Kinder verordnete Vormünder vnnd dann E. à T. für ſich ſelbſten als peinliche Anklager eins. Vnd dann P. Z. von P. peinl. B. anders theils/ ſo gegenwertigen vor dieſem Gericht ſtehet/ geſchehen vnd einbracht worden iſt. Auch deß B. Defenſion, Antwort/ vnnd alles nothtürfftig einbringen gründtliche fleiſſige Erfahrung vnnd Erfindung / ſo alles nach laut Keyſer Carls deß V. vnd deß H. R. Ordnung deßhalben geſchehen / iſt derſelbig gemelt B. mit endtlicher Vrtheil vnnd Recht võ aller peinlichen Straff ledig erkändt.

Vnd ſo viel die Expens vnd auffgewendte Vnkoſten dieſes Gerichts/wie dann auch deß Beklagten Zeug anbelangende / ſollen nach gebührlicher taxation von wegen deren J. à T. vermög præſtirter caution vnd vnterſetzten Bürgen nach der Andeutung den N. N. An. N. publicirten Interlocuts innerhalb 14. Tagen den nächſten von jhnen parirt vnd erſtattet werden. Vnd was fürter die Partheyen ſchadens vñ Abtrags halben gegen einander zu klagen vermeinen/daß ſollen ſie nach Außweiſung obgemelter Ordnung mit endtlichem Burgerlichem Rechten/an denen Orthen vnd Gericht ſich es gebührt/außtragen.

Zu Vrkund hab ich S. A. Quæſtor vnd

vnnd ordentlicher Richter deß L. Ge- richts allhie zu F. mein gewöhnlichs Amptſigill / deſſen ſich die Schöpffen mit gebrauchen / Zu End dieſes pein- lichen Vrtheils thun trucken / etc.

Sequuntur nunc quædam notabilia ad hunc terminum ſcitu neceſſaria.

NOTABILE I.

Nullitas manifeſta tres ſententias conformes reſcindere poteſt, etiam poſt earum executionem.

SUMMARIA.

1 *Rei ſatis demonſtratæ fruſtra petitur additio. Supervacuis laborat impendiis, qui ſolem certat facibus illuſtrare. Plenitudo adiectione non indiget.*

2 *Exceptio notoria nullitatis ex actis apparentis an admitti debeat contra tres ſententias conformes notoriam nullitatem continentes, & proſequi poſſit etiam poſt executionem illarum.*

3 *Facilius admittitur quis ad proſequendum ſententiæ nullitatem poſt illius executionem, quam ad illam impediendum.*

4 *Statutum rejiciens exceptionem nullitatis, nunquam videtur rejicere illam de qua judici conſtat ex inſpectione actorum, maxime dolo partis cauſatam.*

5 *Conſtitutio generalis, vel privata diſpoſitio aliquid permittens, quemadmodum non complectitur doloſos, & odioſos, ita nec ſtatutum. Iuris beneficio non fruuntur doloſi.*

6 *Nullitatis in ſententia cauſam præſtitit, qui dolo ſuo eam ſic meruit, quod ſibi imputetur.*

7 *Statutum cavens, oppoſitionem nullitatis poſt executionem trium conformium ſententiarum infra tres menſes fieri debere trahitur taliter ad duo præcedentia ſtatuta ex vi adverſativæ.*

8 *Qualitas præcedentium videtur repetita in adverſativa, cum ſit conjunctio.*

9 *Statutum cavens fœminas non ſuccedere ab inteſtato extantibus maſculis, niſi in dote: facto vero teſtamento non ſuccedere, niſi quatenus teſtator eis duxerit relinquendum, qualiter intelligatur.*

10 *Dictio vero pro ſed eſt conjunctio, ergo repetitiva.*

11 *Omne judicium à citatione incipit, quæ ſi omittatur ſententiam reddit nullam. Citandus eſt quis in quolibet actu, in quo poteſt prætendere læſionem.*

12 *Princeps etſi ſupremam habeat poteſtatem, contra non citatum ferre ſententiam non poteſt.*

13 *Defenſio, quia de jure gentium ſeu naturali, auferri non poteſt.*

14 *Solennitas omnis judicialis, quamvis nonnunquam per ſtatutum aut conceſſionem principis tollatur, nunquam tamen cenſetur conceſſum quod citatio omittatur.*

15 *Statuti verbis ceſſantibus ceſſare debet & ſtatutum.*

MUltis & quidem non communibus ſed accommodatiſſimis rationibus & motivis demonſtrant, ut clariſſime oſtendit ſpectabilis vir dominus huius præcedentis conſilii dictator ſive author: quod non obſtantibus regiis & ducalibus conſtitutionib. inibi mentionatis poſſint, imò de jure debeant, nobiles de Auria, hæredes nobilis quondam & generoſi viri Domini Ludovici de Auria, admitti ad objiciendum de nullitate trium prætenſarum ſententiarum parte Petri Ymberti civis Maſſilienſis contra eundē quondam Dominum Ludovicum, ut ex adverſo prætenditur obtentarum. Quo ſicut rationibus & motivis huiuſmodi nihil videatur neceſſario eſſe addendū
1 † quia rei ſatis demonſtratæ fruſtra petitur additio, *l. 1. ff. de dote præle.* ſupervacuis n. laborat impendiis qui ſolem certat facib. adiuvare, ut dicit Anacletus Papa *6. q. 1. c. ſi omnia.* Facit quod voluit Symmachus Papa in *c. bene quidem in princip. de 69*, ubi dicit, quod plenitudo adiectione non indiget. Propter quę decreveram nihil eſſe addendum, ſed ut voto partis in aliquo ſatisfaciam, addā aliqua pauca & quidem non extranea ſeu nova, ſed jam tacta. Pro quorum faciliori perſecutione præmitto, quod prout audio, jam fuit per aliud conſilium dudum miſſum clariſſime patefacta, & oſtenſa notoria nullitas dictarum prætenſarum trium ſententiarū, aut alterius earundem, † ex quo illud ſequitur, quod etiā ubi de earum executione nunc ageretur, deberet exceptio huiuſmodi notoriæ nullitatis ex actis apparentis admitti, per id quod voluit Oldr. *conſil. mihi 27. aliis* 107. exordiente. *Quod litera executoria, &c.* ubi ad hoc adducit plura jura, & maxime text. *in clem. 1. in verb. ut calumniis, &c.* quæ ratio videtur ceſſare hoc caſu &c. Idem tenet etiam Sal. *in l. 1. Col. ult. ff. de appell.* Joan. de Imol. *expreſſim. l. de pupillo Charta 7. §. Qui opus ff. de ope. nov. nuncia.* Joan. de Imol. *in l. fi. verſ. 3. limitat*, Bald. *ff. qui. appel.*

appell.non lic.& Alex.de Imol.*in l.4.§. condemnatum. in ſecunda addi ff. de re judicat.* Et quamvis Joan. de Imol. videatur voluiſſe contrarium *in dicta Clem.* 1. *de re judica.* tamen motivum ejus non procedit, cui eleganter reſpondet Alex. de Imol. *in dicta addi. Quæ ſi procedant*, ubi opinetur nullitas ad fines impediendi executionem trium conformium ſententiarum, multo fortius procedere debent, ubi poſt executionem earum factam quis proſequitur nullitatem huiuſ-
3 modi; † quia facilius admittitur quis ad proſequendum huiuſmodi nullitatem poſt executionem, quam ad illam impediendum, *d.l.*1. & quod ibi gloſſa & docto. Et hoc etiam colligitur ex notatis per docto. *in dicto*
4 *§.condemnatum.* † Præterea eam prætermitto, quod ſtatutum rejiciens exceptionem nullitatis nunquam videtur rejicere illã, de qua judici conſtat ex inſpectione actorum. Per rationes quas allegat Petrus de Ancha *conſ. mihi* 313. alias 208. exordiente, *de jure communi*, *&c.* & maxime per not. *in l. ubi pactum Cod. de tranſact.* & per Innocent, *in capit.* 1. *de officio vicarij.* quod etiam voluit Alex. de Imol. *in d.l. de pupillo.* §. *qui opus. ff. de novi op. nunc.* Nec etiam propter ſtatutum huiuſmodi cenſetur excluſa vel repulſa nullitas cauſata dolo partis: ut verbi gratia, ſi per falſa inſtrumenta, per gratiam, vel ſortes ſententiã obtinuerit. Nulli enim dubium quin non obſtante ſtatuto huiuſmodi poſſit condemnatus opponere de nullitate. *l. venales Cod. quan. provoc. non eſt neceſſ. l. prætor.* §. *Marcellus. ff. de jur.*
† quemadmodum n. generalis conſtitutio, vel privata diſpoſitio aliquid permittens non complectitur doloſos & odioſos; ita nec ſtatutum *l. Lucius* T. *digeſt. de leg.* 2. *l. idem* §. *ſi tibi verſ. ſed ſi ipſe ff. de cond. ob turp. cauſ. & cap. alma. de ſententia excommunicationis.* ubi juris beneficio non utuntur do- 5
loſi. † Præſtitit enim cauſam nullitatis ſententiæ qui eam ſic meruit, eſt ergo ſibi imputandum, *leg.*2. *ff. ſi quis caut.* quod plenius proſequitur Petr. de Ancha *in d. conſ. qui videri poteſt.* Ex quibus infero, quod cum dictæ tres ſententię fuerint & ſint notoriè nullæ, & de earum nullitate conſtet & adpareat ex ſola actorum inſpectione, tam videl. propter omiſſionem citationis ad illas aut alteram earundem ferri audiendum: quam alias, prout fuit alias, ut audio, in alio cõſilio demonſtratum: poſſint & valeant dicti nobiles hæredes nullitatẽ huiuſmodi deducere & proſequi, non obſtantib. his, quę ex adverſo allegantur. Et primo quidem non obſtante *d. Clem.* 1. prout dixi. † Itẽ nec ſtatuto ducali 7
ſeu regio quo caveri dicitur, ꝙ volens opponere de nullitate poſt executionem triũ conformiũ ſententiarũ, hoc facere debet intra tres menſes, 6

ſes,

ſes,alias non,&c. Quoniam reſpondeo & dico, quod ante dictum ſtatutum ſunt duo ſtatuta, ad quæ iſtud trahitur,vel illa ad illud. Primum eſt quo cavetur quod poſtquam ſententia tranſiverit in rem judicatam, & non erat appellatione ſuſpenſa, & erat lata partib.vocatis & auditis,ſeu per contumaciã abſentibus,niſi nullitas,&c.ſententia ipſa nulla oppoſitione obſtante, reali executioni demandetur. Poſtea ſubjicitur ſecundum tenoris ſequentis, ubi vero tres cõformes ſententię eſſent,tunc quęcunq; nullitate oppoſitione nõ obſtante,ſententiæ ipſæ reali executioni demandentur, quod ſtatutum per illam coniunctionem adverſativam
8 *vero*, trahitur ad primum pro eo, † quia in adverſativa videtur repetita qualitas præcedentium,cum ſit conjunctio. *arg. not. in* §. *item lapilli. inſt. de re divi.* Ita notat Bald. *in l. omnes populi verſ. item unum caput ſtatuti, &*
9 *c. ff. de juſt. & jure.* Et † ideo dicit ibi Bal.quod ſi ſtatutum dicat quod exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedant ab inteſtato, niſi in dote: facto vero teſtamento non ſuccedant, niſi quatenus teſtator eis duxerit relinquendum: certe intelligitur facto teſtamento, ſcilicet maſculis extan-
10 tibus. † Et hoc contingit ex natura copulæ, quia dictio *vero*, pro *ſed* eſt conjunctio: ergo repetitionem inducit *l. Seiæ.* §. *Ceio. ff. de fun. inſtruct.*

In dicto ergo ſecundo ſtatuto propter illam dictionem *vero*, in eo appoſitam, cenſentur repetitæ qualitates, de quibus in primo ſcil. quod illæ tres ſententiæ promulgatæ extiterunt vocatis & auditis, &c. quia hoc dicebatur in primo ad quod ſecundum ſe trahitur, & merito ſunt partes vocandæ, † quia omne iudicium 11
incipit à citatione §. *fi. inſtit. de pœ. teme. liti. not.* gl. *in c. Eccleſ. S. Mariæ de conſtit.* & in quolibet actu in quo poteſt prætendi læſio, eſt quis citandus. *l. de unoquoq; cum ſuis ſimil. ff. de re judic.* & citationis omiſſio reddit ſententiam nullam. *l. ea, quæ. C. quomodo & quando jud. l.* 1. §. 1. *ff. quæ ſententiæ ſine appellat. reſcind. & l. fi. C. ſi per vim vel alio modo capit. nos in quemquam & cap. Deus omnipotens* 2. *qu.* 1. † Unde 12
etiam Princeps, qui habet ſupremam poteſtatem, ſi ferat ſententiam contra non citatum, illa non valet. *c.* 1. & quod ibi Jo. And.& moderni, *de cauſ. poſ. & propri.* de quo eſt caſus. *in l. fi.* & ibi per Bald. *C. ſi per vim cap. inter quatuor. de maio. & obed. & l. meminerint. C. unde vi.* † Ideo citanda eſt pars 13
ut poſſit defendere ſe; quæ defenſio eſt de jure gentiũ, ſeu naturali: propter quod auferri non poteſt. *l. ſi* 3. §. *ſi ad diem. ff. de re mili. l. adoptio. & l. nam ita divus. ff. de adopt. & Clem. paſtoralis.* § *cæterum. de re jud.* ubi quoad propoſitum, de quo hic, videtur ſingulariter ponderandum, quod Imperator

rator ſupplet ibi omnem defectum de plenitudine poteſtatis ibi, omne ſupplendo. Et tamen talis ſuppletio non reducitur ad defectum omiſſæ citationis, quæ omiſſio ſubtrahit facultatem defenſionis: quæ ſi procedant in principe, multo fortius in quocunq; alio inferiore à principe: ut etiã ſi in milites vellet, non tamen poſſet ferre validam ſententiam, parte non citata, ut probant jura prę allegata.
14 † Et quamvis nonnunquam per ſtatutum aut commiſſionẽ principis tollatur omnis judicialis ſolennitas: nunquam tamẽ cenſetur conceſſum, quod citatio omittatur. *Clement. ſæpe de verbo. ſigni.* not. Bart. *in l. fi. in principio. ff. de dona.* Dictum ergo ſecundum ſtatutum traditur, & non immerito, ad primum, quatenus eſt ibi ſermo de ſententiis latis partib. vocatis & auditis. Et ad hoc ſecundũ trahitur tertium, in quo diſponitur partem non eſſe audiendam poſt tres menſes tempore factæ executionis trium ſententiarum conformium: quod propterea non eſt intelligendum de quibuslibet trib. ſententiis conformibus, ſed de tribus prolatis partibus vocatis & auditis, prout apparet ex contextu dictorum ſtatutorum. Quod ſi ita eſt, imò profecto quia ita eſt, non obſtat dictum tertium ſtatutum, quia in caſu noſtro nõ reperiuntur tres conformes ſententiæ promulgatæ parte citata & audita: † & ſic ſumus in caſu in quo 15
ceſſant verba prędicti ſtatuti. Debet ergo ceſſare & ipſum ſtatutum. *l. ſi ſervum quis* §. *non dixit. ff. de acqu. hæred. l. 1. §. loquitur. ff. de aqua quot. & æſt. l. 4.* §. *quoties de damn. infect. l. ita autem. ff. de adminiſtr. tuto.* De quo Paul. de Caſtil. *conſ.* 4. exordiente. *De jure communi dicta hæreditas, &c. Rom. conſil.* 442. exordiente. *Vt deciſionem accipiat, &c. & conſ.* 442. exordiente. *Quo ad propoſitam conſultationem, &c.* Et Alex. de Imol. *c. 1. verb. poſtremo videndum reſtat in 3. vol.* Et quia de aliis neceſſariis vel opportunis ad demonſtrationem boni juris horum nobilium hęredum, quam de iſtis, facta eſt plena elegans proſecutio, his finem faciens ulterius non immoror.

NOTABILE II.

Sententia præpropere & non viſis actis lata, eſt nulla.

SUMMARIA.

1 *Sententia lata non viſis actis eſt ipſo jure nulla, etiam probatoriis.*
2 *Cauſæ cognitio eſt de ſubſtantia judicii.*

3 *Sententia eſt nulla ex temporis brevitate propter præſumptionem.*

4 *Tempore egemus ut aliquid maturius agamus.*

5 *Contra judices fabricantes ſententias non ruminato proceſſu, quem de mane ad veſperam finiunt.*

6 *Decretum judicis interpoſitum in alienatione bonorum minoris, dum peteretur, cur non valeat.*

SEntentia promulgata per egregium virum dominum judicem Draguignani, pro, & in favorem Joannis Clerici, & contra providum virum Pontium veteris, videtur fuiſſe & eſſe nulla, ea potiſſimum ratione, quia illa fuit lata non viſis actis per egregium virum de N. Deburgo ſurrogatum in adjunctum, & ſic in conjudicem: quod ſic fuiſſe præſumitur propter brevitatem temporis, intra quod non eſt veriſimile eundem de Burgundo proceſſum cauſæ huius & groſſum & intricatum videre potuiſſe.

1 † ſententia autem lata non viſis actis eſt ipſo jure nulla. *l. hac autem §. 1. ff. ex qui. cau. in poſſeſſ. eat.* quod per *illam leg.* voluit Bart. *in l. 2. in princ. ff. de judic.* Ant. de Butr. *in cap. Eccleſ. S. Maria de conſtit.* ubi concludit quod ſententia lata non viſis actis etiã probatoriis eſt nulla, per *c. cum Bertoldus de re jud.* quod etiam voluit Joan. de Imol. *in d. ca. Eccleſ. S. Maria.* quia talis ſententia videtur lata ſine cauſæ

